Εὐθυμίαν Seneca d. Tranq. 2, 3. interpretatur *stabilem animi sedem, de qua Democriti volumen egregium est: ego tranquillitatem voco.* De nomine *εὐεστώ*, quo item librum inscripserat, Diog. L. IX, 46, v. Menag. ad h. l. Alia eiusdem significationis nomina sunt *ἀθαμβία* Cic. de Fin. V, 29 (*id est animus terrore liber*), *ἁρμονία, συμμετρία, ἀταραξία* Stob. Ecl. II, p. 76. — Pauca neque ea ipsa enucleate a Democrito de virtute disputata esse ait Cic. d. Fin. V, 29. Nihilominus plurimae sub eius nomine feruntur sententiae et loci communes, quorum farraginem ex bonis et futilibus mixtam reperies apud Orellium Opusc. Gr. Vett. Sentent. I, p. 92—127, cf. Mullach p. 164—204. Eorum aliquot, qui maxime Democriti esse viderentur, excerpere placuit, ut de ethicis etiam eius praeceptis gustus detur: Stob. Serm. I, 40. *Ἀνθρώποισι γὰρ εὐθυμίη γίνεται μετριότητι τέρψιος καὶ βίου συμμετρίῃ· τὰ δὲ λείποντα καὶ ὑπερβάλλοντα μεταπίπτειν τε φιλεῖ καὶ μεγάλας κινήσιας ἐμποιέειν τῇ ψυχῇ.* Ib. III, 34. *Σοφίη ἄθαμβος ἀξίη πάντων, τιμιωτάτη οὖσα.* Ib. 35. *Ὅρος γὰρ συμφορέων καὶ ἀσυμφορέων τέρψις καὶ ἀτερπίη.* Ib. V, 24. *Ἄριστον ἀνθρώπῳ τὸν βίον διάγειν ὡς πλεῖστα εὐθυμηθέντι καὶ ἐλάχιστα ἀνιηθέντι. τοῦτο δ' ἂν εἴη εἴ τις μὴ ἐπὶ τοῖσι θνητοῖσι τὰς ἡδονὰς ποιοῖτο.* Clem. Alex. Strom. II, p. 417 A. *Τέρψις γὰρ καὶ ἀτερπίη οὖρος τῶν περιηκμακότων.* Stob. Ecl. II, p. 76. *Εὐδαιμονίη οὐκ ἐν βοσκήμασιν οἰκέει οὐδ' ἐν χρυσῷ, ψυχὴ δ' οἰκητήριον δαίμονος.* Stob. Flor. VII, 32. *Δίκης κῦδος γνώμης θάρσος καὶ ἀθαμβίη, ἀδικίης δὲ δεῖμα ξυμφορῆς τέρμα.* Ib. XVI, 21. *βίος ἀνεόρταστος μακρὴ ὁδὸς ἀπανδόκευτος.* Plutarch. de Sanitate 24. *πρὸς τούτους* (nimium morosos) *γὰρ οἶμαι μάλιστα τὸν Δημόκριτον εἰπεῖν ὡς, εἰ τὸ σῶμα δικάσαιτο τῇ ψυχῇ κακώσεως, οὐκ ἂν αὐτὴν ἀποφυγέειν.* Scripserat inter alia librum *Τριτογένεια* inscriptum i. e. Minerva s. Prudentia, *ὅτι τρία γίγνεται ἐξ αὐτῆς, ἃ πάντα τὰ ἀνθρώπινα συνέχει*, Diog. L. IX, 46, h. e. *εὖ λογίζεσθαι, λέγειν καλῶς, πράττειν ἃ δεῖ*, Schol. Il. VIII, 39.

CAPUT II.

PYTHAGOREI.

1. De Pythagora et de Pythagoreis.

91 **Clem. Alex. Strom. I, p. 300 D.** *Πυθαγόρας — — Σάμιος, ὥς φησιν Ἱππόβοτος, ὡς δὲ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πυθαγόρου βίῳ καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος*), Τυρρηνὸς ἦν, ὡς δὲ Νεάνθης, Σύριος ἢ Τύριος.*

De Pythagora et Pythagoricorum doctrina inter antiquos scripserant Aristoteles et eius discipuli, Heraclides Ponticus et, qui nostro loco citatur, Aristoxenus (cf. n. 101. Mahne de Aristox. p. 26.), et Dicaearchus, praeterque eos sequioris generis permulti (inter quos est Apollonius Tyanensis, cf. n. 92 not. et infra n. 518), ex quibus sua denique constipaverunt Porphyrius et Iamblichus. De Neanthe Cyziceno, cuius nomen restituendum Porphyrio Vit. Pyth. 1, ubi vulgo *Κλεάνθης*, v. Fragm. Histor. Gr. ed. Car. Mueller, Vol. III, p. 2—11. Ab eo Pythagoras Syrius vocatur eodem sensu quo Pherecydes Syrius dicitur, quippe ex insula Syro ortus. Seriores huius vocabuli ambiguitate decepti Assyrium inde effinxerunt, v. Sturz Pherecyd. p. 3 sqq., sicuti nostro etiam loco perperam additur *ἢ Τύριος* et apud Porphyrium l. l. *ἐκ Τύρου τῆς Συρίας.* — Tyrrhenus dicitur, ut ait Aristox. ap. Diog. L. VIII, 1, *ἀπὸ μιᾶς τῶν νήσων, ἃς κατέσχον Ἀθηναῖοι Τυρρηνοὺς ἐκβαλόντες:* quam ipsam Syrum insulam fuisse coniectaveris. Samum incoluisse Pythagoram testatur Herodotus IV, 95. Alii eum quarto loco ab Hippaso Phliasio oriundum ferebant, qui circa Peloponnesi a Doriensibus occupatae tempora in Samum insulam emigraverit; v. Lycum ap. Porphyr. V. P. 6; Paus. II, 13, §. 1; 2; Diog. L. VIII, 1.

92 **Diog. L. VIII, 2.** *Οὗτος ἤκουσε μὲν — Φερεκύδου τοῦ Συρίου· μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἧκεν εἰς Σάμον καὶ ἤκουσεν Ἑρμοδάμαντος τοῦ ἀπογόνου Κρεοφύλου, ἤδη πρεσβυτέρου.*

---

*) Fort. *Ἀριστοτέλης* et *Θεόφραστος*, quorum nomina cum illis confundere pronum erat.

Pherecydem ab eo auditum esse confirmatur a pluribus scriptoribus, quorum sunt etiam Dicaearchus et Aristoxenus, v. Porphyr. V. P. 56; Diog. L. I, 118. Pherecydem, iisdem fere cum Thalete temporibus florentem (v. Sturz Pherec. p. 6 sq.), primum oratione soluta scripsisse tradunt (v. Suid. v. *Φερεκύδης*; Plin. H. N. VII, 56); item dogma de metempsychosi et animi immortalitate induxisse, quod ab eo ad Pythagoram transiisse putabant, quamquam hic vulgo ab Aegyptiis id accepisse narrabatur. Erat Pherecydes ex vetustissimis illis philosophis, quos Aristoteles Met. *N*, 4 appellat *τοὺς μεμιγμένους καὶ μὴ μυθικῶς ἅπαντα λέγοντας* h. e. qui popularem theogoniam et cosmogoniam allegoricis de mundi generatione et dispositione narrationibus, obscuriore sermone conditis, illustraverant, cf. Preller in Mus. Rhen. N. F. IV, p. 377—389. De Hermodamante Creophylio parum constat; cf. Porphyr. V. P. 1; 15; Iamblich. V. Pyth. 11. — Apollonius Tyanensis ap. Porphyr. 2 etiam Anaximandrum a Pythagora auditum esse narrat, alii alios.

Isocr. Laud. Busir. 28, p. 227 Steph. *Πυθαγόρας ὁ Σάμιος — ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον καὶ μαθητὴς ἐκείνων* (sc. *τῶν ἱερέων*) *γενόμενος τήν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδασεν.* 93

De itineribus Pythagorae quae narrantur ad duplex potissimum narrationum genus revocari possunt, quorum qui alterum sequebantur, ex oriente eum sapientiam suam conquisivisse persuasum habebant, qui alterum, ex Graeciae ipsius sacris, inprimis ex mysticis et arcanis eam expressam esse putabant. De mathematicis disciplinis ex Aegypto per Pythagoram in Graeciam translatis testis est Callimachus ap. Diod. Excerpt. Vat. VII—X, 35. *ὅτι Καλλίμαχος εἶπε περὶ Πυθαγόρου διότι τῶν ἐν γεωμετρίᾳ προβλημάτων τὰ μὲν εὗρε τὰ δὲ ἐκ τῆς Αἰγύπτου πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἤνεγκεν*; cf. Aristot. Met. *A*, 1. *περὶ Αἴγυπτον αἱ μαθηματικαὶ πρῶτον τέχναι συνέστησαν· ἐκεῖ γὰρ ἀφείθη σχολάζειν τὸ τῶν ἱερέων ἔθνος.* A quibus etiam doctrinam de animarum migratione et Pythagoricae disciplinae rudimenta accepisse Pythagoram pervulgata ac satis antiqua memoria traditum est, v. Herod. II, 81; 123. Cf. Lobeck Agl. p. 244 sq.; 795 sqq. De Chaldaeis autem, Phoenicibus, Indis denique Pythagorae praeceptoribus quae ab aliis adiiciuntur ab seriorum commentis repetenda videntur. Alterum,

quod diximus, narrationum genus sequuntur qui Pythagoram in Iovis Cretensis antrum una cum Epimenide descendisse illisque mysteriis rite initiatum esse memorant, velut Porphyr. V. P. 17; Diog. L. VIII, 3; itemque Aristoxenus, qui eum complura moralium dogmatum accepisse a Themistoclea sacerdote Delphica testabatur, v. Diog. L. VIII, 8; denique alii, qui eum in incruentis sacrificiis praecipiendis Delii Apollinis Genitoris religionem secutum esse et in legibus etiam ferendis Minois atque Lycurgi instituta ante oculos habuisse tradebant, v. Diog. L. VIII, 13, ubi quod opponitur Aristotelis testimonium ad incruentae tantum religionis Deliacae commemorationem pertinere videtur; cf. Iambl. 26; Krische Soc. Pythag. p. 36 sqq. — Ceterum haec itinera postquam e Pherecydis, Hermodamantis etc. disciplina prodierit fecisse, deinde in Samum insulam revertisse traditur.

94 **Diog. L. VIII, 3.** *Καὶ εὑρὼν τὴν πατρίδα τυραννουμένην ὑπὸ Πολυκράτους ἀπῆρεν εἰς Κρότωνα τῆς Ἰταλίας, κἀκεῖ νόμους θεὶς τοῖς Ἰταλιώταις ἐδοξάσθη σὺν τοῖς μαθηταῖς, οἳ περὶ τοὺς τριακοσίους ὄντες ᾠκονόμουν ἄριστα τὰ πολιτικά, ὥστε σχεδὸν ἀριστοκρατίαν εἶναι τὴν πολιτείαν.*

Haec ex Aristoxeno depromta esse videntur, v. Porph. V. P. 9; 22; de re cf. Krische Civ. Pythag. p. 15 sqq. In incredibile auctum quod tradit Dicaearchus apud Porph. 18 coll. Iamblich. 33.

95 **Cic. de Rep. II, 15. Quartum iam annum regnante Lucio Tarquinio Superbo Sybarim et Crotonem et in eas Italiae partes Pythagoras venisse reperitur. Olympias enim secunda et sexagesima eadem Superbi regni initium et Pythagorae declarat adventum.**

Sub Polycrate Samio iuvenis fuisse et peregrinatus esse Pythagoras dicitur, Theolog. Arithm. 6, p. 41; de ceteris v. Clinton F. H. s. ann. 539; 510; 472. Notandum praeterea Pythagoram primum nominari a Xenophane et Heraclito philosophis, Diog. L. VIII, 6; 36; IX, 1.

96 **Porphyr. V. Pythag. 19.** *Ἃ μὲν οὖν ἔλεγε τοῖς συνοῦσιν οὐδὲ εἷς ἔχει φράσαι βεβαίως· καὶ γὰρ οὐδ' ἡ τυχοῦσα ἦν παρ' αὐτοῖς σιωπή* [a]. *μάλιστα μέντοι γνώριμα*

παρὰ πᾶσιν ἐγένετο πρῶτον μὲν ὡς ἀθάνατον εἶναί φησι τὴν ψυχήν, εἶτα μεταβάλλουσαν εἰς ἄλλα γένη ζῴων, πρὸς δὲ τούτοις ὅτι κατὰ περιόδους τινὰς τὰ γιγνόμενά ποτε πάλιν γίγνεται, νέον δ' οὐδὲν ἁπλῶς ἐστι [b], *καὶ ὅτι πάντα τὰ γιγνόμενα ἔμψυχα ὁμογενῆ δεῖ νομίζειν. φαίνεται γὰρ εἰς τὴν Ἑλλάδα τὰ δόγματα πρῶτος κομίσαι ταῦτα Πυθαγόρας.*

a) Silentium Pythagoricum in proverbium abiit. Distinguendum autem inter id silentium, quod discipulorum explorandorum causa imponebatur quinquennale (*ἡ ἐχεμυθία, τὸ ἐχεμυθεῖν*, v. Gell. Noct. Att. I, 9; Iambl. V. Pythag. 71 sq.), et reticentiam, quam per omnem vitam observabant, abditorum quorundam sacrorum et dogmatum (*ἡ μυστικὴ σιωπή*, cf. Aristox. ap. Diog. L. VIII, 15; Aristot. ap. Iambl. V. P. 31. cf. Lob. Aglaoph. p. 67). — b) Ad doctrinam de animarum migratione referendum quod dicunt Pythagoram sibi olim Aethalidem et Euphorbum fuisse visum esse, cf. Heraclid. Pont. ap. Diog. L. VIII, 4; de Euphorbo cf. Diodor. Exc. Vat. VII—X, 35.

Iambl. V. Pyth. 81. *Τῶν μὲν οὖν Πυθαγορείων κοινὴν εἶναι τὴν οὐσίαν διέταξε καὶ τὴν συμβίωσιν ἅμα διὰ παντὸς τοῦ χρόνου διατελεῖν* [a]. *τοὺς δὲ ἑτέρους ἰδίας μὲν κτήσεις ἔχειν ἐκέλευσε, συνιόντας δὲ εἰς ταὐτὸ συσχολάζειν ἀλλήλοις· καὶ οὕτω τὴν διαδοχὴν ταύτην ἀπὸ Πυθαγόρου κατ' ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους συστῆναι. κατ' ἄλλον δὲ αὖ τρόπον δύο ἦν εἴδη τῆς φιλοσοφίας· δύο γὰρ ἦν γένη καὶ τῶν μεταχειριζομένων αὐτήν, οἱ μὲν Ἀκουσματικοὶ οἱ δὲ Μαθηματικοί* [b]. *τουτωνὶ δὲ οἱ μὲν Μαθηματικοὶ ὡμολογοῦντο Πυθαγόρειοι εἶναι ὑπὸ τῶν ἑτέρων, τοὺς δὲ Ἀκουσματικοὺς οὗτοι οὐχ ὡμολόγουν, οὔτε τὴν πραγματείαν αὐτῶν εἶναι Πυθαγόρου, ἀλλ' Ἱππάσου· τὸν δὲ Ἵππασον οἱ μὲν Κροτωνιάτην φασὶν οἱ δὲ Μεταποντῖνον* [c]. 97

a) Ad communionem bonorum spectat notissimum illud Pythagoreorum: *κοινὰ τὰ τῶν φίλων εἶναι, τὸν δὲ φίλον ἄλλον ἑαυτόν*, Diog. L. VIII, 10; Porphyr. V. P. 33. Amicitia colenda cumprimis inclaruerunt, sicuti Damon etiam et Phintias Pythagorei fuisse perhibentur; v. Aristox. ap. Porphyr. 59 sq., Iamblich. 233. Le-

gum sodaliciarum diurnaeque, quam agebant Pythagorei, vitae descriptionem servavit Iamblich. 96 sqq. Cf. A. B. Krische de societatis a Pythagora in urbe Crotoniatarum conditae scopo politico, Gott. 1830. — b) Porphyr. V. P. 37. *διττὸν γὰρ ἦν αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας τὸ σχῆμα, καὶ τῶν προσιόντων οἱ μὲν ἐκαλοῦντο Μαθηματικοὶ οἱ δ' Ἀκουσματικοί, καὶ Μαθηματικοὶ μὲν οἱ τὸν περιττότερον καὶ πρὸς ἀκρίβειαν διαπεπονημένον τῆς ἐπιστήμης λόγον ἐκμεμαθηκότες, Ἀκουσματικοὶ δ' οἱ μόνας τὰς κεφαλαιώδεις ὑποθήκας τῶν γραμμάτων ἄνευ ἀκριβεστέρας διηγήσεως ἀκηκοότες.* Cf. Gellius N. A. I, 9, ubi recepti primum tempus certum (non minus quam biennium) tacuisse et intra hoc tempus tacendi audiendique Acusmatici appellati esse narrantur. Eruditioribus deinde licuisse „*verba facere et quaerere quaeque audissent scribere et quae ipsi opinarentur expromere*", et hos appellatos esse Mathematicos, „*ab his scilicet artibus, quas iam discere atque meditari inceptaverant, quoniam geometriam et gnomonicam, musicam ceterasque item disciplinas altiores μαθήματα veteres Graeci appellabant*". Exinde his studiis ornatos ad perspicienda mundi opera et principia naturae processisse ac tunc denique nominatos fuisse *φυσικούς*. — c) Aristot. Met. *A*, 3. *Ἵππασος δὲ πῦρ ὁ Μεταποντῖνος καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος*, cf. supra n. 28 not., Brandis *Gesch. d. Röm.-Griech. Philos.* I, p. 509. Recentioribus etiam adversarius Pythagorae exstitisse memorabatur, v. Iamblich. 88, Diog. L. VIII, 7; 84. Acusmatici iisdem recentioribus dicuntur quibus numerus *παράδειγμα* tantum esse *κοσμοποιίας* et *κριτικὸν κοσμουργοῦ θεοῦ ὄργανον* placeret et qui rerum principium esse numerum negarent, v. Iamblich. in Nicom. p. 11; Syrian. in Aristot. Met. *M*. fol. 71 b; 85 b; Simplic. Phys. f. 104 b.

98 **Diog. L. VIII, 42.** Ἦν δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ καὶ γυνή, Θεανὼ ὄνομα, Βροντίνου τοῦ Κροτωνιάτου θυγάτηρ [a]. 43. ἦν δὲ καὶ Τηλαύγης υἱὸς αὐτοῦ, ὃς καὶ διεδέξατο τὸν πατέρα καὶ κατά τινας Ἐμπεδοκλέους καθηγήσατο. Ἱππόβοτός γέ τοί φησι λέγειν Ἐμπεδοκλέα·

Τήλαυγες, κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεώ τε [b].

44. ὁ δ' οὖν Πυθαγόρας — ὥς οἱ πλείους (φασὶν) ἔτη βιοὺς ἐνενήκοντα [c] (ἐτελεύτα). 78. Ἐπίχαρμος Ἡλοθαλοῦς Κῷος. καὶ οὗτος ἤκουσε Πυθαγόρου [d].

a) Nomen longe clarissimum inter matronas Pythagoricae vitae ac disciplinae deditas; nam constat etiam feminas in sodalicium Pythagoricum receptas fuisse, v. Porphyr. V. P. 19, Iambl. 267. Alii inclytam illam Pythagoream Brontini uxorem et Pytha-

gorae vel discipulam vel filiam fuisse narrant, v. Intpp. ad Diog. L. et Porphyr. ll. cc. — b) Is versus suspectus est, epistola vero Telaugis ad Empedoclem data, quae apud recentiores circumferebatur, supposita iam veteribus esse videbatur. Neque propter tempora credibile Telaugem ab Empedocle auditum esse. Sed constat Empedoclem et in placito de animarum migratione Pythagoram secutum esse et simili atque ille sanctitatis laude floruisse, propter quam dicebatur *ζηλῶσαι τοῦ Πυθαγόρου τὴν σεμνότητα τοῦ τε βίου καὶ τοῦ σχήματος,* Diog. L. VIII, 56. Ad Pythagoram etiam hi versus Empedoclis vulgo referebantur ap. Porphyr. V. P. 30, Iamblich. 67:

ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδώς,
ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπιήρανος ἔργων.
ὁππότε γὰρ πάσῃσιν ὀρέξαιτο πραπίδεσσι,
ῥεῖά γε τῶν ὄντων πάντων λεύσσεσκεν ἕκαστα,
καί τε δέκ' ἀνθρώπων καί τ' εἴκοσιν αἰώνεσσιν,

h. e. supra decem, imo viginti hominum saecula sapiens. Quamquam iidem versus a nonnullis ad Parmenidem referebantur, v. Diog. L. VIII, 54 et infra n. 167, not. c.— c) Constat inter omnes Pythagoram Metaponti diem obiisse, ubi memoria eius posteriore tempore maximis et prope divinis honoribus propagabatur, v. Cic. de Fin. V, 2; Iustin. XX, 4; Diog. L. VIII, 15. Reliquae de morte eius narrationes inde cummaxime turbatae sunt, quod fata Pythagoricorum cum ipsius fatis mature confundebantur, v. n. 99.— d) Est *Epicharmus,* celebratissimus ille inter comicos Siculos, cuius pater Elothales Pythagora familiariter usus esse tradebatur, v. Diog. L. VIII, 7. Ipsum Epicharmum, qui floruit Ol. 70—75, 4 i. e. a. 500 — 477 a. Chr., in comoediis suis frequentasse sententias philosophiam et Pythagoricam disciplinam redolentes, constat ex ipsius fragmentis, v. Grysar de Doriens. Com. p. 92—133; Welcker *kleine Schriften* I, p. 343 sq.; L. V. Schmidt Quaest. Epicharm. Spec. I, Bonnae 1846; Bernays *Rhein. Mus. f. Philol.* 1853, p. 280 sqq. Epicharmi nomine deinde Ennius inscripserat carmen, quo Romanis philosophiam Pythagoream, quam Romani antiquitus receptam studiosius colebant, interpretatus erat, v. Io. Vahlen Ennianae Poesis Reliq. p. XCII; 167 sq.

Polyb. Histor. II, 39. *Καθ' οὓς γὰρ καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τόποις, κατὰ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα τότε προσαγορευομένην, ἐνέπρησαν τὰ συνέδρια τῶν Πυθαγορείων, μετὰ ταῦτα δὲ γιγνομένου κινήματος ὁλοσχεροῦς περὶ τὰς πολιτείας (ὅπερ εἰκός, ὡς ἂν τῶν πρώ-* 99

των ἀνδρῶν ἐξ ἑκάστης πόλεως οὕτω παραλόγως διαφθαρέντων), συνέβη τὰς κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους Ἑλληνικὰς πόλεις ἀναπλησθῆναι φόνου καὶ στάσεως καὶ παντοδαπῆς ταραχῆς. ἐν οἷς καιροῖς ἀπὸ τῶν πλείστων μερῶν τῆς Ἑλλάδος πρεσβευόντων ἐπὶ τὰς διαλύσεις Ἀχαιοῖς καὶ τῇ τούτων πίστει συνεχρήσαντο πρὸς τὴν τῶν παρόντων κακῶν ἐξαγωγήν.

Cf. Iustin. Hist. XX, 4; Plut. de Stoic. Repugn. 37; Diog. L. VIII, 39; Porphyr. 54 sq. et qui Aristoxenum, Nicomachum et Apollonium Tyanenum excerpsit Iamblichum 248 sq.; C. F. Hermann *Griech. Staatsalterth.* §. 90 ed. 4. Constat ex Polybio ceterisque illas perturbationes rerum publicarum et diuturnas et per omnem Magnam Graeciam propagatas fuisse. Causa erat quod Pythagorei cum optimatibus sentiebant eamque factionem sodaliciis suis maximopere firmabant. Singula parum explorate narrantur, veluti quod iisdem turbis et Pythagoras senex et Philolaus atque Lysis iuvenes Crotone eiecti esse traduntur, Plutarch. de Genio Socr. 13. Multi necati sunt, alii in exsilium profecti, alii propter artium disciplinarumque studium vel tolerati vel restituti, v. Iamblich. 35. Et constat Pythagoreos Platonis aetate Tarenti auctoritate et studio litterarum quam maxime floruisse.

100 **Diog. L. VIII, 15.** *Μέχρι δὲ Φιλολάου οὐκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον δόγμα· οὗτος δὲ μόνος ἐξήνεγκε τὰ διαβόητα τρία βιβλία, ἃ Πλάτων ἐπέστειλεν ἑκατὸν μνῶν ὠνηθῆναι* [a]. **Claudianus Mam. de Statu Anim. II, 3.** Pythagorae igitur, quia nihil ipse scriptaverit [b], a posteris quaerenda sententia est; in quibus vel potissimum floruisse Philolaum reperio Tarentinum, qui multis voluminibus de intelligendis rebus et quid quaeque significent oppido obscure dissertans, priusquam de animae substantia decernat, de mensuris, ponderibus et numeris iuxta geometricam, musicam atque arithmeticam mirifice disputat [c]. **Strabo V, p. 280.** *ἀπεδέξαντο δὲ καὶ τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν (οἱ Ταραντῖνοι), διαφερόντως δ' Ἀρχύτας, ὃς καὶ προέστη τῆς πόλεως πολὺν χρόνον.* **Diog. L. VIII, 79.** *Ἀρχύτας — Ταραντῖνος. οὗ-*

τός ἐστιν ὁ Πλάτωνα ῥυσάμενος δι' ἐπιστολῆς παρὰ Διονυσίου μέλλοντ' ἀναιρεῖσθαι. ἐθαυμάζετο δὲ καὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ πάσῃ ἀρετῇ καὶ δὴ ἑπτάκις τῶν πολιτῶν ἐστρατήγησε. 83. οὗτος πρῶτος τὰ μηχανικὰ τοῖς μαθηματικοῖς προσχρησάμενος ἀρχαῖς μεθώδευσε καὶ πρῶτος κίνησιν ὀργανικὴν διαγράμματι γεωμετρικῷ προσήγαγε — καὶ ἐν γεωμετρίᾳ πρῶτος κύβον εὗρεν [d].

a) *Philolaus* a Diog. L. VIII, 84. Crotoniates, a ceteris omnibus dicitur fuisse Tarentinus. De aetate constat ex Platone Phaed. p. 61 D, ubi Simmias Thebanus Philolaum ante Socratem in patria sua audivisse narratur: unde intelligitur eum aliquamdiu Thebis commoratum esse. Etiam Philolaus placita Pythagoreorum non omnibus, sed scholae in usum litteris mandasse videtur; certe liber eius a Platone demum in Italia emtus et Athenas translatus esse traditur, cf. Diog. L. VIII, 85; Gell. N. Att. III, 17; A. Boeckh *Philolaos des Pythagoreers Lehren nebst den Bruchstücken seines Werkes*, *Berl.* 1819. — b) Cf. Plut. de Alex. Fort. I, 4; Diog. L. I, 16; VIII, 6; 15; Porphyr. V. P. 57; Iamblich. 199. Quae sub Pythagorae nomine circumferebantur, v. Diog. L. VIII, 6 sqq. coll. Menag. ad h. l., posteriorum Pythagoreorum maximam partem fuisse videntur, omnia ad nomen magistri referentium, cf. Porphyr. in Schol. Arist. p. 7 b Brandis: *οὐδὲ γὰρ κατέλιπε σύγγραμμα, ἀλλ' ὅπερ τοῖς ἄλλοις τὰ συγγράμματα, τοῦτο ἐκείνῳ οἱ μαθηταί.* — c) De opere Philolai in tres partes diviso, Dorica dialecto composito, v. Boeckh de Philolao p. 24 sqq. Praeter eum Archippus quoque et Lysis post Pythagoreos ex Italia eiectos edidisse libros feruntur, Porphyr. V. P. 58; Diog. L. VIII, 7. — d) *Archytas* Tarentinus inter clarissimos Pythagoreos fuit, maxime tamen floruit laudibus artium mathematicarum et mechanicarum, v. Horat. Carm. I, 28. De familiaritate Platonis constat ex huius quae feruntur epistolis; de legatione Archytae ad Dionysium iuniorem ex Plutarcho Dio 20, cf. C. F. Hermann *Gesch. u. Syst. d. Plat. Philos.* I, p. 58 sqq. Placita eius et inventa identidem memorantur ab Aristotele, v. Rhet. III, 11; Probl. XVI, 9; Metaph. *H*, 2; cf. Diog. L. V, 25, Theophrast. Met. 3, Eudemus ap. Simplic. Phys. f. 98 b. Aristoxenus Peripateticus, et ipse Tarento oriundus, vitam Archytae scripserat, v. Athen. XII, p. 545. Fragmenta eius, quae nunc feruntur, supposita esse videntur ad unum omnia, v. Ritter *Gesch. der Philos.* I, p. 377 sq. ed. 2; G. Hartenstein de Archytae Tarentini fragmentis philos. Lips. 1833; O. T. Gruppe *über die Fragmente des Archytas und der älteren Pythagoreer*, *Brl.* 1840.

101 Diog. L. VIII, 46. *Τελευταῖοι ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων, οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε, Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπὸ Θρᾴκης καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος καὶ Ἐχεκράτης καὶ Διοκλῆς καὶ Πολύμνηστος, Φλιάσιοι καὶ αὐτοί. ἦσαν δὲ ἀκροαταὶ Φιλολάου καὶ Εὐρύτου τῶν Ταραντίνων* [a]. Porphyr. V. P. 53. causas enumerans, cur philosophia Pythagorica inter posteriores exstincta sit: *πρὸς δὲ τούτοις τὸν Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλη, Σπεύσιππόν τε καὶ Ἀριστόξενον καὶ Ξενοκράτην, ὥς φασιν οἱ Πυθαγόρειοι, τὰ μὲν κάρπιμα σφετερίσασθαι διὰ βραχείας ἐπισκευῆς* [b], *τὰ δ' ἐπιπόλαια καὶ ἐλαφρὰ καὶ ὅσα πρὸς διασκευὴν καὶ χλευασμὸν τοῦ διδασκαλείου ὑπὸ τῶν βασκάνως ὕστερον συκοφαντούντων προβάλλεται συναγαγεῖν καὶ ὡς ἴδια τῆς αἱρέσεως καταχωρίσαι* [c]. Herod. II, 81. *ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι καὶ Πυθαγορείοισι* [d].

a) Novissimi igitur Pythagorei non in Italia philosophabantur, sed in Graecia. *Eurytus* Philolai auditor fuisse perhibetur, Iambl. V. P. 139, 148, Platonisque magister, Diog. L. III, 6; Appulei. de Dogm. Plat. p. 159 Bip. Meminit eius Aristoteles Met. *N*, 5 (n. 114 not.; 126 not.). Omnium, quotquot fuisse perhibentur, Pythagoreorum nomina recensita et ad solitam istam successionum speciem composita habes ap. Iamblich. V. P. 265 sqq. — b) Haec est falsa illa, sed pervulgata apud posteros opinio, quam de Platonis Timaeo primus prodit Timo Phliasius ap. Gell. N. A. III, 16, nobilem illum dialogum ex Philolai libris concinnatum esse contumeliose significans. Inde postea effecti, qui nunc exstant, Timaei Locri et Ocelli Lucani libri Dorica dialecto scripti, qui posteriorum multis fraudi fuerunt. — c) Haec ad Aristoxenum maxime pertinent, v. supra n. 91 et Fragm. Historic. Graec. ed. C. Müller, Vol. II, p. 272 sqq. Quamquam etiam recentiores Pythagorei de Pythagora deque institutis sodalicii ac symbolis commentarios quosdam publicaverunt *Πυθαγορικὰ ὑπομνήματα* inscriptos, qui passim citantur, v. Diog. L. VIII, 24; 36 ex Alexandro Polyhistore; Porphyr. V. P. 58; Iamblich. 157; 161. Adde farraginem illam librorum Pythagoricorum, qui quaestus causa et in fraudem eorum, qui libros antiquos ambitiose colligebant, suppositi sunt a librariis male industriis, v. Schol. Aristot. p. 28a Brandis. — d) Haec pertinent

ad vitam Pythagoricam, quam constat Orphicos aemulatos esse et quasi populariter continuasse, v. Lobeck Aglaoph. p. 244 sq. Idem cadit in dicendi genus symbolicum et multa dogmata mystica: unde factum ut labantibus temporibus etiam ab Orphicis nonnulla Pythagorae scripta subiecta sint, sicut invicem Orpheo a Pythagoreis, v. ibid. p. 330; 358; 721 sqq.; 891 sqq.; 944.

2. Doctrina Pythagoreorum, inprimis Philolai.

Philolaus ap. Stob. Ecl. I, p. 454. *Ἀνάγκα τὰ ἐόντα εἶμεν πάντα ἢ περαίνοντα ἢ ἄπειρα*[a], *ἢ περαίνοντά τε καὶ ἄπειρα, ἄπειρα δὲ μόνον οὐκ ἀεί . . . . ἐπεὶ τοίνυν φαίνεται οὔτ' ἐκ περαινόντων πάντων ἐόντα οὔτ' ἐξ ἀπείρων πάντων, δῆλόν τ' ἄρα ὅτι ἐκ περαινόντων τε καὶ ἀπείρων ὅ τε κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ συναρμόχθη. δηλοῖ δὲ καὶ τὰ ἐν τοῖς ἔργοις*[b]*· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐκ περαινόντων περαίνοντα, τὰ δ' ἐκ περαινόντων τε καὶ ἀπείρων περαίνοντά τε καὶ οὐ περαίνοντα, τὰ δ' ἐξ ἀπείρων ἄπειρα φανέονται.* 102

a) *περαίνοντα* sunt quibus finiuntur *τὰ ἄπειρα*, veluti in Platone Phileb. p. 16 C opponuntur *πέρας* et *ἀπειρία*. Quomodo haec ad numeros et ad mundum relata sint patebit infra n. 104 sq.; 113 sq. — b) Cf. n. 104.

Cf. Diog. L. VIII, 85. *Τοῦτόν φησι Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις πρῶτον ἐκδοῦναι τῶν Πυθαγορικῶν περὶ φύσεως, ὧν ἡ ἀρχὴ ἥδε· Φύσις δ' ἐν τῷ κόσμῳ ἁρμόχθη ἐξ ἀπείρων τε καὶ περαινόντων καὶ ὅλος ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα.* Exordium igitur operis est, sed mutilatum, v. Boeckh Philol. p. 45 sqq. Deest argumentum, cuius pars tantum exstat vocibus *ἄπειρα δὲ μόνον οὐκ ἀεί.* Aliam partem servavit Iamblich. ad Nicom. Arithm. p. 7 (Villoison Anecd. II, p. 196): *ἀρχὰν γὰρ οὐδὲ τὸ γνωσούμενον ἐσσεῖται πάντων ἀπείρων ἐόντων κατὰ τὸν Φιλόλαον*: ubi *τὸ γνωσούμενον* active dicitur, cf. Plato Cratyl. p. 440 A. *καὶ ἐκ τούτου τοῦ λόγου οὔτε τὸ γνωσόμενον οὔτε τὸ γνωσθησόμενον ἂν εἴη* i. e. neque cognoscens neque cognitum.

Philolaus ap. Stob. I, p. 456. *Καὶ πάντα γα μὰν τὰ γιγνωσκόμενα ἀριθμὸν ἔχοντι· οὐ γὰρ ὅτιῶν οἷόν τε*)* 103

---

*) Vulgo *ὁτιῶν τε.* Corr. Boeckh.

CAPUT II.

PYTHAGOREI.

1. De Pythagora et de Pythagoreis.

91 Clem. Alex. Strom. I, p. 300 D. *Πυθαγόρας — — Σάμιος, ὥς φησιν Ἱππόβοτος, ὡς δὲ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πυθαγόρου βίῳ καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος*), Τυρρηνὸς ἦν, ὡς δὲ Νεάνθης, Σύριος ἢ Τύριος.*

De Pythagora et Pythagoricorum doctrina inter antiquos scripserant Aristoteles et eius discipuli, Heraclides Ponticus et, qui nostro loco citatur, Aristoxenus (cf. n. 101. Mahne de Aristox. p. 26.), et Dicaearchus, praeterque eos sequioris generis permulti (inter quos est Apollonius Tyanensis, cf. n. 92 not. et infra n. 518), ex quibus sua denique constipaverunt Porphyrius et Iamblichus. De Neanthe Cyziceno, cuius nomen restituendum Porphyrio Vit. Pyth. 1, ubi vulgo *Κλεάνθης*, v. Fragm. Histor. Gr. ed. Car. Mueller, Vol. III, p. 2—11. Ab eo Pythagoras Syrius vocatur eodem sensu quo Pherecydes Syrius dicitur, quippe ex insula Syro ortus. Seriores huius vocabuli ambiguitate decepti Assyrium inde effinxerunt, v. Sturz Pherecyd. p. 3 sqq., sicuti nostro etiam loco perperam additur *ἢ Τύριος* et apud Porphyrium l. l. *ἐκ Τύρου τῆς Συρίας*. — Tyrrhenus dicitur, ut ait Aristox. ap. Diog. L. VIII, 1, *ἀπὸ μιᾶς τῶν νήσων, ἃς κατέσχον Ἀθηναῖοι Τυρρηνοὺς ἐκβαλόντες*: quam ipsam Syrum insulam fuisse coniectaveris. Samum incoluisse Pythagoram testatur Herodotus IV, 95. Alii eum quarto loco ab Hippaso Phliasio oriundum ferebant, qui circa Peloponnesi a Doriensibus occupatae tempora in Samum insulam emigraverit; v. Lycum ap. Porphyr. V. P. 6; Paus. II, 13, §. 1; 2; Diog. L. VIII, 1.

92 Diog. L. VIII, 2. *Οὗτος ἤκουσε μὲν — Φερεκύδου τοῦ Συρίου· μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἧκεν εἰς Σάμον καὶ ἤκουσεν Ἑρμοδάμαντος τοῦ ἀπογόνου Κρεοφύλου, ἤδη πρεσβυτέρου.*

---

*) Fort. *Ἀριστοτέλης* et *Θεόφραστος*, quorum nomina cum illis confundere pronum erat.

Pherecydem ab eo auditum esse confirmatur a pluribus scriptoribus, quorum sunt etiam Dicaearchus et Aristoxenus, v. Porphyr. V. P. 56; Diog. L. I, 118. Pherecydem, iisdem fere cum Thalete temporibus florentem (v. Sturz Pherec. p. 6 sq.), primum oratione soluta scripsisse tradunt (v. Suid. v. *Φερεκύδης*; Plin. H. N. VII, 56); item dogma de metempsychosi et animi immortalitate induxisse, quod ab eo ad Pythagoram transiisse putabant, quamquam hic vulgo ab Aegyptiis id accepisse narrabatur. Erat Pherecydes ex vetustissimis illis philosophis, quos Aristoteles Met. *N*, 4 appellat *τοὺς μεμιγμένους καὶ μὴ μυθικῶς ἅπαντα λέγοντας* h. e. qui popularem theogoniam et cosmogoniam allegoricis de mundi generatione et dispositione narrationibus, obscuriore sermone conditis, illustraverant, cf. Preller in Mus. Rhen. N. F. IV, p. 377—389. De Hermodamante Creophylio parum constat; cf. Porphyr. V. P. 1; 15; Iamblich. V. Pyth. 11. — Apollonius Tyanensis ap. Porphyr. 2 etiam Anaximandrum a Pythagora auditum esse narrat, alii alios.

Isocr. Laud. Busir. 28, p. 227 Steph. *Πυθαγόρας* 93
ὁ Σάμιος — ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον καὶ μαθητὴς ἐκείνων (sc. *τῶν ἱερέων*) *γενόμενος τήν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδασεν.*

De itineribus Pythagorae quae narrantur ad duplex potissimum narrationum genus revocari possunt, quorum qui alterum sequebantur, ex oriente eum sapientiam suam conquisivisse persuasum habebant, qui alterum, ex Graeciae ipsius sacris, inprimis ex mysticis et arcanis eam expressam esse putabant. De mathematicis disciplinis ex Aegypto per Pythagoram in Graeciam translatis testis est Callimachus ap. Diod. Excerpt. Vat. VII—X, 35. *ὅτι Καλλίμαχος εἶπε περὶ Πυθαγόρου διότι τῶν ἐν γεωμετρίᾳ προβλημάτων τὰ μὲν εὗρε τὰ δὲ ἐκ τῆς Αἰγύπτου πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἤνεγκεν;* cf. Aristot. Met. *A*, 1. *περὶ Αἴγυπτον αἱ μαθηματικαὶ πρῶτον τέχναι συνέστησαν· ἐκεῖ γὰρ ἀφείθη σχολάζειν τὸ τῶν ἱερέων ἔθνος.* A quibus etiam doctrinam de animarum migratione et Pythagoricae disciplinae rudimenta accepisse Pythagoram pervulgata ac satis antiqua memoria traditum est, v. Herod. II, 81; 123. Cf. Lobeck Agl. p. 244 sq.; 795 sqq. De Chaldaeis autem, Phoenicibus, Indis denique Pythagorae praeceptoribus quae ab aliis adiiciuntur ab seriorum commentis repetenda videntur. Alterum,

quod diximus, narrationum genus sequuntur qui Pythagoram in Iovis Cretensis antrum una cum Epimenide descendisse illisque mysteriis rite initiatum esse memorant, velut Porphyr. V. P. 17; Diog. L. VIII, 3; itemque Aristoxenus, qui eum complura moralium dogmatum accepisse a Themistoclea sacerdote Delphica testabatur, v. Diog. L. VIII, 8; denique alii, qui eum in incruentis sacrificiis praecipiendis Delii Apollinis Genitoris religionem secutum esse et in legibus etiam ferendis Minois atque Lycurgi instituta ante oculos habuisse tradebant, v. Diog. L. VIII, 13, ubi quod opponitur Aristotelis testimonium ad incruentae tantum religionis Deliacae commemorationem pertinere videtur; cf. Iambl. 26; Krische Soc. Pythag. p. 36 sqq. — Ceterum haec itinera postquam e Pherecydis, Hermodamantis etc. disciplina prodierit fecisse, deinde in Samum insulam revertisse traditur.

94 **Diog. L. VIII, 3.** *Καὶ εὑρὼν τὴν πατρίδα τυραννουμένην ὑπὸ Πολυκράτους ἀπῆρεν εἰς Κρότωνα τῆς Ἰταλίας, κἀκεῖ νόμους θεὶς τοῖς Ἰταλιώταις ἐδοξάσθη σὺν τοῖς μαθηταῖς, οἳ περὶ τοὺς τριακοσίους ὄντες ᾠκονόμουν ἄριστα τὰ πολιτικά, ὥστε σχεδὸν ἀριστοκρατίαν εἶναι τὴν πολιτείαν.*

Haec ex Aristoxeno depromta esse videntur, v. Porph. V. P. 9; 22; de re cf. Krische Civ. Pythag. p. 15 sqq. In incredibile auctum quod tradit Dicaearchus apud Porph. 18 coll. Iamblich. 33.

95 **Cic. de Rep. II, 15. Quartum iam annum regnante Lucio Tarquinio Superbo Sybarim et Crotonem et in eas Italiae partes Pythagoras venisse reperitur. Olympias enim secunda et sexagesima eadem Superbi regni initium et Pythagorae declarat adventum.**

Sub Polycrate Samio iuvenis fuisse et peregrinatus esse Pythagoras dicitur, Theolog. Arithm. 6, p. 41; de ceteris v. Clinton F. H. s. ann. 539; 510; 472. Notandum praeterea Pythagoram primum nominari a Xenophane et Heraclito philosophis, Diog. L. VIII, 6; 36; IX, 1.

96 **Porphyr. V. Pythag. 19.** *Ἃ μὲν οὖν ἔλεγε τοῖς συνοῦσιν οὐδὲ εἷς ἔχει φράσαι βεβαίως· καὶ γὰρ οὐδ' ἡ τυχοῦσα ἦν παρ' αὐτοῖς σιωπή* [a]. *μάλιστα μέντοι γνώριμα*

παρὰ πᾶσιν ἐγένετο πρῶτον μὲν ὡς ἀθάνατον εἶναί φησι τὴν ψυχήν, εἶτα μεταβάλλουσαν εἰς ἄλλα γένη ζῴων, πρὸς δὲ τούτοις ὅτι κατὰ περιόδους τινὰς τὰ γιγνόμενά ποτε πάλιν γίγνεται, νέον δ' οὐδὲν ἁπλῶς ἐστι [b], καὶ ὅτι πάντα τὰ γιγνόμενα ἔμψυχα ὁμογενῆ δεῖ νομίζειν. φαίνεται γὰρ εἰς τὴν Ἑλλάδα τὰ δόγματα πρῶτος κομίσαι ταῦτα Πυθαγόρας.

a) Silentium Pythagoricum in proverbium abiit. Distinguendum autem inter id silentium, quod discipulorum explorandorum causa imponebatur quinquennale (ἡ ἐχεμυθία, τὸ ἐχεμυθεῖν, v. Gell. Noct. Att. I, 9; Iambl. V. Pythag. 71 sq.), et reticentiam, quam per omnem vitam observabant, abditorum quorundam sacrorum et dogmatum (ἡ μυστικὴ σιωπή, cf. Aristox. ap. Diog. L. VIII, 15; Aristot. ap. Iambl. V. P. 31. cf. Lob. Aglaoph. p. 67). — b) Ad doctrinam de animarum migratione referendum quod dicunt Pythagoram sibi olim Aethalidem et Euphorbum fuisse visum esse, cf. Heraclid. Pont. ap. Diog. L. VIII, 4; de Euphorbo cf. Diodor. Exc. Vat. VII—X, 35.

Iambl. V. Pyth. 81. Τῶν μὲν οὖν Πυθαγορείων κοινὴν εἶναι τὴν οὐσίαν διέταξε καὶ τὴν συμβίωσιν ἅμα διὰ παντὸς τοῦ χρόνου διατελεῖν [a]. τοὺς δὲ ἑτέρους ἰδίας μὲν κτήσεις ἔχειν ἐκέλευσε, συνιόντας δὲ εἰς ταὐτὸ συσχολάζειν ἀλλήλοις· καὶ οὕτω τὴν διαδοχὴν ταύτην ἀπὸ Πυθαγόρου κατ' ἀμφοτέρους τοὺς τρόπους συστῆναι. κατ' ἄλλον δὲ αὖ τρόπον δύο ἦν εἴδη τῆς φιλοσοφίας· δύο γὰρ ἦν γένη καὶ τῶν μεταχειριζομένων αὐτήν, οἱ μὲν Ἀκουσματικοὶ οἱ δὲ Μαθηματικοί [b]. τουτωνὶ δὲ οἱ μὲν Μαθηματικοὶ ὡμολογοῦντο Πυθαγόρειοι εἶναι ὑπὸ τῶν ἑτέρων, τοὺς δὲ Ἀκουσματικοὺς οὗτοι οὐχ ὡμολόγουν, οὔτε τὴν πραγματείαν αὐτῶν εἶναι Πυθαγόρου, ἀλλ' Ἱππάσου· τὸν δὲ Ἵππασον οἱ μὲν Κροτωνιάτην φασὶν οἱ δὲ Μεταποντῖνον [c]. 97

a) Ad communionem bonorum spectat notissimum illud Pythagoreorum: κοινὰ τὰ τῶν φίλων εἶναι, τὸν δὲ φίλον ἄλλον ἑαυτόν, Diog. L. VIII, 10; Porphyr. V. P. 33. Amicitia colenda cumprimis inclaruerunt, sicuti Damon etiam et Phintias Pythagorei fuisse perhibentur; v. Aristox. ap. Porphyr. 59 sq., Iamblich. 233. Le-

gum sodaliciarum diurnaeque, quam agebant Pythagorei, vitae descriptionem servavit Iamblich. 96 sqq. Cf. A. B. Krische de societatis a Pythagora in urbe Crotoniatarum conditae scopo politico, Gott. 1830. — b) Porphyr. V. P. 37. *διττὸν γὰρ ἦν αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας τὸ σχῆμα, καὶ τῶν προσιόντων οἱ μὲν ἐκαλοῦντο Μαθηματικοὶ οἱ δ' Ἀκουσματικοί, καὶ Μαθηματικοὶ μὲν οἱ τὸν περιττότερον καὶ πρὸς ἀκρίβειαν διαπεπονημένον τῆς ἐπιστήμης λόγον ἐκμεμαθηκότες, Ἀκουσματικοὶ δ' οἱ μόνας τὰς κεφαλαιώδεις ὑποθήκας τῶν γραμμάτων ἄνευ ἀκριβεστέρας διηγήσεως ἀκηκοότες.* Cf. Gellius N. A. I, 9, ubi recepti primum tempus certum (non minus quam biennium) tacuisse et intra hoc tempus tacendi audiendique Acusmatici appellati esse narrantur. Eruditioribus deinde licuisse „*verba facere et quaerere quaeque audissent scribere et quae ipsi opinarentur expromere*", et hos appellatos esse Mathematicos, „*ab his scilicet artibus, quas iam discere atque meditari inceptaverant, quoniam geometriam et gnomonicam, musicam ceterasque item disciplinas altiores μαθήματα veteres Graeci appellabant*". Exinde his studiis ornatos ad perspicienda mundi opera et principia naturae processisse ac tunc denique nominatos fuisse *φυσικούς*. — c) Aristot. Met. *A*, 3. *Ἵππασος δὲ πῦρ ὁ Μεταποντῖνος καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος*, cf. supra n. 28 not., Brandis *Gesch. d. Röm.-Griech. Philos.* I, p. 509. Recentioribus etiam adversarius Pythagorae exstitisse memorabatur, v. Iamblich. 88, Diog. L. VIII, 7; 84. Acusmatici iisdem recentioribus dicuntur quibus numerus *παράδειγμα* tantum esse *κοσμοποιίας* et *κριτικὸν κοσμουργοῦ θεοῦ ὄργανον* placeret et qui rerum principium esse numerum negarent, v. Iamblich. in Nicom. p. 11; Syrian. in Aristot. Met. *M.* fol. 71 b; 85 b; Simplic. Phys. f. 104 b.

98 **Diog. L. VIII, 42.** Ἦν δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ καὶ γυνή, Θεανὼ ὄνομα, Βροντίνου τοῦ Κροτωνιάτου θυγάτηρ [a]. 43. ἦν δὲ καὶ Τηλαύγης υἱὸς αὐτοῦ, ὃς καὶ διεδέξατο τὸν πατέρα καὶ κατά τινας Ἐμπεδοκλέους καθηγήσατο. Ἱππόβοτός γέ τοί φησι λέγειν Ἐμπεδοκλέα·

Τήλαυγες, κλυτὲ κοῦρε Θεανοῦς Πυθαγόρεώ τε [b].

44. ὁ δ' οὖν Πυθαγόρας — ὡς οἱ πλείους (φασὶν) ἔτη βιοὺς ἐνενήκοντα [c] (ἐτελεύτα). 78. Ἐπίχαρμος Ἡλοθαλοῦς Κῷος. καὶ οὗτος ἤκουσε Πυθαγόρου [d].

a) Nomen longe clarissimum inter matronas Pythagoricae vitae ac disciplinae deditas; nam constat etiam feminas in sodalicium Pythagoricum receptas fuisse, v. Porphyr. V. P. 19, Iambl. 267. Alii inclytam illam Pythagoream Brontini uxorem et Pytha-

gorae vel discipulam vel filiam fuisse narrant, v. Intpp. ad Diog. L. et Porphyr. ll. cc. — b) Is versus suspectus est, epistola vero Telaugis ad Empedoclem data, quae apud recentiores circumferebatur, supposita iam veteribus esse videbatur. Neque propter tempora credibile Telaugem ab Empedocle auditum esse. Sed constat Empedoclem et in placito de animarum migratione Pythagoram secutum esse et simili atque ille sanctitatis laude floruisse, propter quam dicebatur *ζηλῶσαι τοῦ Πυθαγόρου τὴν σεμνότητα τοῦ τε βίου καὶ τοῦ σχήματος*, Diog. L. VIII, 56. Ad Pythagoram etiam hi versus Empedoclis vulgo referebantur ap. Porphyr. V. P. 30, Iamblich. 67:

ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδώς,
ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπιήρανος ἔργων.
ὁππότε γὰρ πάσῃσιν ὀρέξαιτο πραπίδεσσι,
ῥεῖά γε τῶν ὄντων πάντων λεύσσεσκεν ἕκαστα,
καί τε δέκ' ἀνθρώπων καί τ' εἴκοσιν αἰώνεσσιν,

h. e. supra decem, imo viginti hominum saecula sapiens. Quamquam iidem versus a nonnullis ad Parmenidem referebantur, v. Diog. L. VIII, 54 et infra n. 167, not. c. — c) Constat inter omnes Pythagoram Metaponti diem obiisse, ubi memoria eius posteriore tempore maximis et prope divinis honoribus propagabatur, v. Cic. de Fin. V, 2; Iustin. XX, 4; Diog. L. VIII, 15. Reliquae de morte eius narrationes inde cummaxime turbatae sunt, quod fata Pythagoricorum cum ipsius fatis mature confundebantur, v. n. 99. — d) Est *Epicharmus*, celebratissimus ille inter comicos Siculos, cuius pater Elothales Pythagora familiariter usus esse tradebatur, v. Diog. L. VIII, 7. Ipsum Epicharmum, qui floruit Ol. 70—75, 4 i. e. a. 500 — 477 a. Chr., in comoediis suis frequentasse sententias philosophiam et Pythagoricam disciplinam redolentes, constat ex ipsius fragmentis, v. Grysar de Doriens. Com. p. 92—133; Welcker *kleine Schriften* I, p. 343 sq.; L. V. Schmidt Quaest. Epicharm. Spec. I, Bonnae 1846; Bernays *Rhein. Mus. f. Philol.* 1853, p. 280 sqq. Epicharmi nomine deinde Ennius inscripserat carmen, quo Romanis philosophiam Pythagoream, quam Romani antiquitus receptam studiosius colebant, interpretatus erat, v. Io. Vahlen Ennianae Poesis Reliq. p. XCII; 167 sq.

Polyb. Histor. II, 39. Καθ' οὓς γὰρ καιροὺς ἐν τοῖς 99
κατὰ τὴν Ἰταλίαν τόποις, κατὰ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα τότε προσαγορευομένην, ἐνέπρησαν τὰ συνέδρια τῶν Πυθαγορείων, μετὰ ταῦτα δὲ γιγνομένου κινήματος ὁλοσχεροῦς περὶ τὰς πολιτείας (ὅπερ εἰκός, ὡς ἂν τῶν πρώ-

των ἀνδρῶν ἐξ ἑκάστης πόλεως οὕτω παραλόγως διαφθαρέντων), συνέβη τὰς κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους Ἑλληνικὰς πόλεις ἀναπλησθῆναι φόνου καὶ στάσεως καὶ παντοδαπῆς ταραχῆς. ἐν οἷς καιροῖς ἀπὸ τῶν πλείστων μερῶν τῆς Ἑλλάδος πρεσβευόντων ἐπὶ τὰς διαλύσεις Ἀχαιοῖς καὶ τῇ τούτων πίστει συνεχρήσαντο πρὸς τὴν τῶν παρόντων κακῶν ἐξαγωγήν.

Cf. Iustin. Hist. XX, 4; Plut. de Stoic. Repugn. 37; Diog. L. VIII, 39; Porphyr. 54 sq. et qui Aristoxenum, Nicomachum et Apollonium Tyanenum excerpsit Iamblichum 248 sq.; C. F. Hermann *Griech. Staatsalterth.* §. 90 ed. 4. Constat ex Polybio ceterisque illas perturbationes rerum publicarum et diuturnas et per omnem Magnam Graeciam propagatas fuisse. Causa erat quod Pythagorei cum optimatibus sentiebant eamque factionem sodaliciis suis maximopere firmabant. Singula parum explorate narrantur, veluti quod iisdem turbis et Pythagoras senex et Philolaus atque Lysis iuvenes Crotone eiecti esse traduntur, Plutarch. de Genio Socr. 13. Multi necati sunt, alii in exsilium profecti, alii propter artium disciplinarumque studium vel tolerati vel restituti, v. Iamblich. 35. Et constat Pythagoreos Platonis aetate Tarenti auctoritate et studio litterarum quam maxime floruisse.

100 Diog. L. VIII, 15. *Μέχρι δὲ Φιλολάου οὐκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον δόγμα· οὗτος δὲ μόνος ἐξήνεγκε τὰ διαβόητα τρία βιβλία, ἃ Πλάτων ἐπέστειλεν ἑκατὸν μνῶν ὠνηθῆναι* [a]. Claudianus Mam. de Statu Anim. II, 3. Pythagorae igitur, quia nihil ipse scriptaverit [b], a posteris quaerenda sententia est; in quibus vel potissimum floruisse Philolaum reperio Tarentinum, qui multis voluminibus de intelligendis rebus et quid quaeque significent oppido obscure dissertans, priusquam de animae substantia decernat, de mensuris, ponderibus et numeris iuxta geometricam, musicam atque arithmeticam mirifice disputat [c]. Strabo V, p. 280. *ἀπεδέξαντο δὲ καὶ τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν (οἱ Ταραντῖνοι), διαφερόντως δ' Ἀρχύτας, ὃς καὶ προέστη τῆς πόλεως πολὺν χρόνον.* Diog. L. VIII, 79. *Ἀρχύτας — Ταραντῖνος. οὗ-*

τός ἐστιν ὁ Πλάτωνα ῥυσάμενος δι' ἐπιστολῆς παρὰ Διονυσίου μέλλοντ' ἀναιρεῖσθαι. ἐθαυμάζετο δὲ καὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ πάσῃ ἀρετῇ καὶ δὴ ἑπτάκις τῶν πολιτῶν ἐστρατήγησε. 83. οὗτος πρῶτος τὰ μηχανικὰ τοῖς μαθηματικοῖς προσχρησάμενος ἀρχαῖς μεθώδευσε καὶ πρῶτος κίνησιν ὀργανικὴν διαγράμματι γεωμετρικῷ προσήγαγε — καὶ ἐν γεωμετρίᾳ πρῶτος κύβον εὗρεν [d].

a) *Philolaus* a Diog. L. VIII, 84. Crotoniates, a ceteris omnibus dicitur fuisse Tarentinus. De aetate constat ex Platone Phaed. p. 61 D, ubi Simmias Thebanus Philolaum ante Socratem in patria sua audivisse narratur: unde intelligitur eum aliquamdiu Thebis commoratum esse. Etiam Philolaus placita Pythagoreorum non omnibus, sed scholae in usum litteris mandasse videtur; certe liber eius a Platone demum in Italia emtus et Athenas translatus esse traditur, cf. Diog. L. VIII, 85; Gell. N. Att. III, 17; A. Boeckh *Philolaos des Pythagoreers Lehren nebst den Bruchstücken seines Werkes, Berl.* 1819. — b) Cf. Plut. de Alex. Fort. I, 4; Diog. L. I, 16; VIII, 6; 15; Porphyr. V. P. 57; Iamblich. 199. Quae sub Pythagorae nomine circumferebantur, v. Diog. L. VIII, 6 sqq. coll. Menag. ad h. l., posteriorum Pythagoreorum maximam partem fuisse videntur, omnia ad nomen magistri referentium, cf. Porphyr. in Schol. Arist. p. 7 b Brandis: *οὐδὲ γὰρ κατέλιπε σύγγραμμα, ἀλλ' ὅπερ τοῖς ἄλλοις τὰ συγγράμματα, τοῦτο ἐκείνῳ οἱ μαθηταί.* — c) De opere Philolai in tres partes diviso, Dorica dialecto composito, v. Boeckh de Philolao p. 24 sqq. Praeter eum Archippus quoque et Lysis post Pythagoreos ex Italia eiectos edidisse libros feruntur, Porphyr. V. P. 58; Diog. L. VIII, 7. — d) *Archytas* Tarentinus inter clarissimos Pythagoreos fuit, maxime tamen floruit laudibus artium mathematicarum et mechanicarum, v. Horat. Carm. I, 28. De familiaritate Platonis constat ex huius quae feruntur epistolis; de legatione Archytae ad Dionysium iuniorem ex Plutarcho Dio 20, cf. C. F. Hermann *Gesch. u. Syst. d. Plat. Philos.* I, p. 58 sqq. Placita eius et inventa identidem memorantur ab Aristotele, v. Rhet. III, 11; Probl. XVI, 9; Metaph. *H*, 2; cf. Diog. L. V, 25, Theophrast. Met. 3, Eudemus ap. Simplic. Phys. f. 98 b. Aristoxenus Peripateticus, et ipse Tarento oriundus, vitam Archytae scripserat, v. Athen. XII, p. 545. Fragmenta eius, quae nunc feruntur, supposita esse videntur ad unum omnia, v. Ritter *Gesch. der Philos.* I, p. 377 sq. ed. 2; G. Hartenstein de Archytae Tarentini fragmentis philos. Lips. 1833; O. T. Gruppe *über die Fragmente des Archytas und der älteren Pythagoreer, Brl.* 1840.

101 Diog. L. VIII, 46. Τελευταῖοι ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων, οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε, Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπὸ Θρᾴκης καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος καὶ Ἐχεκράτης καὶ Διοκλῆς καὶ Πολύμνηστος, Φλιάσιοι καὶ αὐτοί. ἦσαν δὲ ἀκροαταὶ Φιλολάου καὶ Εὐρύτου τῶν Ταραντίνων [a]. Porphyr. V. P. 53. causas enumerans, cur philosophia Pythagorica inter posteriores exstincta sit: πρὸς δὲ τούτοις τὸν Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλη, Σπεύσιππόν τε καὶ Ἀριστόξενον καὶ Ξενοκράτην, ὥς φασιν οἱ Πυθαγόρειοι, τὰ μὲν κάρπιμα σφετερίσασθαι διὰ βραχείας ἐπισκευῆς [b], τὰ δ' ἐπιπόλαια καὶ ἐλαφρὰ καὶ ὅσα πρὸς διασκευὴν καὶ χλευασμὸν τοῦ διδασκαλείου ὑπὸ τῶν βασκάνως ὕστερον συκοφαντούντων προβάλλεται συναγαγεῖν καὶ ὡς ἴδια τῆς αἱρέσεως καταχωρίσαι [c]. Herod. II, 81. ὁμολογέουσι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρφικοῖσι καλεομένοισι καὶ Βακχικοῖσι, ἐοῦσι δὲ Αἰγυπτίοισι καὶ Πυθαγορείοισι [d].

a) Novissimi igitur Pythagorei non in Italia philosophabantur, sed in Graecia. *Eurytus* Philolai auditor fuisse perhibetur, Iambl. V. P. 139, 148, Platonisque magister, Diog. L. III, 6; Appulei. de Dogm. Plat. p. 159 Bip. Meminit eius Aristoteles Met. *N*, 5 (n. 114 not.; 126 not.). Omnium, quotquot fuisse perhibentur, Pythagoreorum nomina recensita et ad solitam istam successionum speciem composita habes ap. Iamblich. V. P. 265 sqq. — b) Haec est falsa illa, sed pervulgata apud posteros opinio, quam de Platonis Timaeo primus prodit Timo Phliasius ap. Gell. N. A. III, 16, nobilem illum dialogum ex Philolai libris concinnatum esse contumeliose significans. Inde postea efficti, qui nunc exstant, Timaei Locri et Ocelli Lucani libri Dorica dialecto scripti, qui posteriorum multis fraudi fuerunt. — c) Haec ad Aristoxenum maxime pertinent, v. supra n. 91 et Fragm. Historic. Graec. ed. C. Müller, Vol. II, p. 272 sqq. Quamquam etiam recentiores Pythagorei de Pythagora deque institutis sodalicii ac symbolis commentarios quosdam publicaverunt *Πυθαγορικὰ ὑπομνήματα* inscriptos, qui passim citantur, v. Diog. L. VIII, 24; 36 ex Alexandro Polyhistore; Porphyr. V. P. 58; Iamblich. 157; 161. Adde farraginem illam librorum Pythagoricorum, qui quaestus causa et in fraudem eorum, qui libros antiquos ambitiose colligebant, suppositi sunt a librariis male industriis, v. Schol. Aristot. p. 28a Brandis. — d) Haec pertinent

ad vitam Pythagoricam, quam constat Orphicos aemulatos esse et quasi populariter continuasse, v. Lobeck Aglaoph. p. 244 sq. Idem cadit in dicendi genus symbolicum et multa dogmata mystica: unde factum ut labantibus temporibus etiam ab Orphicis nonnulla Pythagorae scripta subiecta sint, sicut invicem Orpheo a Pythagoreis, v. ibid. p. 330; 358; 721 sqq.; 891 sqq.; 944.

2. Doctrina Pythagoreorum, inprimis Philolai.

Philolaus ap. Stob. Ecl. I, p. 454. *Ἀνάγκα τὰ ἐόντα εἶμεν πάντα ἢ περαίνοντα ἢ ἄπειρα* [a], *ἢ περαίνοντά τε καὶ ἄπειρα, ἄπειρα δὲ μόνον οὐκ ἀεί. . . . ἐπεὶ τοίνυν φαίνεται οὔτ' ἐκ περαινόντων πάντων ἐόντα οὔτ' ἐξ ἀπείρων πάντων, δῆλόν τ' ἄρα ὅτι ἐκ περαινόντων τε καὶ ἀπείρων ὅ τε κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ συναρμόχθη. δηλοῖ δὲ καὶ τὰ ἐν τοῖς ἔργοις* [b]*· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐκ περαινόντων περαίνοντα, τὰ δ' ἐκ περαινόντων τε καὶ ἀπείρων περαίνοντά τε καὶ οὐ περαίνοντα, τὰ δ' ἐξ ἀπείρων ἄπειρα φανέονται.* 102

a) *περαίνοντα* sunt quibus finiuntur *τὰ ἄπειρα*, veluti in Platone Phileb. p. 16 C opponuntur *πέρας* et *ἀπειρία*. Quomodo haec ad numeros et ad mundum relata sint patebit infra n. 104 sq.; 113 sq. — b) Cf. n. 104.

Cf. Diog. L. VIII, 85. *Τοῦτόν φησι Δημήτριος ἐν ὁμωνύμοις πρῶτον ἐκδοῦναι τῶν Πυθαγορικῶν περὶ φύσεως, ὧν ἡ ἀρχὴ ἥδε· Φύσις δ' ἐν τῷ κόσμῳ ἁρμόχθη ἐξ ἀπείρων τε καὶ περαινόντων καὶ ὅλος ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα.* Exordium igitur operis est, sed mutilatum, v. Boeckh Philol. p. 45 sqq. Deest argumentum, cuius pars tantum exstat vocibus *ἄπειρα δὲ μόνον οὐκ ἀεί.* Aliam partem servavit Iamblich. ad Nicom. Arithm. p. 7 (Villoison Anecd. II, p. 196): *ἀρχὰν γὰρ οὐδὲ τὸ γνωσούμενον ἐσσεῖται πάντων ἀπείρων ἐόντων κατὰ τὸν Φιλόλαον*: ubi *τὸ γνωσούμενον* active dicitur, cf. Plato Cratyl. p. 440 A. *καὶ ἐκ τούτου τοῦ λόγου οὔτε τὸ γνωσόμενον οὔτε τὸ γνωσθησόμενον ἂν εἴη* i. e. neque cognoscens neque cognitum.

Philolaus ap. Stob. I, p. 456. *Καὶ πάντα γα μὰν τὰ γιγνωσκόμενα ἀριθμὸν ἔχοντι· οὐ γὰρ ὅτιῶν οἷόν τε**) 103

---

*) Vulgo *ὅτιῶν τε.* Corr. Boeckh.

οὐθὲν οὔτε νοηθῆμεν οὔτε γνωσθῆμεν ἄνευ τούτου. ὅ γα μὰν ἀριθμὸς ἔχει δύο μὲν ἴδια εἴδη, περισσὸν καὶ ἄρτιον, τρίτον δὲ ἀπ' ἀμφοτέρων μιχθέντων ἀρτιοπέρισσον. ἑκατέρω δὲ τῶ εἴδεος πολλαὶ μορφαί *).

Cf. Theo Smyrn. I, 5, p. 30. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ Πυθαγορικῷ τὸ ἓν φησιν ἀμφοτέρων μετέχειν τῆς φύσεως· ἀρτίῳ μὲν γὰρ προστεθὲν περιττὸν ποιεῖ, περιττῷ δὲ ἄρτιον, ὃ οὐκ ἂν ἠδύνατο, εἰ μὴ ἀμφοῖν ταῖν φυσέοιν μετεῖχε· διὸ καὶ ἀρτιοπέριττον καλεῖσθαι τὸ ἕν. Unde verisimile est etiam Philolaum in sequentibus disputasse de numeris eorumque rationibus et virtutibus, maxime de numero denario, quo omnes numeros atque omnes numerorum virtutes contineri putabant, v. n. 104. Connexum cum antecedentibus (n. 102) aperiunt haec ap. Nicomach. Inst. Arithm. II, 18. Φιλόλαος δὲ ἀναγκαῖον τὰ ἐόντα πάντα εἶμεν ἤτοι ἄπειρα ἢ περαίνοντα ἢ περαίνοντα ἅμα καὶ ἄπειρα — κατ' εἰκόνα δηλονότι τοῦ ἀριθμοῦ· καὶ γὰρ οὗτος σύμπας ἐκ μονάδος καὶ δυάδος σύγκειται, ἀρτίου τε καὶ περιττοῦ, ἃ δὴ ἰσότητός τε καὶ ἀνισότητος ἐμφαντικά, ταυτότητός τε καὶ ἑτερότητος, περαίνοντός τε καὶ ἀπείρου, ὡρισμένου τε καὶ ἀορίστου.

104 **Philolaus ap. Stob. Ecl. I, p. 8.** Θεωρεῖν δεῖ τὰ ἔργα καὶ τὰν ἐσσίαν τῶ ἀριθμῶ καττὰν**) δύναμιν, ἅτις ἐντὶ ἐν τᾷ δεκάδι· μεγάλα γὰρ καὶ παντελὴς καὶ παντοεργὸς καὶ θείω καὶ οὐρανίω βίω καὶ ἀνθρωπίνω ἀρχὰ καὶ ἁγεμὼν κοινωνοῦσα . . . δύναμις καὶ τᾶς δεκάδος. ἄνευ δὲ ταύτας πάντα ἄπειρα καὶ ἄδηλα καὶ ἀφανῆ [a]. νομικὰ γὰρ ἁ φύσις ἁ τῶ ἀριθμῶ καὶ ἁγεμονικὰ καὶ διδασκαλικὰ τῶ ἀπορουμένω παντὸς καὶ ἀγνοουμένω παντί. οὐ γὰρ ἦς ***) δῆλον οὐθενὶ οὐθὲν τῶν πραγμάτων οὔτε αὐτῶν ποθ' αὐτὰ οὔτε ἄλλω ποτ' ἄλλο, εἰ μὴ ἦς †) ἀριθμὸς καὶ ἁ τούτω ἐσσία. νῦν δὲ οὗτος καττὰν ††) ψυχὰν ἁρμόζων αἰσθάσει πάντα γνωστὰ καὶ ποτάγορα [b] ἀλλάλοις κατὰ γνώμονος φύσιν †††) ἀπεργάζεται, σω-

---

*) Sequuntur haec: ἃς ἕκαστον αὐ ταὐτὸ (al. ἀντ' αὐτὸ) σημαίνει, quae nondum emendata sunt. — **) Vulgo τῶν ἀριθμῶν κατά. Corr. Boeckh. Philol. p. 139. — ***) Vulgo ἐντί. ἦς Boeckh. ex coni. Koenii ad Gregor. Corinth. p. 259. — †) Vulgo εἰς. Corr. Koen. l. l. — ††) Vulgo κατά. καττὰν coni. Boeckh. — †††) V. Boeckh. Philol. p. 142 sq.

ματῶν καὶ σχίζων *) τοὺς λόγους χωρὶς ἑκάστους τῶν πραγμάτων, τῶν τε ἀπείρων καὶ τῶν περαινόντων .... ἴδοις δὲ καὶ οὐ μόνον ἐν τοῖς δαιμονίοις καὶ θείοις πράγμασι τὰν τῶ ἀριθμῶ φύσιν καὶ τὰν δύναμιν ἰσχύουσαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἀνθρωπικοῖς ἔργοις καὶ λόγοις πᾶσι παντᾶ, καὶ κατὰ τὰς δαμιουργίας τὰς τεχνικὰς πάσας καὶ κατὰ τὰν μουσικάν. ψεῦδος δὲ οὐθὲν δέχεται ἁ τῶ ἀριθμῶ φύσις οὐδὲ ἁρμονία· οὐ γὰρ οἰκεῖον αὐτοῖς ἐντί· τᾶς γὰρ ἀπείρω καὶ ἀνοήτω καὶ ἀλόγω φύσιος τὸ ψεῦδος καὶ ὁ φθόνος ἐντί [c].

a) Cf. Aristot. Met. *Α*, 5; Theo Smyrn. Plat. Mathem. II, 49, p. 166. *ἡ μέντοι δεκὰς πάντα περαίνει τὸν ἀριθμόν, ἐμπεριέχουσα πᾶσαν φύσιν ἐντὸς αὑτῆς ἀρτίου τε καὶ περιττοῦ, κινουμένου τε καὶ ἀκινήτου, ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ· περὶ ἧς καὶ Ἀρχύτας ἐν τῷ περὶ τῆς δεκάδος καὶ Φιλόλαος ἐν τῷ περὶ φύσεως πολλὰ διεξίασιν.* Theologum. Arithm. 10, p. 60 sq., ubi hic numerus omnium elementa intra se continere dicitur: *στερεὰ καὶ ἐπίπεδα, ἄρτιά τε καὶ περισσὰ καὶ ἀρτιοπέρισσα, καὶ τέλεια πᾶσι τρόποις, πρῶτά τε καὶ ἀσύνθετα, ἰσότητά τε καὶ ἀνισότητα, τὰς δὲ δέκα σχέσεις, διαμετρικά τε καὶ σφαιρικὰ καὶ κυκλικά* etc. — *διόπερ καὶ ἐπωνόμαζον αὐτὴν θεολογοῦντες οἱ Πυθαγορικοὶ ποτὲ μὲν κόσμον, ποτὲ δὲ οὐρανόν, ποτὲ δὲ πᾶν, ποτὲ δὲ εἱμαρμένην καὶ αἰῶνα, κράτος τε καὶ πίστιν καὶ ἀνάγκην.* — *Πίστις γε μὴν καλεῖται, ὅτι κατὰ τὸν Φιλόλαον δεκάδι καὶ τοῖς αὐτῆς μορίοις περὶ τῶν ὄντων οὐ παρέργως καταλαμβανομένοις πίστιν βεβαίαν ἔχομεν.* Quaternarium numerum quasi compendium et originem denarii esse docebant, quia si addendo coniungas unum duo tria quatuor, efficiuntur decem, cf. Vit. Pythag. ap. Phot. Bibl. p. 712. *ἐπειδὴ πάντα εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνῆγον ἔκ τε τῆς μονάδος καὶ τῆς δυάδος καὶ τὰ ὄντα πάντα ἀριθμοὺς προσηγόρευον, ὁ δὲ ἀριθμὸς συμπληροῦται τοῖς δέκα, ὁ δὲ δέκα σύνθεσις τῶν τεσσάρων κατὰ τὸ ἑξῆς ἀριθμούντων ἡμῶν, διὰ τοῦτο τὸν ἀριθμὸν πάντα τετρακτὺν ἔλεγον.* Inde iuramentum illud Pythagorae per tetractyn: *Οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν, Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ᾽ ἔχουσαν,* Carm. aur. 47. Cf. Lucian. pro lapsu inter salut. 5. *εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν τετρακτύν, τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν, ἣ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖ, ἤδη καὶ ὑγιείας ἀρχὴν ἐκάλεσαν, ὧν καὶ Φιλόλαός ἐστιν.* — b) Sen-

---

*) Coni. Boeckh. pro *σωμάτων*. *σωματῶν* et *σχίζων* h. e. corpora formans et disiungens.

sus: Numerus facit ut omnia cognosci possint. Eodem sensu iunguntur *σύμμετρα* et *προσήγορα* a Moderato Neo-Pythagorico ap. Stob. Ecl. I, p. 864. — c) Sequuntur haec, aliunde ut videtur petita: *ψεῦδος δὲ οὐδαμῶς ἐς ἀριθμὸν ἐπιπνεῖ· πολέμιον γὰρ καὶ ἐχθρὸν τᾷ φύσι τὸ ψεῦδος, ἁ δ' ἀλάθεια οἰκεῖον καὶ σύμφυτον τᾷ τῶ ἀριθμῶ γενεᾷ.*

Vides cur tantum numeris a Pythagoreis tributum sit: quia summam inter eos et rerum principia convenientiam esse et verissimam iis rerum cognoscendarum regulam contineri persuasum habebant. Id ipsum significat Aristot. Met. *A*, 5. *ἐν δὲ τούτοις καὶ πρὸ τούτων* (dixerat de Anaxagora, Parmenide, Empedocle, Leucippo et Democrito) *οἱ καλούμενοι Πυθαγόρειοι τῶν μαθημάτων ἁψάμενοι πρῶτοι ταῦτα προήγαγον, καὶ ἐντραφέντες ἐν αὐτοῖς τὰς τούτων ἀρχὰς τῶν ὄντων ἀρχὰς ᾠήθησαν εἶναι πάντων*: quamquam quo sensu ita statuerint, id non semper eodem modo explicat. Nonnunquam enim eos similitudine quadam inter res ac numeros ductos principia disciplinae suae posuisse affirmat, velut loco citato, ubi sic pergit: *ἐπεὶ δὲ τούτων* (*τῶν μαθημάτων*) *οἱ ἀριθμοὶ φύσει πρῶτοι, ἐν δὲ τοῖς ἀριθμοῖς ἐδόκουν θεωρεῖν ὁμοιώματα πολλὰ τοῖς οὖσι καὶ γιγνομένοις, μᾶλλον ἢ ἐν πυρὶ καὶ γῇ καὶ ὕδατι, ὅτι τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν πάθος δικαιοσύνη, τὸ δὲ τοιονδὶ ψυχὴ καὶ νοῦς, ἕτερον δὲ καιρὸς καὶ τῶν ἄλλων ὡς εἰπεῖν ἕκαστον ὁμοίως* (v. infra n. 116), *ἔτι δὲ τῶν ἁρμονιῶν**) *ἐν ἀριθμοῖς ὁρῶντες τὰ πάθη καὶ τοὺς λόγους· ἐπειδὴ τὰ μὲν ἄλλα τοῖς ἀριθμοῖς ἐφαίνετο τὴν φύσιν ἀφωμοιῶσθαι πᾶσαν, οἱ δ' ἀριθμοὶ πάσης τῆς φύσεως πρῶτοι, τὰ τῶν ἀριθμῶν στοιχεῖα τῶν ὄντων στοιχεῖα πάντων εἶναι ὑπέλαβον, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν ἁρμονίαν εἶναι καὶ ἀριθμόν.* cf. n. 105. n. a. Adde Met. *A*, 6. *οἱ μὲν γὰρ Πυθαγόρειοι μιμήσει τὰ ὄντα φασὶν εἶναι τῶν ἀριθμῶν, Πλάτων δὲ μεθέξει, τοὔνομα μεταβαλών.* Met. *N*, 3. *οἱ δὲ Πυθαγόρειοι διὰ τὸ ὁρᾶν πολλὰ τῶν ἀριθμῶν πάθη ὑπάρχοντα τοῖς αἰσθητοῖς σώμασιν, εἶναι μὲν ἀριθμοὺς ἐποίησαν τὰ ὄντα, οὐ χωριστοὺς δέ* (velut Plato ideas separabat a rebus), *ἀλλ' ἐξ ἀριθμῶν τὰ ὄντα.* Aliis enimvero locis numerum et elementa numeri secundum Pythagoreos et principia et substantiam rerum omnium esse diserte dicit, veluti eo loco, qui citabitur n. 105 aliisque consimilibus, qui passim allegabuntur, cf. de Coelo III, 1 extr. *ἔνιοι γὰρ τὴν φύσιν ἐξ ἀριθμῶν συνιστᾶσιν, ὥσπερ τῶν Πυθαγορείων τινές.* Eodem sensu inferiores Pythagorei Acusmaticos et Hippasum eo descivisse a magistro contendebant, quod numerum nonnisi *παράδειγμα* rerum esse posuissent, v. supra n. 97, not. c. Dixeris antiquiores parum di-

---

*) Ita Bonitz pro *ἁρμονικῶν*, v. ei. comm. in Metaph. p. 78.

stincte de his locutos esse, recentiores admixta Platonis de ideis doctrina in apertam dissensionem et diversas sectas abiisse: quo pertinent et illae de Hippaso narrationes fabulosae et hoc fragmentum suppositum Theanus ap. Stob. Ecl. I, p. 302. *ὁ δὲ (Πυθαγόρας) οὐκ ἐξ ἀριθμοῦ, κατὰ δὲ ἀριθμὸν ἔλεγε πάντα γίγνεσθαι.*

Arist. Met. *A*, **5.** Φαίνονται δὴ καὶ οὗτοι (sc. οἱ 105
Πυθαγόρειοι) τὸν ἀριθμὸν νομίζοντες ἀρχὴν εἶναι καὶ ὡς ὕλην τοῖς οὖσι καὶ ὡς πάθη τε καὶ ἕξεις, τοῦ δὲ ἀριθμοῦ στοιχεῖα τό τε ἄρτιον καὶ τὸ περιττόν, τούτων δὲ τὸ μὲν πεπερασμένον τὸ δὲ ἄπειρον, τὸ δ' ἓν ἐξ ἀμφοτέρων εἶναι τούτων (καὶ γὰρ ἄρτιον εἶναι καὶ περιττόν), τὸν δ' ἀριθμὸν ἐκ τοῦ ἑνός, ἀριθμοὺς δέ, καθάπερ εἴρηται, τὸν ὅλον οὐρανόν [a]. ἕτεροι δὲ τῶν αὐτῶν τούτων τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας,

πέρας	ἄπειρον,
περιττὸν	ἄρτιον,
ἓν	πλῆθος,
δεξιὸν	ἀριστερόν,
ἄρρεν	θῆλυ,
ἠρεμοῦν	κινούμενον,
εὐθὺ	καμπύλον,
φῶς	σκότος,
ἀγαθὸν	κακόν,
τετράγωνον	ἑτερόμηκες [b],

ὅνπερ τρόπον ἔοικε καὶ Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιάτης ὑπολαβεῖν, καὶ ἤτοι οὗτος παρ' ἐκείνων ἢ ἐκεῖνοι παρὰ τούτου παρέλαβον τὸν λόγον τοῦτον· καὶ γὰρ ἐγένετο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἐπὶ γέροντι Πυθαγόρᾳ, ἀπεφήνατο δὲ παραπλησίως τούτοις· φησὶ γὰρ εἶναι δύο τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων, λέγων τὰς ἐναντιότητας οὐχ ὥσπερ οὗτοι διωρισμένας, ἀλλὰ τὰς τυχούσας, οἷον λευκὸν μέλαν, γλυκὺ πικρόν, ἀγαθὸν κακόν; μέγα μικρόν [c]. οὗτος μὲν οὖν ἀδιορίστως ἐπέρριψε περὶ τῶν λοιπῶν, οἱ δὲ Πυθαγόρειοι καὶ πόσαι καὶ τίνες αἱ ἐναντιώσεις ἀπε-

φήναντο. παρὰ μὲν οὖν τούτων ἀμφοῖν [a] τοσοῦτον ἔστι λαβεῖν, ὅτι τἀναντία ἀρχαὶ τῶν ὄντων· τὸ δ' ὅσαι παρὰ τῶν ἑτέρων, καὶ τίνες αὗταί εἰσιν. πῶς μέντοι πρὸς τὰς εἰρημένας αἰτίας ἐνδέχεται συναγαγεῖν, σαφῶς μὲν οὐ διήρθρωται παρ' ἐκείνων, ἐοίκασι δ' ὡς ἐν ὕλης εἴδει τὰ στοιχεῖα τάττειν· ἐκ τούτων γὰρ ὡς ἐνυπαρχόντων συνεστάναι καὶ πεπλάσθαι φασὶ τὴν οὐσίαν. — — οἱ δὲ Πυθαγόρειοι δύο μὲν τὰς ἀρχὰς [e] κατὰ τὸν αὐτὸν εἰρήκασι τρόπον, τοσοῦτον δὲ προσεπέθεσαν, ὃ καὶ ἴδιόν ἐστιν αὐτῶν, ὅτι τὸ πεπερασμένον καὶ τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἓν οὐχ ἑτέρας τινὰς ᾠήθησαν εἶναι φύσεις, οἷον πῦρ ἢ γῆν ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἄπειρον καὶ αὐτὸ τὸ ἓν οὐσίαν εἶναι τούτων ὧν κατηγοροῦνται, διὸ καὶ ἀριθμὸν εἶναι τὴν οὐσίαν ἁπάντων.

a) His illustrantur ea, quae in antecedentibus citavimus ex opere Philolai. Pro *πεπερασμένον* Aristoteles debebat scribere *πέρας*, velut in subsequenti tabula contrariorum opponuntur *πέρας* et *ἄπειρον* et deinde *περιττὸν* et *ἄρτιον*: *πέρας* vero est i. q. *περαῖνον*, quo vocabulo utitur Philolaus. Finitur enim *τὸ ἄρτιον ὑπὸ τοῦ περιττοῦ*, v. Arist. Phys. III, 4. *καὶ οἱ μὲν* (*Πυθαγόρειοι*) *τὸ ἄπειρον εἶναι τὸ ἄρτιον· τοῦτο γὰρ ἐναπολαμβανόμενον καὶ ὑπὸ τοῦ περιττοῦ περαινόμενον παρέχειν τοῖς οὖσι τὴν ἀπειρίαν*: ad quem locum Simplic. Phys. f. 105 a. *οὗτοι δὲ τὸ ἄπειρον τὸν ἄρτιον ἀριθμὸν ἔλεγον διὰ τὸ πᾶν μὲν ἄρτιον, ὥς φασιν οἱ ἐξηγηταί, εἰς ἴσα διαιρούμενον ἄπειρον κατὰ τὴν διχοτομίαν. — τὸ δὲ περιττὸν προστεθὲν περαίνει αὐτό· κωλύει γὰρ αὐτοῦ τὴν εἰς τὰ ἴσα διαίρεσιν.* — b) Decem principia (cave dicas categorias) ab his poni dicit, quia dena paria oppositorum numerat, *τὰς ἀρχὰς τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας*, vocabulo *συστοιχία* ab ordinibus vel militum vel chori ad rationes notionum translato. Quod dicit *ἕτεροι δὲ τῶν αὐτῶν τούτων*, apparet eum alios nunc auctores sequi atque in superioribus, cf. Meteorol. I, 6. *τῶν δ' Ἰταλικῶν τινες καὶ καλουμένων Πυθαγορείων*, ib. 8; De An. I, 2, 4. *ἔφασαν γάρ τινες αὐτῶν.* De Sens. et Sensil. 5. — c) Alcmaeon Crotoniata, qui Pythagorae suppar erat, *φυσικὸν λόγον* composuisse dicitur, quo principia Pythagoreorum ad physiologiam et artem medicam, quibus maxime studebat, liberius applicaverat. Ad bina opposita eum *τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων* revocasse repetit Diog. L. VIII, 83. De fragmentis et doctrina eius cf. Unna in Stud. philol.-histor. ed. Petersen,

Hamb. 1832, p. 41—87; Krische *Forsch.* p. 68—78. — d) Alcmaeonem dicit et eos e Pythagoreis, qui decem contrariorum paria posuerant. In sequentibus *τὸ δ' ὅσαι παρὰ τῶν ἑτέρων* apparet respicere ad eos, de quibus dixerat ante auctores decem oppositorum; *οἱ ἐκεῖνοι* vero in verbis *σαφῶς μὲν οὐ διήρθρωται* etc. videntur esse hi ipsi auctores. — e) In iis, quae omisimus, sermo fuerat de Eleaticis, maxime de Parmenide. Duo principia nunc ita numerat, ut dena opposita alterius utrius columnae ad unum revocet; nam *τὸ πέρας* est idem atque *τὸ περιττόν, τὸ ἄρρεν, τὸ ἀγαθόν* etc. Quapropter prior series nonnunquam boni series, altera pravi, privativi, infiniti series appellatur, v. Eth. Nic. I, 4. *οἱ Πυθαγόρειοι — τιθέντες ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ τὸ ἕν,* Phys. III, 2. *τῆς δὲ ἑτέρας συστοιχίας αἱ ἀρχαὶ διὰ τὸ στερητικαὶ εἶναι ἀόριστοι,* et Simpl. Phys. f. 98 a. b, quae ad Pythagoreos referenda esse intelligitur ex Eudemi aliorumque Aristotelis interpretum testimoniis. In singulis oppositis multum variabatur, v. Varro de Ling. Lat. V, 11. *Pythagoras Samius ait omnium rerum initia esse bina, ut finitum et infinitum, bonum et malum, vitam et mortem, diem et noctem.* Cf. Plut. de. Is. et Osir. 48; Simpl. Phys. f. 6 b. *τινὲς μέντοι καὶ μέχρι δεκάδος προήγαγον τὰς ἀρχάς —, ὥσπερ οἱ Πυθυγόρειοι τοὺς ἀπὸ μονάδος ἄχρι δεκάδος ἀριθμοὺς ἔλεγαν τῶν ἁπάντων ἢ τὰς δέκα συστοιχίας, ἃς ἄλλοι ἄλλως ἀνέγραψαν.*

Philolaus ap. Stob. Ecl. I, p. 458. *Περὶ δὲ φύσιος καὶ ἁρμονίας ὧδε ἔχει· ἃ μὲν ἐστὼ τῶν *) πραγμάτων ἀΐδιος ἔσσα καὶ αὐτὰ μὲν ἁ φύσις θείαν τε καὶ οὐκ ἀνθρωπίναν ἐνδέχεται γνῶσιν πλέον γα, ἢ ὅτι οὐχ οἷόν τ' ἦς οὐθενὶ τῶν ἐόντων καὶ γιγνωσκομένων ὑφ' ἁμῶν γνωσθῆμεν **), μὴ ὑπαρχούσας αὐτᾶς ἐντὸς ***) τῶν πραγμάτων, ἐξ ὧν ξυνέστα ὁ κόσμος, τῶν τε περαινόντων καὶ τῶν ἀπείρων* [a]. *ἐπεὶ δέ τε ἀρχαὶ ὑπᾶρχον οὐχ ὁμοῖαι οὐδ' ὁμόφυλοι ἔσσαι, ἤδη ἀδύνατον ἦς ἂν καὶ αὐταῖς κοσμηθῆμεν, εἰ μὴ ἁρμονία ἐπεγένετο, ᾧ τινὶ ἂν τρόπῳ ἐγένετο. τὰ μὲν ὦν ὁμοῖα καὶ ὁμόφυλα ἁρμονίας οὐθὲν ἐπεδέοντο· τὰ δὲ ἀνόμοια μηδὲ ὁμόφυλα μηδὲ ἰσοτελῆ, ἀνάγκα τὰ τοιαῦτα ἁρμονίᾳ συγκεκλεῖσθαι, εἰ μέλλοντι ἐν κόσμῳ κατέχεσθαι* [b]. 106

*) Vulgo *ἐστώτων*. Corr. Boeckh. p. 62. — **) Vulgo *γεγενέσθαι*. Corr. Boeckh. — ***) Vulgo *τὰς ἐν τοὺς*. Corr. Heeren.

a) Sensus: Aeterna rerum substantia et natura divinam, non humanam cognitionem requirit, nisi quantum subest finitis illis atque infinitis principiis, ex quibus constat mundus, unde etiam ab homine aliquatenus cognosci potest. *ἁ ἐστὼ τῶν πραγμάτων* et *αὐτὰ ἁ φύσις* sunt idem quod *δεκάς, ἀριθμὸς καὶ ἁ τούτω ἐσσία, φύσις τῶ ἀριθμῶ* in n. 104. — b) Quum principia illa sint dissimilia, mundus non poterat ex iis existere, nisi harmonia accessisset. Harmonia enim est ea ratio, qua opposita continentur atque ad mundi compositionem consociantur, cf. Diog. L. VIII, 85. de Philolao: *δοκεῖ δὲ αὐτῷ πάντα ἀνάγκῃ καὶ ἁρμονίᾳ γενέσθαι*, et Nicom. Arithm. II, 19, p. 59. *ἁρμονία δὲ πάντως ἐξ ἐναντίων γίγνεται· ἔστι γὰρ ἁρμονία πολυμιγέων ἕνωσις καὶ διχοφρονούντων συμφρόνησις*, quae definitio est Pythagorica, v. Ast ad Nicom. p. 299. Sequitur apud Stobaeum accuratior definitio harmoniae, quam musici appellabant, ex Philolao excerpta, neque dubitari potest quin et ipse rem numeris explicuerit, v. Boeckh p. 65 sqq. Constat enim vel Pythagoram vel Pythagoreos primos consonantiarum momenta vel proportiones numeris determinasse octavamque, quam nos vocamus, interposuisse, v. Xenocrates et Heraclides ap. Porphyr. in Ptol. Harm. p. 213; Nicomach. Harm. Man. I, p. 9 sq. Meibom; Boeth. de Musica I, c. 10, 11; Diog. L. VIII, 12. Octonus sonus illis omninoque antiquissimis musicis appellabatur harmonia.

107 **Stob. Ecl. Phys. I, p. 418.** *Φιλόλαος ἄφθαρτον τὸν κόσμον εἶναι· λέγει γοῦν οὕτως ἐν τῷ περὶ ψυχῆς· „Παρὸ καὶ ἄφθαρτος καὶ ἀκαταπόνατος διαμένει τὸν ἄπειρον αἰῶνα· οὔτε γὰρ ἔντοσθεν ἄλλα τις αἰτία δυναμικωτέρα αὐτᾶς* [a] *εὑρεθήσεται οὔτ᾽ ἔκτοσθεν, φθεῖραι αὐτὸν δυναμένα, ἀλλ᾽ ἦς ὅδε ὁ κόσμος ἐξ αἰῶνος καὶ ἐς αἰῶνα διαμένει, εἷς ὑπὸ ἑνὸς τῶ ξυγγενέος* *) *καὶ κρατίστω καὶ ἀνυπερβάτω* **) *κυβερνώμενος* [b].

Quae sequuntur interpositis Stobaei interpretamentis locutionibusque a Philolao alienis adeo corrupta sunt, ut quid ipsius Philolai sit quid minus non liqueat, cf. Boeckh p. 166 sq.; quare a nobis prior tantummodo pars apposita est, quae tamen et ipsa aliquid vitii contraxisse videtur, cf. Ahrens de dial. Dor. p. 24; Zeller *d. Philos. d. Gr.* I, p. 269 ed. 2. — a) Supplendum est *τᾶς*

---

*) Vulgo *συγγενέω*. Coni. Boeckh. — **) Vulgo *ἀνυπερθάτω*. Coni. Boeckh. Krische coni. *ἀνυπερβλάτω* vel *καθυπερτάτω*, *Forschungen* p. 80.

ψυχᾶς scil. *τῷ κόσμῳ*. Connexum cum antecedentibus indicat Claudian. Mam. de Stat. An. II, 3. *priusquam de animae substantia decernat, de mensuris, ponderibus et numeris iuxta geometricam, musicam atque arithmeticam mirifice disputat, per haec omnia universum exstitisse affirmans*, cf. Boeckh Philol. p. 85 sqq. et quae de anima humana disputabuntur infra. Utraque enim, anima mundi et anima hominis, est harmonia et numerus, quo omnia in universo constant et continentur, v. Iamblich. ad Nicom. Arithm. p. 11. *Φιλόλαος δέ φησιν ἀριθμὸν εἶναι τῆς τῶν κοσμικῶν αἰωνίας διαμονῆς τὴν κρατιστεύουσαν καὶ αὐτογενῆ συνοχήν.* — b) Dicit deum s. Unum, v. sqq.

Philol. ap. Iambl. in Nicom. Arithm. p. 109. *Ἓν ἀρχὰ πάντων.* **Id. ap. Phil. d. Mund. Opif. 33, p. 24 Mang.** *Ἐντὶ γὰρ ὁ ἁγεμὼν καὶ ἄρχων ἁπάντων θεὸς εἷς ἀεὶ ἐών, μόνιμος, ἀκίνατος, αὐτὸς αὑτῷ ὅμοιος, ἄτερος τῶν ἄλλων.* 108

Cf. Aristot. Met. *M*, 6. *τῶν Πυθαγορείων ὅσοι τὸ ἓν στοιχεῖον καὶ ἀρχήν φασιν εἶναι τῶν ὄντων.* Athenag. Leg. p. Christ. 6, p. 25 Oxon.: *καὶ Φιλόλαος δὲ ὥσπερ ἐν φρουρᾷ πάντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ περιειλῆφθαι λέγων καὶ τὸ ἕνα εἶναι καὶ τὸ ἀνωτέρω τῆς ὕλης δεικνύει*, cf. Boeckh p. 151. A posterioribus distinguebatur inter unum et unitatem, *ἕν* et *μονάδα*. Illud primum numerum, hanc omnium numerorum atque rerum causam atque originem dicebant, v. Theo Smyrn. Math. 4. *ὥστε εἴη ἂν ἀρχὴ τῶν μὲν ἀριθμῶν ἡ μονάς, τῶν δὲ ἀριθμητῶν τὸ ἕν.* — *Ἀρχύτας δὲ καὶ Φιλόλαος ἀδιαφόρως τὸ ἓν καὶ μονάδα καλοῦσι καὶ τὴν μονάδα ἕν.*

Simpl. ad Arist. Phys. fol. 39 a. *Καὶ οἱ Πυθαγόρειοι δὲ οὐ τῶν φυσικῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων ἁπλῶς μετὰ τὸ ἕν, ὃ πάντων ἀρχὴν ἔλεγον, ἀρχὰς δευτέρας καὶ στοιχειώδεις τὰ ἐναντία ἐτίθεσαν, αἷς καὶ τὰς δύο συστοιχίας ὑπέταττον* [a], *οὐκέτι κυρίως ἀρχαῖς οὔσαις. γράφει δὲ περὶ τούτων ὁ Εὔδωρος τάδε· „Κατὰ τὸν ἀνωτάτω λόγον φατέον τοὺς Πυθαγορικοὺς τὸ ἓν ἀρχὴν τῶν πάντων λέγειν, κατὰ δὲ τὸν δεύτερον λόγον δύο ἀρχὰς τῶν ἀποτελουμένων εἶναι, τό τε ἓν καὶ τὴν ἐναντίαν τούτῳ φύσιν· ὑποτάσσεσθαι δὲ πάντων τῶν κατ' ἐναντίωσιν ἐπινοουμένων τὸ μὲν ἀστεῖον τῷ ἑνί, τὸ δὲ φαῦ-* 109

λον τῇ πρὸς τοῦτο ἐναντιουμένῃ φύσει. διὸ μηδὲ εἶναι τὸ σύνολον ταύτας ἀρχὰς κατὰ τοὺς ἄνδρας. εἰ γὰρ ἡ μὲν τῶνδε ἡ δὲ τῶνδέ ἐστιν ἀρχή, οὐκ εἰσὶ κοιναὶ πάντων ἀρχαί, ὥσπερ τὸ ἕν." καὶ πάλιν· „Διό", φησί, „καὶ κατὰ ἄλλον τρόπον ἀρχὴν ἔφασαν εἶναι τῶν πάντων τὸ ἕν, ὡς ἂν καὶ τῆς ὕλης καὶ τῶν ὄντων πάντων ἐξ αὐτοῦ γεγενημένων, τοῦτο δ' εἶναι τὸν ὑπεράνω θεόν" [b]. καὶ λοιπὸν ἀκριβολογούμενος ὁ Εὔδωρος ἀρχὴν μὲν αὐτοὺς τὸ ἓν τίθεσθαι λέγει, στοιχεῖα δὲ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς γενέσθαι φησίν, ἃ πολλοῖς ὀνόμασιν αὐτοὺς προσαγορεύειν. λέγει γάρ· „Φημὶ τοίνυν τοὺς περὶ τὸν Πυθαγόραν τὸ μὲν ἓν ἀρχὴν πάντων ἀπολιπεῖν, κατ' ἄλλον δὲ τρόπον δύο τὰ ἀνωτάτω στοιχεῖα παρεισάγειν, καλεῖν δὲ τὰ δύο ταῦτα στοιχεῖα πολλαῖς προσηγορίαις· τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν ὀνομάζεται τεταγμένον, ὡρισμένον, γνωστόν, ἄρρεν, περιττόν, δεξιόν, φῶς· τὸ δὲ ἐναντίον τούτῳ ἄτακτον, ἀόριστον, ἄγνωστον, θῆλυ, ἄρτιον, ἀριστερόν, σκότος" [c].

a) V. supra n. 105. — b) Sensus: Necesse erat ut praeter et supra illa opposita, quibus mundus agitaretur, Unum statuerent, quod omnium oppositorum origo et regula esset. Id esse deum supremum scil. Unum illud vel Deum unicum et sempiternum ap. Philolaum in n. 108. — c) Cf. Sext. Emp. adv. Math. X, 270. Discrimen inter *ἀρχὴν* et *στοιχεῖον* dandum Eudoro Peripatetico, Strabonis aequali. Ad Pythagoreorum doctrinam id maxime pertinet, quod principium i. e. Unum divinum, quod posterioribus solebat appellari *ἡ Μονάς*, separatur ab oppositis, quae sunt secundi ordinis: in quibus quod denuo enumerabatur Unum, id cogitandum opposita multitudine.

110 **Theophr. Met. 9.** *Πλάτων δὲ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι — — καθάπερ ἀντίθεσίν τινα ποιοῦσι τῆς ἀορίστου δυάδος καὶ τοῦ ἑνός* [a]*, ἐν ᾗ καὶ τὸ ἄπειρον καὶ τὸ ἄτακτον καὶ πᾶσα, ὡς εἰπεῖν, ἀμορφία καθ' αὑτήν· ὅλως δὲ οὐχ οἷόν τε *) ἄνευ ταύτης τὴν τοῦ ὅλου φύσιν,*

---

*) Videtur supplendum *εἶναι*.

ἀλλ' οἷον ἰσομοιρεῖν ἢ καὶ ὑπερέχειν τῆς ἑτέρας ᾗ *) *καὶ τὰς ἀρχὰς ἐναντίας. διὸ καὶ οὐδὲ τὸν θεόν, ὅσοι τῷ θεῷ τὴν αἰτίαν ἀνάπτουσι, δύνασθαι πάντ' εἰς τὸ ἄριστον ἄγειν, ἀλλ' εἴπερ, ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται· τάχα δ' οὐδ' ἂν προέλοιτ', εἴπερ ἀναιρεῖσθαι συμβήσεται τὴν ὅλην οὐσίαν, ἐξ ἐναντίων γε καὶ ἐναντίοις οὖσαν* [b].

a) De infinita dyade, cuius frequens apud Platonicos et Pythagoreos inferiores mentio est, cf. Zeller l. c. p. 259 sqq. et infra in Platone n. 266, not. e. Eam recentiores ex Uno primum procreatam et materiam ceterorum numerorum atque corporum fuisse dicebant, Diog. L. VIII, 25. ex recentiore compendio doctrinae Pythagoricae: *ἀρχὴν μὲν ἁπάντων μονάδα, ἐκ δὲ τῆς μονάδος ἀόριστον δυάδα ὡς ἂν ὕλην τῇ μονάδι αἰτίῳ ὄντι ὑποστῆναι· ἐκ δὲ τῆς μονάδος καὶ τῆς ἀορίστου δυάδος τοὺς ἀριθμούς, ἐκ δὲ τῶν ἀριθμῶν τὰ σημεῖα, ἐκ δὲ τούτων τὰς γραμμάς, ἐξ ὧν τὰ ἐπίπεδα σχήματα* etc. Cf. Plut. de Pl. Ph. I, 7. *Πυθαγόρας τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν μονάδα θεὸν καὶ τἀγαθόν, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ ἑνὸς φύσις, αὐτὸς ὁ νοῦς· τὴν δ' ἀόριστον δυάδα δαίμονα καὶ τὸ κακόν, περὶ ἣν ἐστι τὸ ὑλικὸν πλῆθος.* — b) Recte dicit quod mundum ex sententia Pythagoreorum sine informi cogitari non posse dicit. Nimium contendit quod deteriorem naturam alteri parem vel superiorem esse affirmat. Bene vero etiam id a Theophrasto exponitur, quod Pythagorei boni efficaciam absolutam esse negabant bonumque et malum una eademque causa eodemque numine divino contineri statuebant, cf. Theo Smyrn. Plat. Math. II, 49, p. 166, qui locus citatur supra n. 104, not. a.

Arist. Met. *Λ*, 7. *Ὅσοι δὲ ὑπολαμβάνουσιν, ὥσπερ* 111
οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Σπεύσιππος, τὸ κάλλιστον καὶ ἄριστον μὴ ἐν ἀρχῇ εἶναι, διὰ τὸ καὶ τῶν φυτῶν καὶ τῶν ζῴων τὰς ἀρχὰς αἴτια μὲν εἶναι, τὸ δὲ καλὸν καὶ τέλειον ἐν τοῖς ἐκ τούτων, οὐκ ὀρθῶς οἴονται. τὸ γὰρ σπέρμα ἐξ ἑτέρων ἐστὶ προτέρων τελείων, καὶ τὸ πρῶτον οὐ σπέρμα ἐστίν, ἀλλὰ τὸ τέλειον.

Opponuntur placita Pythagoreorum et doctrina ipsius Aristotelis. Aristoteles enim deum perfectum esse et naturam immutabilem, ab omni rerum vicissitudine liberam statuebat: Pythagorei contra deum seminis instar in ipsis rerum vicissitudinibus inesse et cum rebus augeri et perfici statuebant.

---

*) Vulgo *ἡ*.

112 **Cic. de Nat. Deor. I, 11. Pythagoras — censuit animum esse (sc. deum) per naturam rerum omnem intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur.**

Cf. Sext. Empir. adv. Math. IX, 127, qui Pythagoreos propter hoc dogma ab esu animalium abstinuisse affirmat. Doctrinam de anima mundi ad Pythagoreos referendam esse confirmant recentiores, cf. Stob. Ecl. Phys. I, p. 452, qui hoc affert Philolai fragmentum, quod a Stoicis petitum esse apparet: *τὸ δὲ ἡγεμονικὸν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ πυρί, ὅπερ τρόπεως δίκην προϋβάλλετο τῆς τοῦ παντὸς σφαίρας* *) *ὁ δημιουργὸς θεός.* Cf. Krische *Forschungen* p. 80 sq. et infra n. 118.

113 **Aristot. Met.** ***N*****, 3.** *Οἱ μὲν οὖν Πυθαγόρειοι πότερον οὐ ποιοῦσιν ἢ ποιοῦσι γένεσιν οὐθὲν δεῖ διστάζειν* [a]*· φανερῶς γὰρ λέγουσιν ὡς τοῦ ἑνὸς συσταθέντος, εἴτ' ἐξ ἐπιπέδων εἴτ' ἐκ χροιᾶς εἴτ' ἐκ σπέρματος εἴτ' ἐξ ὧν ἀποροῦσιν εἰπεῖν* [b], *εὐθὺς τὰ ἔγγιστα τοῦ ἀπείρου ὅτι εἵλκετο καὶ ἐπεραίνετο ὑπὸ τοῦ πέρατος.* **Stob. Ecl. Phys. I, p. 380.** *Ἀριστοτέλης ἐν τετάρτῳ Φυσικῆς Ἀκροάσεως γράφει· „Εἶναι δέ φασιν οἱ Πυθαγόρειοι κενὸν καὶ ἐπεισιέναι αὐτὸ τῷ οὐρανῷ ἐκ τοῦ ἀπείρου πνεύματος ὡς ἀναπνέοντος"* [c]. *ἐν δὲ τῷ περὶ Πυθαγόρου φιλοσοφίας πρώτῳ γράφει· „Τὸν δὲ οὐρανὸν εἶναι ἕνα, ἐπεισάγεσθαι δ' ἐκ τοῦ ἀπείρου χρόνον τε καὶ πνοὴν καὶ τὸ κενόν, ὃ διορίζει ἑκάστων τὰς χώρας ἀεί"* [d].

a) Cf. Stob. Ecl. I, p. 450. *Πυθαγόρας φησὶ γενητὸν κατ' ἐπίνοιαν τὸν κόσμον, οὐ κατὰ χρόνον* i. e. ponebant mundum olim non exstitisse, ut compositionem eius luculentius enarrarent, revera mundum ab omni tempore exstitisse putabant. Quid quod nonnunquam etiam numeros ipsamque harmoniam gigni putasse perhibentur, cf. Arist. Met. *N*, 3 extr., qui Met. *N*, 4, si non solos Pythagoreos, tamen praecipue hos respiciens, *ὥστε φανερόν*, inquit, *ὅτι οὐ τοῦ θεωρῆσαι ἕνεκεν ποιοῦσι τὴν γένεσιν τῶν ἀριθμῶν.* Minus tribuendum Plutarcho Pl. Ph. II, 4, a quo confunduntur placita Platonis et Pythagoreorum.—b) Cf. Arist. Met. *M*, 6.

---

*) *σφαίρας* adi. Heeren.

ὅπως δὲ τὸ πρῶτον ἓν συνέστη ἔχον μέγεθος ἀπορεῖν ἐοίκασιν, Met. N, 4. τοῦ μὲν οὖν περιττοῦ γένεσιν οὔ φασιν. Cf. n. 114. — c) Arist. Phys. IV, 6. εἶναι δ' ἔφασαν οἱ Πυθαγόρειοι κενόν, καὶ ἐπεισιέναι αὐτὸ τῷ οὐρανῷ ἐκ τοῦ ἀπείρου πνεύματος ὡς ἀναπνέοντι καὶ τὸ κενόν, ὃ διορίζει τὰς φύσεις, ὡς ὄντος τοῦ κενοῦ χωρισμοῦ τινος τῶν ἐφεξῆς καὶ διορίσεως· καὶ τοῦτ' εἶναι πρῶτον ἐν τοῖς ἀριθμοῖς· τὸ γὰρ κενὸν διορίζειν τὴν φύσιν αὐτῶν. — d) Mundus igitur primitus unus atque individuus esse ponitur. Deinde inane ex infinito in mundum ingreditur numerosque dirimit h. e. efficit ut ex numero s. Uno generetur multitudo rerum, cf. supra n. 103. 105, not. a. Exinde nascuntur tempus et spiritus et vacuum, quod loca dirimit. Spiritus (πνοή) est quasi respiratio mundi, qui ponitur esse tanquam ζῷον: ἄπειρον πνεῦμα est infinitum extra mundum positum, quod mundus spiritu ducit eoque modo in se recipit; nimirum constant omnia ex finitis et infinitis, v. n. 102. Quid sit ἡ πνοή et τὸ πνεῦμα difficile dictu est. Ne aerem interpreteris facit Arist. Phys. III, 4 diserte affirmans Pythagoreos et Platonem infinitum posuisse esse καθ' αὐτό, οὐχ ὡς συμβεβηκός τινι ἑτέρῳ, ἀλλ' οὐσίαν αὐτὸ ὄν, — καὶ εἶναι τὸ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ ἄπειρον. Cf. Plutarch. Pl. Ph. II, 9. οἱ — ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου ἐκτὸς εἶναι τοῦ κόσμου κενόν, εἰς ὃ ἀναπνεῖ ὁ κόσμος καὶ ἐξ οὗ. Affertur syllogismus Archytae, quo infinitum extra mundum esse demonstratur, ab Eudemo ap. Symplic. Phys. f. 108a; verum is Peripateticorum formulis adeo immutatus est et amplificatus, ut inane non tam extra mundum esse demonstretur quam prorsus e rerum natura tollatur. — Mundus spiritu perflatus quo pacto moveri coeperit describitur fragmento obscuriore Philolai ap. Stob. I, p. 420: ἔχεί δὲ καὶ τὰν ἀρχὰν τᾶς κινάσιός τε καὶ μεταβολᾶς ὁ κόσμος εἷς ἐὼν καὶ συνεχὴς καὶ φύσι διαπνεόμενος καὶ περιαγεόμενος ἐξ ἀρχιδίω: de quo loco cf. Boeckh p. 167 sq.

Alex. Aphrod. in Arist. Metaph. *A*, Scholl. Arist. 114
p. 551 a. Ἀρχὰς μὲν τῶν ὄντων τοὺς ἀριθμοὺς Πλάτων τε καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ὑπετίθεντο, ὅτι ἐδόκει αὐτοῖς τὸ πρῶτον ἀρχὴ εἶναι καὶ τὸ ἀσύνθετον, τῶν δὲ σωμάτων πρῶτα τὰ ἐπίπεδα εἶναι. τὰ γὰρ ἁπλούστερά τε καὶ μὴ συναιρούμενα πρῶτα τῇ φύσει, ἐπιπέδων δὲ γραμμαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, γραμμῶν δὲ στιγμαί, ἃς οἱ μαθηματικοὶ σημεῖα, αὐτοὶ δὲ μονάδας ἔλεγον, ἀσύνθετα παντάπασιν ὄντα καὶ οὐθὲν πρὸ αὐτῶν ἔχοντα· οἱ δὲ μονάδες ἀριθμοί, οἱ ἀριθμοὶ ἄρα πρῶτοι τῶν ὄντων.

Huic doctrinae multa aliena ab recentioribus admixta sunt, v. Sextus Emp. adv. Math. X, 249 sqq., ut dubitatum sit an possit ad veteres Pythagoreos referri. Retulit vero iam Aristoteles Met. Z, 2. *Δοκεῖ δέ τισι τὰ τοῦ σώματος πέρατα, οἷον ἐπιφάνεια καὶ γραμμὴ καὶ στιγμὴ καὶ μονάς, εἶναι οὐσίαι, καὶ μᾶλλον ἢ τὸ σῶμα καὶ τὸ στερεόν*: ubi de Pythagoreis sermonem esse cernitur inde, quod in sequentibus Platonis doctrina ab ea, quam modo tractavit, diserte distinguitur. Similiter ib. N, 5. *οὐθὲν δὲ διώρισται οὐδὲ ὁποτέρως οἱ ἀριθμοὶ αἴτιοι τῶν οὐσιῶν καὶ τοῦ εἶναι, πότερον ὡς ὅροι, οἷον αἱ στιγμαὶ τῶν μεγεθῶν, καὶ ὡς Εὔρυτος ἔταττε τίς ἀριθμὸς τίνος, κτλ.* De Coelo III, 1. *ἔνιοι γὰρ τὴν φύσιν ἐξ ἀριθμῶν συνιστᾶσιν, ὥσπερ τῶν Πυθαγορείων τινές. τὰ μὲν γὰρ φυσικὰ σώματα φαίνεται βάρος ἔχοντα καὶ κουφότητα, τὰς δὲ μονάδας οὔτε σῶμα ποιεῖν οἷόν τε συντιθεμένας, οὔτε βάρος ἔχειν.* Aliis tamen locis magnitudo numeris Pythagoreorum ab Aristotele tribuitur, velut ubi comparantur cum atomis, de An. I, 4. *δόξειε δ' ἂν οὐθὲν διαφέρειν μονάδας λέγειν ἢ σωμάτια μικρά.* Cf. de Coelo III, 4. Quid quod etiam primariam unitatem magnitudinem habere testatur, Met. M, 6. *καὶ οἱ Πυθαγόρειοι δ' ἕνα τὸν μαθηματικὸν* (sc. *ἀριθμόν*), *πλὴν οὐ κεχωρισμένον ἀλλ' ἐκ τούτου τὰς αἰσθητὰς οὐσίας συνεστάναι φασίν· τὸν γὰρ ὅλον οὐρανὸν κατασκευάζουσιν ἐξ ἀριθμῶν, πλὴν οὐ μοναδικῶν, ἀλλὰ τὰς μονάδας ὑπολαμβάνουσιν ἔχειν μέγεθος· ὅπως δὲ τὸ πρῶτον ἓν συνέστη ἔχον μέγεθος ἀπορεῖν ἐοίκασιν*: ubi tamen cavendum ne quae sunt Aristotelis conclusiones, ipsorum Pythagoreorum placita fuisse existimes, v. Ritter *Gesch. d. Philos.* I, p. 405 sq. — A ceterorum via in his deflexisse traditur Ecphantus, de cuius doctrina et aetate ceteroquin incertum est, cf. Stob. Ecl. I, p. 308. *Ἔκφαντος Συρακούσιος, εἷς τῶν Πυθαγορείων, πάντων* (sc. *ἀρχὰς*) *τὰ ἀδιαίρετα σώματα καὶ τὸ κενόν· τὰς γὰρ Πυθαγορικὰς μονάδας οὗτος πρῶτος ἀπεφήνατο σωματικάς.*

115 **Nicom. Instit. Arithm. II, 6. p. 45. ed. Paris.** Ἔσται οὖν ἡ μονὰς σημείου λόγον ἐπέχουσα καὶ τόπον, ἀρχὴ μὲν διαστημάτων καὶ ἀριθμῶν, οὔπω δὲ γραμμὴ οὐδὲ διάστημα· ἀμέλει οὔτε σημεῖον σημείῳ συντεθὲν πλέον τι ποιεῖ· ἀδιάστατον γὰρ ἀδιαστάτῳ συντεθὲν διάστημα οὐχ ἕξει, ὥσπερ εἴ τις τὸ οὐδὲν οὐδενὶ συντεθὲν σκέπτοιτο· οὐδὲν γὰρ ποιεῖ. — — ἀδιάστατος ἄρα ἡ μονὰς καὶ ἀρχοειδής, πρῶτον δὲ διάστημα εὑρίσκεται καὶ φαίνεται ἐν δυάδι, εἶτα ἐν τριάδι, εἶτα ἐν τετράδι, καὶ ἑξῆς ἐν τοῖς ἀκολούθοις· διάστημα γάρ ἐστι δυοῖν ὅρων τὸ

μεταξὺ θεωρούμενον. πρῶτον δὲ διάστημα γραμμὴ λέγεται· γραμμὴ γάρ ἐστι τὸ ἐφ' ἓν διαστατόν· δύο δὲ διαστήματα ἐπιφάνεια· ἐπιφάνεια γάρ ἐστι τὸ διχῇ διαστατόν. τρία δὲ διαστήματα στερεόν· στερεὸν γάρ ἐστι τὸ τριχῇ διαστατόν.

Cf. Philo de Mundi Opif. 16. p. 11 Mang. Arist. Met. *Z*, 11. *καὶ ἀνάγουσι πάντα εἰς τοὺς ἀριθμούς, καὶ γραμμῆς τὸν λόγον τὸν τῶν δύο εἶναί φασιν.* Revocatur igitur magnitudinis, quae spatium implet, origo ad unitates s. numeros et ad intervallum. Illi sunt *τὸ πέρας*, hoc est *τὸ ἄπειρον*. Inde Aristoteles Met. *A*, 8. *Ἐκ τούτων* (sc. *πέρατος καὶ ἀπείρου*) *εἶναι τὸ μέγεθος.* Intervallum autem, quo disiunguntur numeri s. unitates, idem est quod *τὸ κενόν*, v. n. 113. Triangulo (*τῷ τριχῇ διαστάντι*) plurimum tribuebant in natura rerum atque deorum describenda, v. Boeckh Philol. p. 152 sqq.

Theol. Arithm. 8, p. 56. Φιλόλαος δὲ μετὰ τὸ μαθηματικὸν μέγεθος τριχῇ διαστὰν ἐν τετράδι, ποιότητα*) καὶ χρῶσιν ἐπιδειξαμένης **) τῆς φύσεως ἐν πεντάδι, ψύχωσιν δὲ ἐν ἑξάδι, νοῦν δὲ καὶ ὑγείαν καὶ τὸ ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον φῶς ἐν ἑβδομάδι, μετὰ ταῦτά φησιν ἔρωτα καὶ φιλίαν καὶ μῆτιν καὶ ἐπίνοιαν ἐν ὀγδοάδι συμβῆναι τοῖς οὖσιν. 116

Cf. Arist. Met. *A*, 5, qui locus citatur n. 104 not. Numerum septenarium etiam *καιρὸν* appellabant, v. Alex. Aphrod. in Arist. Met. *A*, 8, in Schol. Arist. p. 561a; Theol. Arithm. 7, p. 45, cf. Arist. Met. *M*, 4; eumque omnium rerum modum esse ait Cicero Somn. Scip. 5. Eodem faciunt quae leguntur ap. Arist. Met. *N*, 6. *ἑπτὰ μὲν φωνήεντα, ἑπτὰ δὲ χορδαὶ ἢ ἁρμονίαι, ἑπτὰ δὲ αἱ πλειάδες, ἐν ἑπτὰ δὲ* (sc. *ἔτεσιν*) *ὀδόντας βάλλει ἐνιά γε, ἔνια δ' οὔ, ἑπτὰ δὲ οἱ ἐπὶ Θήβας.* Constat haec de numeris eorumque rationibus commenta ab inferioribus Pythagoreis et Platonicis summo cum studio culta atque explicata esse: unde conflata est illa opinionum farrago, quae inscribitur Theologumena Arithmeticae ed. a F. Astio, Lips. 1817. De numero septenario cf. etiam Varro ap. Gell. N. A. III, 10, de septenario et octonario Macrob. Somn. Scip. I, 5. 6.

---

*) Corr. Boeckh p. 158. Ed. Par. *διαστᾶν τετράδι ποιότητι.* — **) Ast. coni. *ἐπιδεξαμένης.*

117 Philol. ap. Stob. Ecl. I, p. 10. *Καὶ τὰ ἐν τᾷ σφαίρᾳ σώματα πέντε ἐντί. . . . . τὰ ἐν τᾷ σφαίρᾳ πῦρ, ὕδωρ, καὶ γᾶ, καὶ ἀήρ· καὶ ὁ τᾶς σφαίρας ὁλκὸς*) πέμπτον.* Plut. de Pl. Ph. II, 6. *Πυθαγόρας πέντε σχημάτων ὄντων στερεῶν, ἅπερ καλεῖται καὶ μαθηματικά, ἐκ μὲν τοῦ κύβου φησὶ γεγονέναι τὴν γῆν, ἐκ δὲ τῆς πυραμίδος τὸ πῦρ, ἐκ δὲ τοῦ ὀκταέδρου τὸν ἀέρα, ἐκ δὲ τοῦ εἰκοσαέδρου τὸ ὕδωρ, ἐκ δὲ τοῦ δωδεκαέδρου τὴν τοῦ παντὸς σφαῖραν.*

Apud Philolaum exciderunt nonnulla post *τὰ ἐν τᾷ σφαίρᾳ σώματα πέντε ἐντί,* nam sine dubio haec corpora esse adiecerat cubum, tetraedron, octaedron, icosaedron, dodecaedron. Ab illis repetuntur quae sunt in sphaera h. e. corpora elementorum, terrae, ignis, aeris, aquae. Quintum elementum quid dicatur obscurum est. *ὁ τᾶς σφαίρας ὁλκός,* si ita scribendum existimes, videtur esse id quod totum globum mundi circuit eumque comprehendit, *ἡ τοῦ παντὸς σφαῖρα,* ut ait Plutarchus. Nonnulli cogitaverunt de aethere, qui posterioribus dicitur *ἡ πέμπτη οὐσία,* v. Boeckh p. 160 sq.

118 Stob. Ecl. Phys. I, p. 488. *Φιλόλαος πῦρ ἐν μέσῳ περὶ τὸ κέντρον, ὅπερ Ἑστίαν τοῦ παντὸς καλεῖ καὶ Διὸς οἶκον καὶ Μητέρα θεῶν, βωμόν τε καὶ συνοχὴν καὶ μέτρον φύσεως* [a], *καὶ πάλιν πῦρ ἕτερον ἀνωτάτω τὸ περιέχον. πρῶτον δ' εἶναι φύσει τὸ μέσον, περὶ δὲ τοῦτο δέκα σώματα θεῖα χορεύειν, οὐρανόν, πλανήτας, μεθ' οὓς ἥλιον, ὑφ' ᾧ σελήνην, ὑφ' ᾗ τὴν γῆν, ὑφ' ᾗ τὴν ἀντίχθονα, μεθ' ἃ σύμπαντα τὸ πῦρ, Ἑστίας ἐπὶ τὰ κέντρα τάξιν ἐπέχον* [b]. *τὸ μὲν οὖν ἀνωτάτω μέρος τοῦ περιέχοντος* [c], *ἐν ᾧ τὴν εἰλικρίνειαν εἶναι τῶν στοιχείων, Ὄλυμπον καλεῖ, τὰ δὲ ὑπὸ τὴν Ὀλύμπου φοράν, ἐν ᾧ τοὺς πέντε πλανήτας μεθ' ἡλίου καὶ σελήνης τετάχθαι, Κόσμον· τὸ δ' ὑπὸ τούτοις ὑποσέληνόν τε καὶ περίγειον μέρος, ἐν ᾧ τὰ τῆς φιλομεταβόλου γενέσεως, Οὐρανόν* [d]. *καὶ περὶ μὲν τὰ τεταγμένα τῶν μετεώρων γίγνεσθαι τὴν*

---

*) Libb. *ὁ τᾶς σφαίρας ὁλκάς.* Boeckh p. 160. *ἁ — ὁλκάς.*

σοφίαν, περὶ δὲ τὰ γενόμενα τῆς ἀταξίας τὴν ἀρετήν, τελείαν μὲν ἐκείνην, ἀτελῆ δὲ ταύτην [e].

a) Eodem pertinent quae supra citantur de anima mundi n. 112 not. τὸ δὲ ἡγεμονικὸν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ πυρί, et quae ex Philolao afferuntur ap. Stob. I, p. 468. τὸ πρᾶτον ἁρμοσθέν, τὸ ἓν ἐν τῷ μέσῳ τᾶς σφαίρας, Ἑστία καλεῖται. — b) Cf. Boeckh de Platonico systemate coelestium globorum et de vera indole astronomiae Philolaicae, Heidelb. 1810, Philol. p. 114 sqq.; H. Martin *Études sur le Timée de Platon* II, p. 92 sqq. Verbis περὶ δὲ τοῦτο — χορεύειν significatur harmonia sphaerarum, de qua constat ex Aristot. Met. *A*, 5, de Coelo II, 9, Porphyr. in Ptolem. Harm. 4, p. 257; Cic. Somn. Scip. 4. *Quis est, qui complet aures meas, tantus et tam dulcis sonus? Hic est, inquit ille, qui intervallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis, impulsu et motu ipsorum orbium conficitur et acuta cum gravibus temperans varios aequabiliter concentus efficit.* Cf. Nicomach. Harm. Man. I, p. 6 Meibom; Plut. de Mus. 44. τὴν γὰρ τῶν ὄντων φορὰν καὶ τὴν τῶν ἀστέρων κίνησιν οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ Ἀρχύταν καὶ Πλάτωνα — οὐκ ἄνευ μουσικῆς γίγνεσθαι καὶ συνεστάναι ἔφασκον· πάντα γὰρ καθ' ἁρμονίαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατεσκευάσθαι φασίν. — c) i. e. τὸ περιέχον τὸ ἀνωτάτω, Olympus quem vocabant. Similiter statuebet Parmenides, v. infra n. 151. — d) Coelum igitur est i. q. τὸ ὑποσέληνον et περίγειον μέρος, terra cum aere circumfuso. Haec regio vicissitudini et mutationi obnoxia est, v. Philol. ap. Stob. I, p. 420. τὸ μὲν ἀμετάβλατον αὐτοῦ (τοῦ κόσμου) τὸ δὲ μεταβάλλον ἐστί· καὶ τὸ μὲν ἀμετάβολον ἀπὸ τᾶς τὸ ὅλον περιεχούσας ψυχᾶς μέχρι σελάνας περαιοῦται, τὸ δὲ μεταβάλλον ἀπὸ τᾶς σελάνας μέχρι τᾶς γᾶς: de quo loco cf. Boeckh p. 167 sq. — e) Sensus: Sapientia pertinet ad mundum immutabilem et ad numeros, ideo perfecta est. Virtus pertinet ad res mutabiles, in quibus agendo versamur, ideoque imperfecta est. Quomodo de ceteris statuerint ex hoc principio profecti coniici licet ex Aristotele Met. *A*, 8. ὅταν γὰρ ἐν τῳδὶ μὲν τῷ μέρει δόξα καὶ καιρὸς αὐτοῖς (sc. τοῖς Πυθαγορείοις) ᾖ, μικρὸν δὲ ἄνωθεν ἢ κάτωθεν ἀδικία καὶ κρίσις ἢ μῖξις κτλ. Ad quem locum Alex. Aphrodisiensis, Scholl. Arist. p. 561 a. οἱ τὰ πράγματα τοὺς ἀριθμοὺς εἶναι λέγοντες ταύτην τὴν τάξιν αὐτοῖς ἀπένειμαν ἐν τῷ οὐρανῷ, ἣν ἔχειν ᾤοντο καὶ τοὺς ἀριθμούς, οἷς ἔλεγον εἶναι ταὐτά. οἷον ἣν ᾤοντο τάξιν ἔχειν τὴν δυάδα, ταύτην ἔλεγον ἔχειν τὴν τάξιν ἐν τῷ κόσμῳ τὴν δόξαν, ἐπειδὴ δυὰς ἦν δόξα αὐτοῖς. πάλιν ἣν τάξιν ἡ ἑπτάς, ταύτην ἀπεδίδοσαν ἐν τῷ κόσμῳ τῷ καιρῷ, ἐπεὶ καὶ τὸν ἑπτὰ ἀριθμὸν καὶ καιρὸν ἡγοῦντο εἶναι.

μικρὸν δὲ ἄνωθεν τοῦ καιροῦ ἢ κάτωθεν ἐποίουν, εἰ ἔτυχεν, ἀδικίαν ἢ κρίσιν, ὅτι καὶ ἡ τῶν αὐτῶν τούτοις ἀριθμῶν τάξις ἡ αὐτὴ ἦν.

119 **Arist. de Coelo II, 13.** *Οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν, καλούμενοι δὲ Πυθαγόρειοι — ἐπὶ μὲν — τοῦ μέσου πῦρ εἶναί φασι, τὴν δὲ γῆν ἐκ τῶν ἄστρων οὖσαν, κύκλῳ φερομένην περὶ τὸ μέσον νύκτα τε καὶ ἡμέραν ποιεῖν* [a]. *ἔτι δ' ἐναντίαν ἄλλην ταύτῃ κατασκευάζουσι γῆν, ἣν ἀντίχθονα ὄνομα καλοῦσιν, οὐ πρὸς τὰ φαινόμενα τοὺς λόγους καὶ τὰς αἰτίας ζητοῦντες, ἀλλὰ πρός τινας λόγους καὶ δόξας αὐτῶν τὰ φαινόμενα προσέλκοντες καὶ πειρώμενοι συγκοσμεῖν* [b]. — *τῷ γὰρ τιμιωτάτῳ οἴονται προσήκειν τὴν τιμιωτάτην ὑπάρχειν χώραν, εἶναι δὲ πῦρ μὲν γῆς τιμιώτερον, τὸ δὲ πέρας τῶν μεταξύ, τὸ δ' ἔσχατον καὶ τὸ μέσον πέρας* [c]· *ὥστ' ἐκ τούτων ἀναλογιζόμενοι οὐκ οἴονται ἐπὶ τοῦ μέσου κεῖσθαι τῆς σφαίρας αὐτήν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πῦρ. ἔτι δ' οἵ γε Πυθαγόρειοι καὶ διὰ τὸ μάλιστα προσήκειν φυλάττεσθαι τὸ κυριώτατον τοῦ παντός· τὸ δὲ μέσον εἶναι τοιοῦτον· ὃ Διὸς φυλακὴν ὀνομάζουσι* [d], *τὸ ταύτην ἔχον τὴν χώραν πῦρ, ὥσπερ τὸ μέσον ἁπλῶς λεγόμενον, καὶ τὸ τοῦ μεγέθους μέσον καὶ τοῦ πράγματος ὂν μέσον καὶ τῆς φύσεως.*

a) Cf. Plut. Plac. Ph. III, 13. *οἱ μὲν ἄλλοι μένειν τὴν γῆν, Φιλόλαος δὲ ὁ Πυθαγόρειος κύκλῳ περιφέρεσθαι περὶ τὸ πῦρ κατὰ κύκλου λοξοῦ, ὁμοιοτρόπως ἡλίῳ καὶ σελήνῃ.* Motu terrae ita efficiuntur nox et dies, ut qua parte solem spectet terra illustretur, contraria obscuretur. Sole speculi instar lumen centrale propagari atque emitti statuebat, v. Philol. ap. Stob. I, p. 530, cf. Boeckh p. 124 sqq. — b) Cf. Arist. Met. *Α*, 5. *καὶ ὅσα εἶχον ὁμολογούμενα δεικνύναι ἔν τε τοῖς ἀριθμοῖς καὶ ταῖς ἁρμονίαις πρὸς τὰ τοῦ οὐρανοῦ πάθη καὶ μέρη καὶ πρὸς τὴν ὅλην διακόσμησιν, ταῦτα συνάγοντες ἐφήρμοττον. κἂν εἴ τί που διέλειπε, προσεγλίχοντο τοῦ συνειρομένην πᾶσαν αὐτοῖς εἶναι τὴν πραγματείαν. λέγω δ' οἷον, ἐπειδὴ τέλειον ἡ δεκὰς εἶναι δοκεῖ καὶ πᾶσαν περιειληφέναι τὴν τῶν ἀριθμῶν φύσιν, καὶ τὰ φερόμενα κατὰ τὸν οὐρανὸν δέκα μὲν εἶναί φασιν, ὄντων δὲ ἐννέα μόνον τῶν φανερῶν διὰ τοῦτο δεκάτην τὴν ἀντίχθονα ποιοῦσιν.* Veram rationem aperit Plut. Plac. Ph. III, 11. *Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος τὸ μὲν πῦρ μέσον· τοῦτο γὰρ εἶναι τοῦ*

παντὸς ἑστίαν· δευτέραν δὲ τὴν ἀντίχθονα· τρίτην δὲ ἣν οἰκοῦμεν γῆν ἐξ ἐναντίας κειμένην καὶ περιφερομένην τῇ ἀντίχθονι, παρ' ὃ καὶ μὴ ὁρᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἐν τῇδε τοὺς ἐν ἐκείνῃ. Est igitur terra opposita (*ἀντίχθων*) inter terram et ignem centralem posita et ita quidem opposita terrae, ut haec spectet *τὸ περιέχον*, ipsa ignem centralem. Utraque eodem motu circulari fertur, unde sequitur ut semper aversae sint et ut a nostra terra neque terra opposita neque ignis centralis spectari possit. Constat enim motum terrae circum axem ab Hiceta demum Syracusio observatum esse, v. Cic. Acad. pr. II, 39, 123. Eum secuti sunt Heraclides Ponticus et Ecphantus Pythagoreus, v. Plut. Pl. Ph. III, 13. — c) Inde factum ut et extimum et intimum igneum esse putarent, v. n. 118. Ceterum ut in reliquis, ita etiam de elementis magis secundum sua placitorum principia, quam diligenti singularum rerum observatione ducti iudicabant, cf. Arist. Met. *Α*, 8. *διὸ περὶ πυρὸς ἢ γῆς ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων σωμάτων οὐδ' ὁτιοῦν εἰρήκασιν, ἅτε οὐθὲν περὶ τῶν αἰσθητῶν οἶμαι λέγοντες ἴδιον.* — d) Quod a Stobaeo n. 118 appellatur *Διὸς οἶκος*, id ab Aristotele dicitur *Διὸς φυλακή*. Alii ignem centralem *Ζανὸς πύργον* nominabant, v. Boeckh Philol. p. 96.

Theol. Arithm. 4, p. 22. *Καὶ τέσσαρες ἀρχαὶ τοῦ ζῴου τοῦ λογικοῦ, ὥσπερ καὶ Φιλόλαος ἐν τῷ περὶ φύσεως λέγει, ἐγκέφαλος, καρδία, ὀμφαλός, αἰδοῖον· „Κεφαλὰ μὲν νόω, καρδία δὲ ψυχᾶς καὶ αἰσθάσιος, ὀμφαλὸς δὲ ῥιζώσιος καὶ ἀναφύσιος τῶ πρώτω, αἰδοῖον δὲ σπέρματος καταβολᾶς τε καὶ γεννάσιος· ἐγκέφαλος δὲ τὰν ἀνθρώπω*) ἀρχάν, καρδία δὲ τὰν ζῴω, ὀμφαλὸς δὲ τὰν φυτῶ, αἰδοῖον δὲ τὰν ξυναπάντων· πάντα γὰρ καὶ θάλλοντι καὶ βλαστάνοντι."* 120

Deest verbum post *τὰν ξυμπάντων*. Describuntur quatuor genera animalium, quae cerebro vel capite, quae corde, quae umbilico et quae pudendis cernuntur. Capiti respondet ratio, cordi animus et sensus, umbilico germinatio, pudendis generatio.

Macrob. Somn. Scip. I, 14, 19. Platon dixit animam essentiam se moventem, Xenocrates numerum se moventem, Aristoteles *ἐντελέχειαν*, Pythagoras et Philolaus 121

---

*) Libb. *ἀνθρώπων*.

harmoniam [a]. Claud. Mamerc. de Statu An. II, 7 ex Philolao: Anima inditur corpori per numerum et immortalem eandemque incorporalem convenientiam [b]. — Diligitur corpus ab anima, quia sine eo non potest uti sensibus [c]: a quo postquam morte deducta est, agit in mundo incorporalem vitam.

a) Arist. de An. I, 4. *καὶ ἄλλη δέ τις δόξα παραδέδοται περὶ ψυχῆς, — ἁρμονίαν γάρ τινα αὐτὴν λέγουσι· καὶ γὰρ τὴν ἁρμονίαν κρᾶσιν καὶ σύνθεσιν ἐναντίων εἶναι καὶ τὸ σῶμα συγκεῖσθαι ἐξ ἐναντίων,* cf. Polit. VIII, 5. Erit igitur anima effectus corporis, sicut deum cum rebus augeri statuebant, v. supra n. 111 et Plato Phaedo p. 86. Adde quod etiam animam mundi numerum et harmoniam esse statuebant et nostros animos carpi ex animo divino per omnem naturam rerum intento, v. n. 106. 112. — b) Quibus potissimum numeris ad animi rationes describendas usi sint, cernitur ex Theol. Arithm. 8, p. 56, qui locus citatur in n. 116, cf. Arist. Met. *A*, 5. *ὅτι τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν ἀριθμῶν πάθος δικαιοσύνη, τὸ δὲ τοιονδὶ ψυχὴ καὶ νοῦς* etc. n. 104, not. Senario efficitur anima, septenario intellectus: quapropter hunc prae ceteris numeris cumulabant laudibus eiusque rationes atque efficientiam per omnem naturam persequebantur, v. supra n. 116, not. — c) Sensibus percipiuntur corpora coelestia et omnes numeri, animo contingit sapientia, v. n. 118, not. e, et quae leguntur ap. Philolaum in n. 104. *νῦν δὲ οὗτος καττὰν ψυχὰν ἁρμόζων αἰσθάσει πάντα γνωστὰ καὶ ποτάγορα ἀλλάλοις κατὰ γνώμονος φύσιν ἀπεργάζεται.* De singulis etiam in hoc parum curasse videntur, cf. Arist. de An. I, 3. *οἱ δὲ μόνον ἐπιχειροῦσι λέγειν ποῖόν τι ἡ ψυχή, περὶ δὲ τοῦ δεξομένου σώματος οὐθὲν ἔτι προσδιορίζουσιν, ὥσπερ ἐνδεχόμενον κατὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς μύθους τὴν τυχοῦσαν ψυχὴν εἰς τὸ τυχὸν ἐνδύεσθαι σῶμα.*

122 Diog. L. VIII, 31. Ἐκριφθεῖσαν δ' αὐτὴν (sc. τὴν ψυχὴν) ἐπὶ γῆς πλάζεσθαι ἐν τῷ ἀέρι ὁμοίαν τῷ σώματι [a]. τὸν δ' Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν, καὶ διὰ τοῦτο πομπαῖον λέγεσθαι καὶ πυλαῖον καὶ χθόνιον, ἐπειδήπερ οὗτος εἰσπέμπει ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχάς, ἀπό τε γῆς καὶ ἐκ θαλάττης· καὶ ἄγεσθαι μὲν τὰς κα-

---

*) Ex corpore eiectam etc.

θαρὰς ἐπὶ τὸν ὕψιστον, τὰς δ' ἀκαθάρτους μήτε ἐκείναις πελάζειν μήτ' ἀλλήλαις, δεῖσθαι δ' ἐν ἀρρήκτοις δεσμοῖς ὑπὸ Ἐρινύων. 32. εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων· καὶ ταύτας δαίμονάς [b] τε καὶ ἥρωας ὀνομάζεσθαι· καὶ ὑπὸ τούτων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τούς τε ὀνείρους καὶ τὰ σημεῖα νόσου τε καὶ ὑγιείας, καὶ οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ προβάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις κτήνεσιν· εἴς τε τούτους γίγνεσθαι τούς τε καθαρμοὺς καὶ ἀποτροπιασμοὺς μαντικήν τε πᾶσαν καὶ κληδόνας καὶ τὰ ὅμοια.

a) Arist. de An. 1, 2. *ἔφασαν γάρ τινες αὐτῶν* (sc. *τῶν Πυθαγορείων*) *ψυχὴν εἶναι τὰ ἐν τῷ ἀέρι ξύσματα, οἱ δὲ τὸ ταῦτα κινοῦν.* — b) Appulei. de Deo Socr. p. 242 Bip.: *Pythagoricos mirari oppido solitos, si quis se negaret unquam vidisse daemonem, satis, ut reor, idoneus auctor est Aristoteles.*

Xenophanes ap. Diog. L. VIII, 36 de Pythagora: 123

Καὶ ποτέ μιν στυφελιζομένου σκύλακος παριόντα
φασὶν ἐποικτεῖραι καὶ τόδε φάσθαι ἔπος·
παῦσαι μηδὲ ῥάπιζ', ἐπειὴ φίλου ἀνέρος ἐστὶν
ψυχή, τὴν ἔγνων φθεγξαμένης ἀΐων [a].

Pythagoras ap. Ovid. Met. XV, 165:

Omnia mutantur, nihil interit. Errat et illinc
Huc venit, hinc illuc et quoslibet occupat artus
Spiritus, eque feris humana in corpora transit
Inque feras noster nec tempore deperit ullo.
Utque novis facilis signatur cera figuris
Nec manet ut fuerat nec formas servat easdem,
Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem
Esse, sed in varias doceo migrare figuras [b].

a) Xenophanes antiquissimus huius de animarum migratione placiti testis est, quo nihil celebrius erat, nihil philosophis atque poetis celebratius, cf. supra n. 96. — b) Videntur haec ad Epicharmum Ennii expressa esse. Certe similia legebantur apud Epicharmum, v. Diog. L. VIII, 10 sq. Cf. in Empedocle n. 180.

Philol. ap. Clem. Alex. Strom. III, p. 433 A. *Μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντιες, ὡς* 124

διά τινας τιμωρίας ἁ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σάματι τούτῳ τέθαπται [a]. **Plat. Phaed. p. 62 B.** ὁ μὲν οὖν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενος λόγος, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδ' ἀποδιδράσκειν, μέγας τέ τίς μοι φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος διιδεῖν [b] · οὐ μέντοι ἀλλὰ τόδε γέ μοι δοκεῖ εὖ λέγεσθαι, τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελουμένους καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι [c].

a) Quod veteres theologos appellat, significat Orpheum et Orphicos, qui etiam de migratione animarum similiter statuebant, v. Lobeck Aglaoph. p. 795 sq. Ad sententiam cf. Plato Gorg. p. 493 A. *ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα, τῆς δὲ ψυχῆς τοῦτο ἐν ᾧ ἐπιθυμίαι εἰσὶ τυγχάνει ὂν οἷον ἀναπείθεσθαι καὶ μεταπίπτειν ἄνω κάτω, καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν κομψὸς ἀνήρ, ἴσως Σικελός τις ἢ Ἰταλικός* (h. e. Empedocles aut Pythagoreorum aliquis), *παράγων τῷ ὀνόματι διὰ τὸ πιθανόν τε καὶ πιστικὸν ὠνόμασε πίθον, τοὺς δ' ἀνοήτους ἀμυήτους* etc. — b) Voce *φρουρὰ* similiter utitur Philolaus ap. Athenag. cit. n. 108, not. Sensus: Corpore quasi vinculis tenemur, cf. Euxitheus Pythagoricus ap. Athen. IV, p. 157 C, Cic. Tuscul. I, 30, 74, Somn. Scip. 3. Alii cogitaverunt de praesidio, cf. Cic. Cato 20. *vetat Pythagoras iniussu imperatoris i. e. dei de praesidio et statione vitae decedere.* — c) Etiam haec ad Pythagoreos pertinere viderunt interpretes, v. Boeckh Philol. p. 179. Eodem spectat sententia Pythagorae *ἕπου θεῷ* ap. Stob. Ecl. II, p. 66.

125 **Cic. Tusc. IV, 5. Veterem illam equidem Pythagorae primum, deinde Platonis descriptionem sequar, qui animam in duas partes dividunt, alteram rationis participem faciunt alteram expertem, in participe rationis ponunt tranquillitatem id est placidam quietamque constantiam, in illa altera motus turbidos tum irae tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi.**

Cf. Galen. de Hipp. et Plat. Plac. IV, 6, p. 425; V, 6, p. 478 Kuehn. Nonnulla fragmenta ex iis, quae Pythagoreis ab inferiore aetate supposita diximus, irrationalem animi partem (*τὸ ἄλογον*) dividunt in *τὸ ἐπιθυμητικὸν* et *θυμικόν*, quae Platonis est et divisio et locutio; cf. Plut. de Pl. Phil. IV, 4. Propius a vera Pythago-

ricorum placitorum indole abesse videntur quae habentur ap. Diog. L. VIII, 30. *τὴν δὲ ἀνθρώπου ψυχὴν διαιρεῖσθαι τριχῇ, εἴς τε νοῦν καὶ φρένας καὶ θυμόν. νοῦν μὲν οὖν καὶ θυμὸν εἶναι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις, φρένας δὲ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ*, cf. supra n. 120.

Arist. Met. *A*, **5.** *Καὶ περὶ τοῦ τί ἐστιν ἤρξαντο* 126 *μὲν λέγειν καὶ ὁρίζεσθαι* (sc. *οἱ Πυθαγόρειοι*), *λίαν δ' ἁπλῶς ἐπραγματεύθησαν. ὡρίζοντό τε γὰρ ἐπιπολαίως, καὶ ᾧ πρώτῳ ὑπάρξειεν ὁ λεχθεὶς ὅρος, τοῦτ' εἶναι τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος ἐνόμιζον, ὥσπερ εἴ τις οἴοιτο ταὐτὸν εἶναι διπλάσιον καὶ τὴν δυάδα, διότι πρῶτον ὑπάρχει τοῖς δυσὶ τὸ διπλάσιον.*

Cf. Arist. Met. *N*, 5. *οὐθὲν δὲ διώρισται οὐδὲ ὁποτέρως οἱ ἀριθμοὶ αἴτιοι τῶν οὐσιῶν καὶ τοῦ εἶναι, πότερον ὡς ὅροι, οἷον αἱ στιγμαὶ τῶν μεγεθῶν καὶ ὡς Εὔρυτος ἔταττε τίς ἀριθμὸς τίνος, οἷον ὁδὶ μὲν ἀνθρώπου, ὁδὶ δὲ ἵππου, ὥσπερ οἱ τοὺς ἀριθμοὺς ἄγοντες εἰς τὰ σχήματα τρίγωνον καὶ τετράγωνον, οὕτως ἀφομοιῶν ταῖς ψήφοις τὰς μορφὰς τῶν φυτῶν· ἢ ὅτι λόγος ἡ συμφωνία ἀριθμῶν*), ὁμοίως δὲ καὶ ἄνθρωπος καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον.* Adde quod Philolaus explicat n. 103. 104, sine numeris res non posse cognosci. Inde Sextus Empir. adv. Math. VII, 92. *Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι τὸν λόγον μέν φασιν* (sc. *κριτήριον εἶναι*), *οὐ κοινῶς δέ, τὸν δὲ ἀπὸ τῶν μαθημάτων περιγιγνόμενον, καθάπερ ἔλεγε καὶ ὁ Φιλόλαος, θεωρητικόν τε ὄντα τῆς τῶν ὅλων φύσεως ἔχειν τινὰ συγγένειαν πρὸς ταύτην, ἐπείπερ ὑπὸ τοῦ ὁμοίου τὸ ὅμοιον καταλαμβάνεσθαι πέφυκεν.*

Plato Gorg. p. 507 extr. *Φασὶ δ' οἱ σοφοὶ καὶ οὐ-* 127 *ρανὸν καὶ γῆν καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν συνέχειν καὶ φιλίαν καὶ κοσμιότητα καὶ σωφροσύνην καὶ δικαιότητα, καὶ τὸ ὅλον τοῦτο διὰ ταῦτα κόσμον καλοῦσιν. — σὺ δέ μοι δοκεῖς οὐ προσέχειν τὸν νοῦν τούτοις καὶ ταῦτα σοφὸς ὤν, ἀλλὰ λέληθέ σε ὅτι ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύναται* [a]. **Arist. Magn. Moral. I, 1.** *Πρῶτος μὲν οὖν ἐνεχείρησε Πυθαγόρας περὶ ἀρετῆς εἰπεῖν, οὐκ ὀρθῶς δέ· τὰς*

---

*) H. e. *ὅτι ἡ συμφωνία λόγος ἀριθμῶν*, cf. Bonitz Obs. p. 26. Vulg. *ὅτι ὁ λόγος ἡ συμφ.*

γὰρ ἀρετὰς εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνάγων οὐκ οἰκείαν τῶν ἀρετῶν τὴν θεωρίαν ἐποιεῖτο· οὐ γάρ ἐστιν ἡ δικαιοσύνη ἀριθμὸς ἰσάκις ἴσος [b].

a) Secundum Scholia dicit Pythagoreos et Empedoclem, qui coniunguntur etiam Gorg. p. 493 A, cf. n. 124, not. a. *ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ* est i. q. *ἀριθμὸς ἰσάκις ἴσος* i. e. numerus octonarius ad res relatus, cf. Philolaus supra n. 116. *ἔρωτα καὶ φιλίαν καὶ μῆτιν καὶ ἐπίνοιαν ἐν ὀγδοάδι συμβῆναι τοῖς οὖσιν.* Vulgo eum appellabant Iustitiam, cf. Macrob. Somn. Scip. I, 5, 17. *Pythagorici vero hunc numerum Iustitiam vocaverunt, quia primus omnium ita solvitur in numeros pariter pares h. e. in bis quaterna, ut nihilominus in numeros aeque pariter pares divisio quoque ipsa solvatur i. e. in bis bina. Eadem quoque qualitate contexitur i. e. bis bina bis. Cum ergo et contextio ipsius pari aequalitate procedat et resolutio aequaliter redeat usque ad monadem, quae divisionem arithmetica ratione non recipit, merito propter aequalem divisionem Iustitiae nomen accepit.* Cf. ipse Plato Legg. VI, p. 756 E. — b) Notabile quod ipse Pythagoras nominatur, cum Aristoteles soleat appellare Pythagoreos. Ad sensum facit Eth. Nicom. V, 8; Magn. Moral. I, 34. *ἔστι δὲ δίκαιον καὶ ἀντιπεπονθός, οὐ μέντοι γε ὡς οἱ Πυθαγόρειοι ἔλεγον. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ᾤοντο δίκαιον εἶναι, ἅ τις ἐποίησε ταῦτ' ἀντιπαθεῖν.* In universum cf. Epicharm. ap. Clem. Al. Strom. V, p. 258:

ὁ βίος ἀνθρώποις λογισμοῦ κἀριθμοῦ δεῖται πάνυ.
Ζῶμεν ἀριθμῷ καὶ λογισμῷ· ταῦτα γὰρ σώζει βροτούς.

128 **Porphyr. V. P. 30.** *Κατεκήλει δὲ (Πυθαγόρας) ῥυθμοῖς καὶ μέλεσι καὶ ἐπῳδαῖς τὰ ψυχικὰ πάθη καὶ τὰ σωματικά* [a]. 32. *τὰς διατριβὰς καὶ αὐτὸς ἕωθεν μὲν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐποιεῖτο, ἁρμοζόμενος πρὸς λύραν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν καὶ ᾄδων παιᾶνας ἀρχαίους τέ τινος Θαλήτου, καὶ ἐπῇδε τῶν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ὅσα καθημεροῦν τὴν ψυχὴν ἐδοκίμασε* [b]. 40. *δύο τε μάλιστα καιροὺς παρηγγύα ἐν φροντίδι θέσθαι, τὸν μὲν ὅτε εἰς ὕπνον τρέποιτο, τὸν δὲ ὅτε ἐξ ὕπνου διανίστατο. ἐπισκοπεῖν γὰρ προσήκει ἐν ἑκατέρῳ τούτοιν τά τε ἤδη πεπραγμένα καὶ τὰ μέλλοντα, τῶν μὲν γενομένων εὐθύνας παρ' ἑαυτοῦ ἕκαστον λαμβάνοντα, τῶν δὲ μελλόντων πρόνοιαν ποιούμενος* [c]. **41.** *τοιαῦτα παρῄνει, μάλιστα δ' ἀληθεύειν· τοῦτο γὰρ μόνον δύνα-*

σθαι τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖν θεῷ παραπλησίους. — ἔλεγε δέ τινα καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ἃ δὴ ἐπιπλέον Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν [d].

a) Constat diligentissime et musicam et medicinam a Pythagoreis cultam esse. Illam etiam ad omnem rerum cognitionem deumque colendum et ad mores atque sanitatem pertinere existimabant, v. Diog. L. VIII, 33. τήν τε ἀρετὴν ἁρμονίαν εἶναι καὶ τὴν ὑγίειαν καὶ τὸ ἀγαθὸν ἅπαν καὶ τὸν θεόν· διὸ καὶ καθ' ἁρμονίαν συνεστάναι τὰ ὅλα· φιλίαν τε εἶναι ἐναρμόνιον ἰσότητα, cf. supra n. 107, not. a; 118, not. b; 121; Plut. de Is. et Osir. 80; Virt. Mor. 3. Medicinam alii ad artis rationem excolebant, alii populariter magis exercebant, velut Orphici, qui Pythagoreos in his ut in aliis sectati sunt. De incantationibus v. Welcker *kl. Schriften* III, p. 64 sq. — b) Thaletae Cretensis paeanes ad religionem Apollinis maxime pertinebant, cui insigniter dediti erant Pythagorei. Homerum et Hesiodum non repudiabant velut Xenophanes et Heraclitus, sed allegorice interpretando ad suam doctrinam aptabant. — c) Cf. Cic. de Sen. 11; Carm. Aur. 40. πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη; — d) Symbolica praecepta plenissime collegit Iamblichus Protrept. 21. De interpretatione vehementer inter antiquos dissensum est, v. Orelli Opusc. Gr. Sentent. I, p. 61 sq. Inter recentiores cf. Goettling *Abhandlungen* I, p. 278—316.

CAPUT III.

ELEATICI ET EMPEDOCLES.

1. Xenophanes.

Diog. L. IX, 18. Ξενοφάνης — Κολοφώνιος — 129
ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος ἐν Ζάγκλῃ τῆς Σικελίας διέτριβε καὶ ἐν Κατάνῃ [a]. διήκουσε δὲ κατ' ἐνίους μὲν οὐδενός, κατ' ἐνίους δὲ Βότωνος Ἀθηναίου ἤ, ὥς τινες, Ἀρχελάου [b]. καί, ὥς Σωτίων φησί, κατ' Ἀναξίμανδρον ἦν [c].

a) Xenophanem Eleae degisse, etsi non aperte a veteribus memoratum est, satis tamen probatur eo quod ab omnibus uno

*) Vulg. *ἄνθρωπον εἶναι μηδένα.* Casaub. coni. *καὶ ἔλεγε τὸν λέγοντα ἄνθρωπον εἶναι, εἰπεῖν μηδένα.* Similiter Deycks de Megar. doctr. p. 82. Io. Kühn *τ. λ. ἄνθρωπον εἶναι, μηδένα λέγειν.* Cob. in seqq. *οὔτε γὰρ τόνδε εἶναι.* Nos cum Roepero in Philologo IX (1854), p. 14.

Scripsit adversus Zenonem Stoicum, v. Diog. L. II, 110. Erat igitur ex serioribus Megaricis, quorum secta, postquam Stoicis in nonnullis incitamento fuerat, mox fracta atque exstincta est.

5. Eliaci et Eretriaci.

242 **Diog. L. II, 105.** *Φαίδων Ἠλεῖος — — μετεῖχε Σωκράτους* [a]. — *Διάδοχος δ' αὐτοῦ Πλείστανος* *) *Ἠλεῖος, καὶ τρίτοι ἀπ' αὐτοῦ οἱ περὶ Μενέδημον τὸν Ἐρετριέα καὶ Ἀσκληπιάδην τὸν Φλιάσιον, μεταγνόντες* **) *ἀπὸ Στίλπωνος* [b]. *καὶ ἕως μὲν τούτων Ἠλειακοὶ προσηγορεύοντο, ἀπὸ δὲ Μενεδήμου Ἐρετριακοί.*

a) De vita et dialogis Phaedonis v. Preller in Mus. Rhen. 1846, p. 391—399. De doctrina incertum est. Nominatur plerumque una cum Eretriacis, qui solent cum Megaricis coniungi. — b) Cf. Diog. L. II, 126. 134. Menedemus nil scripti reliquisse narratur ib. 136. Nobilis erat amicitia Asclepiadis et Menedemi, ib. 137, et insignis quo in philosophiam ferebantur amor; Athen. IV, p. 168. Menedemus de patria quoque merebatur, quam regebat tempore primorum Alexandri successorum usque ad Ol. 125, 3. Cf. Diog. L. II, 140 sqq. et de extremis Menedemi temporibus Roeper in Philologo IX (1854), p. 27 sqq.

243 **Diog. L. II, 134.** *Καὶ δὴ καὶ τόδε ἐρωτᾶν εἰώθει* (sc. *ὁ Μενέδημος*), *Τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου ἕτερόν ἐστι; Ναί. Ἕτερον δέ ἐστι τὸ ὠφελεῖν τοῦ ἀγαθοῦ; Ναί. Οὐκ ἄρα τὸ ἀγαθὸν ὠφελεῖν ἐστίν.*

Subest enuntiatum Stilponis, quod affertur in n. 239.

244 **Plut. de Virt. Mor. 2.** *Μενέδημος μὲν ὁ ἐξ Ἐρετρίας ἀνῄρει τῶν ἀρετῶν καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὰς διαφοράς, ὡς μιᾶς οὔσης καὶ χρωμένης πολλοῖς ὀνόμασι· τὸ γὰρ αὐτὸ σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην λέγεσθαι, καθάπερ βροτὸν καὶ ἄνθρωπον.* **Cic. Acad. pr. II, 42.** A Menedemo autem, quod is Eretria fuit, Ere-

---

*) Roeper Philol. 1848, p. 65 malit *Πλείσταινος*. — **) Vulg. *μεταγόντες*. Corr. Emperius.

triaci appellati; quorum omne bonum in mente positum et mentis acie, qua verum cerneretur.

Excipiunt haec verba ea, quae supra apposita sunt in n. 231. Namque Cicero Eretriacam philosophiam nil nisi continuationem Megaricae esse iudicabat; et redeunt ferme eodem haec quae nostro loco afferuntur placita atque Euclidis quae supra leguntur.

Diog. L. II, 135. *Ἀνῄρει δέ, φασί, καὶ τὰ ἀποφατικὰ τῶν ἀξιωμάτων, καταφατικὰ τιθείς· καὶ τούτων τὰ ἁπλᾶ προσδεχόμενος τὰ οὐχ ἁπλᾶ ἀνῄρει, λέγων*) συνημμένα καὶ συμπεπλεγμένα.* 245

Propositiones negativas idcirco repudiasse videtur, quod veritatem nonnisi affirmando exprimi posse censebat. *Συνημμένα* quae dicantur patet ex n. 235; quid *ἀξίωμα συμπεπλεγμένον* ex Diog. L. VII, 72. *συμπεπλεγμένον δέ ἐστιν ἀξίωμα ὃ ὑπό τινων συμπλεκτικῶν συνδέσμων συμπέπλεκται, οἷον Καὶ ἡμέρα ἐστὶ καὶ φῶς ἐστί.* Hoc Menedemo captiosum visum esse dixeris, quia, si tales propositiones sequi liceret, multitudo rerum poni videretur. Sed cavebat sibi etiam a simpliciter affirmativis; v. Simplic. ad Arist. Phys. fol. 20 a. *Οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἐρετρίας οὕτω τὴν ἀπορίαν ἐφοβήθησαν, ὥστε λέγειν μηδὲν κατὰ μηδενὸς κατηγορεῖσθαι, ἀλλ' αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἕκαστον λέγεσθαι, οἷον ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπος καὶ τὸ λευκὸν λευκόν.* His plurimum differebat a Diodoro, minus a Stilpone, v. n. 239. Praeterea haec Aristotelis verba: *Οἱ δὲ τὴν λέξιν μετερρύθμιζον, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὐ λευκός ἐστιν ἀλλὰ λελεύκωται, οὐδὲ βαδίζων ἐστὶν ἀλλὰ βαδίζει, ἵνα μή ποτε τὸ ἔστι προσάπτοντες πολλὰ εἶναι ποιῶσι τὸ ἕν, ὡς μοναχῶς λεγομένου τοῦ ἑνὸς ἢ τοῦ ὄντος*, Phys. I, 2, ad Menedemum revocantur ab Ioanne Philop. ad h. l.; sed obstat et temporum ratio et Megaricorum cum Eretriacis similitudo, quam ut in ceteris deprehendimus, ita de hoc ipso placito testatur Simplicius l. l.

---

*) Cobet. *λέγω δέ.*

CAPUT VI.

PLATO ET ACADEMIA VETUS.

---

1. Plato.

a. De vita eius ac scriptis.

246 **Diog. L. III, 1.** *Πλάτων Ἀρίστωνος καὶ Περικτιόνης ἢ Πωτώνης *), ἥτις τὸ γένος ἀνέφερεν εἰς Σόλωνα, Ἀθηναῖος. — — φασὶ δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀνάγειν εἰς Κόδρον τὸν Μελάνθου, οἵτινες ἀπὸ Ποσειδῶνος ἱστοροῦνται κατὰ Θρασύλον* [a]. — — 2. *Καὶ γίνεται ὁ Πλάτων, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ, καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασί. τελευτᾷ δ', ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἐν γενεθλίοις **) δειπνῶν, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, βιοὺς ἔτος ἓν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα* [b].

a) Cf. Procul. Tim. p. 25 sq. Solonem parum accurate inter maternos proavos numerant, v. Plat. Tim. p. 20 E; Charm. p. 155 A, 157 E; et claudicat etiam in ceteris illud, quod apud Diogenem et Proculum habetur, stemma. Verum intercedebat affinitas inter utramque, Platonis ac Solonis, prosapiam, eoque nomine Critias, qui erat inter triginta tyrannos, Platoni cognatus erat. Cf. C. F. Hermann *Gesch. u. System d. Platon. Philos.* I, p. 23 sq. — b) Cf. Clint. F. H. in ann. 429 et 347. Natus est eodem anno quo Pericles mortuus est, Diog. L. III, 3. De nomine Platonis v. Diog. L. III, 4 et quos citat Menag. ib. Narrant eum prius Aristoclem appellatum fuisse, deinde Platonem, idque propter pectoris frontisque latitudinem; cf. Senec. Ep. 58, 27 et Olympiod. Vit. Plat. ap. Menag. p. 583. *ἐκλήθη δ' οὕτως διὰ τὸ δύο μόρια τοῦ σώματος ἔχειν πλατύτατα, τό τε στέρνον καὶ τὸ μέτωπον, ὡς δηλοῦσι πανταχοῦ αἱ ἀνακείμεναι αὐτοῦ εἰκόνες οὕτω φαινόμεναι.*

---

*) Vulg. *Ποτώνης*. Cod. Monac. et Vindob. 106 *Πωτώνης*. Cf. Boeckh. *Urk. üb. d. Seewes.* p. 289. — **) Diog. L. *ἐν γάμοις*. Sed cf. Senec. Ep. 58, Clinton ad a. 347.

Diog. L. III, 5. Ἐφιλοσόφει δὲ τὴν ἀρχὴν *) — 247 καθ' Ἡράκλειτον [a]· ἔπειτα μέντοι μέλλων ἀγωνιεῖσθαι τραγῳδίᾳ, πρὸ τοῦ Διονυσιακοῦ θεάτρου **) Σωκράτους ἀκούσας κατέφλεξε τὰ ποιήματα [b]. — — 6. τοὐντεῦθεν δὴ γεγονώς, φασίν, εἴκοσιν ἔτη διήκουσε Σωκράτους· ἐκείνου δ' ἀπελθόντος — — γενόμενος ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν — εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην σὺν καὶ ἄλλοις τισὶ Σωκρατικοῖς ὑπεχώρησεν [c]. ἔπειτα εἰς Κυρήνην ἀπῆλθε πρὸς Θεόδωρον τὸν μαθηματικόν· κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορικοὺς Φιλόλαον καὶ Εὔρυτον· ἔνθεν τε εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς προφήτας [d].

a) Heraclitea philosophia a Cratylo institutus esse perhibetur, v. Aristot. Met. *Α*, 6. Commentum est quod narrat Diog. L. III, 6, Cratylum a Platone post mortem Socratis et una cum Hermogene (apud Anonym. Vit. Plat. p. 13 nominatur Hermippus) Eleatico auditum esse; v. Ast *Platon's Leben u. Schriften* p. 20. Imo credibile est eum haec placita, Eleaticorum et Pythagoreorum, eodem tempore quo Socrati operam dabat percepisse, ope condiscipulorum, Euclidis et, qui Philolaum audiverant (Boeckh Philol. p. 104 sq.), Simmiae et Cebetis. Ad Pythagoreos quod attinet, absonum quod narratur horum disciplinam haud prius didicisse quam ubi in Italia peregrinatus sit. Ceterum alii complures Pythagoreos, qui eum instituerint, enumerant, cf. Cic. de Fin. V, 29, Diog. L. III, 6; alii Platonem in hoc studio Philolai libro usum esse memorant, Diog. L. III, 9. — b) Cf. Aelian. V. H. II, 30. Praeter tragoedias etiam dithyrambos et melica carmina condidisse dicitur, v. Diog. L. III, 5; Aelian. l. l. Quae sub eius nomine etiam nunc feruntur epigrammata, v. Anthol. Pal. et Planud. passim, pro spuriis habentur. Socratem, quem octo vel novem annos sectatus est, Platonem plurimi fecisse cernitur ex Xenoph. Mem. III, 6, 1. — c) Cf. Diog. L. II, 106. Sed constat Platonem tunc non XXVIII, sed XXIX vel XXX annos natum fuisse. — d) Cic. de Rep. I, 10, 16. *Audisse te credo Platonem Socrate mortuo primum in Aegyptum discendi causa, post*

---

*) Omisimus quae sequuntur post *ἀρχήν, ἐν Ἀκαδημίᾳ, εἶτα ἐν τῷ κήπῳ τῷ παρὰ τὸν Κολωνόν*, ab aliena manu, ut videtur, aut secundis curis ab ipso Diogene addita. Cf. quae leguntur III, 56. *Διονυσίοις — Χύτροις*, et infra n. 378. not. crit. — **) *πρὸ τοῦ Διονυσιακοῦ θεάτρου* est i. q. *πρὸ τῶν Διονυσίων*, v. Aelian. l. in not. b. cit.

in Italiam et in Siciliam contendisse ut Pythagorae inventa perdisceret, eumque et cum Archyta Tarentino et cum Timaeo Locro multum fuisse et Philolai commentarios esse nactum, quumque eo tempore in his locis Pythagorae nomen vigeret, illum se et hominibus Pythagoreis et studiis illis dedisse. Cf. de Fin. l. c. Videtur primum Cyrenas perrexisse (de Theodoro mathematico constat ex Theaeteto), deinde in Aegyptum. Utrobique mathematicis potissimum disciplinis operam dedit, quas apprime doctus erat. Deinde Italiam petiit et Siciliam, philosophiae et omnium litterarum laude clarissimam utramque. Quae de Magis, Chaldaeis, Indis narrantur, ficta sunt omnia. Cf. C. F. Hermann l. c. p. 51 sqq. — Philolaum exploratum est mortuum fuisse cum Plato Italiam visitaret. De eius libro cf. supra n. 100.

248 Diog. L. III, 18. Τρὶς δὲ πέπλευκεν εἰς Σικελίαν· πρῶτον μὲν κατὰ θέαν τῆς νήσου καὶ τῶν κρατήρων, ὅτε καὶ Διονύσιος ὁ Ἑρμοκράτους, τύραννος ὤν, ἠνάγκασεν ὥστε συμμῖξαι αὐτῷ· ὁ δὲ διαλεγόμενος περὶ τυραννίδος — προσέκρουσεν αὐτῷ [a]. 21. δεύτερον πρὸς νεώτερον ἧκε Διονύσιον, αἰτῶν γῆν καὶ ἀνθρώπους τοὺς κατὰ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ ζησομένους. ὁ δὲ καίπερ ὑποσχόμενος οὐκ ἐποίησεν. ἔνιοι δέ φασι καὶ κινδυνεῦσαι αὐτὸν ὡς ἀναπείθοντα Δίωνα καὶ Θεοδόταν ἐπὶ τῇ τῆς νήσου ἐλευθερίᾳ· ὅτε καὶ Ἀρχύτας αὐτὸν ὁ Πυθαγορικός, γράψας ἐπιστολὴν πρὸς Διονύσιον, παρῃτήσατο καὶ διέσωσεν εἰς Ἀθήνας. 23. τρίτον ἦλθε διαλλάξων Δίωνα Διονυσίῳ· οὐ τυχὼν δὲ ἄπρακτος ἐπανῆλθεν εἰς τὴν πατρίδα [b].

a) Secundum Dionysium seniorem tyranni imaginem expressisse putatur Republ. VIII, p. 567 sqq., cf. Aristot. Polit. V, 9, 5, Aelian. Var. Hist. I, 20, Cic. Tuscul. V, 20, Diod. XIV, 109. Dionysius cum eodem tempore cum Spartanis contra Athenienses foedus fecisset, libertate et severitate Platonis offensus eum tanquam bello captum Spartanorum legato tradidit, qui eum in Aegina insula vendidit, ubi Anniceris Cyrenaeus (quem cave confundas cum philosopho, v. supra n. 212, not. f) eum redemisse traditur, cf. Diog. L. III, 20. Altera peregrinatio fere viginti annis post locum habuit, cum Plato senior a Dione ut Dionysium iuniorem adiret instigatus esset. — b) Copiosius haec persequitur Plutarchus v.

Dionis 13 sq. Fluxerunt ex epistolis quae circumferuntur Platonis, quas credibile est, si non ab ipso Platone, tamen secundum res vere gestas compositas esse, v. C. F. Hermann l. c. p. 423 sqq. Videntur autem Plato eiusque familiares speravisse fore ut Dionysius adolescens, non male cordatus sed prave educatus, philosophia perdiscenda ad meliores fruges redigi posset, ut ait ipse Plato de Legg. IV, p. 709 E sqq. optimam legislatori civitatis constituendae ansam dari, quando tyrannum invenerit adolescentem ac satis bonae ad discendum et agendum indolis. De Archyta Tarentino v. supra n. 100.

Diog. L. III, 41. *Καὶ ἐτάφη ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, ἔνθα* 249
τὸν πλεῖστον χρόνον διετέλεσε φιλοσοφῶν· ὅθεν καὶ Ἀκαδημαϊκὴ προσηγορεύθη ἡ ἀπ' αὐτοῦ αἵρεσις.

Academia gymnasium erat suburbanum, ante Dipylum situm. Plato hortulum in ea regione sibi comparaverat, qui transiit ad eius heredes, v. Diog. L. III, 20, Suid. v. *Πλάτων*. Ibi suos docebat, per colloquia, ut videtur; certe ipse eam institutionem, quae fieret colloquendo, continuis orationibus longe praeferendam esse censebat; v. Protag. p. 334 D; Gorg. p. 461 D. Quamquam et perpetuis eum nonnunquam sermonibus usum esse insignis testis est Aristoxenus Harm. Elem. II, p. 30 ed. Meibom.: *Βέλτιον ἴσως ἐστὶ τὸ προδιελθεῖν τὸν τρόπον τῆς πραγματείας τί ποτ' ἐστίν, ἵνα προγιγνώσκοντες ὥσπερ ὁδὸν ᾗ βαδιστέον ῥᾷδιον πορευώμεθα εἰδότες τε κατὰ τί μέρος ἐσμὲν αὐτῆς, καὶ μὴ λάθωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς παρυπολαμβάνοντες τὸ πρᾶγμα, καθάπερ Ἀριστοτέλης ἀεὶ διηγεῖτο τοὺς πλείστους τῶν ἀκουσάντων παρὰ Πλάτωνος τὴν περὶ τἀγαθοῦ ἀκρόασιν παθεῖν. προσιέναι μὲν γὰρ ἕκαστον ὑπολαμβάνοντα λήψεσθαί τι τῶν νομιζομένων τούτων ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν, οἷον πλοῦτον, ὑγίειαν, ἰσχύν, τὸ ὅλον εὐδαιμονίαν τινὰ θαυμαστήν. ὅτε δὲ φανείησαν οἱ λόγοι περὶ μαθημάτων καὶ ἀριθμῶν καὶ γεωμετρίας καὶ ἀστρολογίας, καὶ τὸ πέρας ὅτι ἀγαθόν ἐστιν ἕν, παντελῶς οἶμαι παράδοξόν τι ἐφαίνετο αὐτοῖς.* Haec igitur Platonis acroamata excipiebant discipuli, Aristoteles, Speusippus, Xenocrates, Heraclides, Hestiaeus: unde dictae *αἱ ἄγραφοι συνουσίαι*, v. Simpl. Phys. fol. 32 b. 104 b., sive *ἄγραφα δόγματα*, Arist. Phys. IV, 2, cf. Brandis de perditis Aristot. libris p. 3 sqq., *Handb. der Gesch. d. Gr.-Röm. Philos.* II, 1, p. 180. Ex posteriore loco simul Aristotelem patet acroamata iudicasse nil nisi aliam formam eiusdem quae vulgo in colloquiis tradita fuerat doctrinae continere. Sed dialogi longo saepius ab eo laudantur.

250 **Dionys. Hal. de Compos. Verbor. 25, p. 208. Rsk.** *Ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. πᾶσι γὰρ δή που τοῖς φιλολόγοις γνώριμα τὰ περὶ τῆς φιλοπονίας τἀνδρὸς ἱστορούμενα, τά τ' ἄλλα καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὴν δέλτον, ἣν τελευτήσαντος αὐτοῦ λέγουσιν εὑρεθῆναι ποικίλως μετακειμένην τὴν ἀρχὴν τῆς πολιτείας ἔχουσαν τήνδε· „Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος".*

Cf. Quintil. Inst. Orat. VIII, 6, 64; Euphorion et Panaetius ap. Diog. L. III, 27. Iteratis illis curis consentaneum est non modo sermonem sed etiam sententias immutatas esse neque constitisse ante mortem Platonis: unde perspicuum est quam lubricum sit ex ipsis dialogis de tempore quo singuli prodierint iudicare. De quo pauca sunt a veteribus tradita. Phaedrum primum Platonis opus esse testantur Diog. L. III, 35, Olymp. V. Plat. p. 584, Lysidem vivo Socrate editum Diog. L. III, 35, Anonym. V. Plat. p. 13. Alia narratio exstat apud Athenaeum XI, p. 505 D, quae si vera est, Gorgias non diu post mortem Socratis editus fuerit. Leges postremum opus putabantur; Diog. L. III, 37. Bona fortuna factum, quod rarum est in litteris Graecis, ut quae scripta Platonis a veteribus pro genuinis habebantur, ea omnia aetatem superaverint. Ab Aristophane Byzantio in trilogias digesta erant, a Thrasylo et Dercyllida in tetralogias; cf. Diog. L. III, 56 sqq. 61; Albinus c. 6, p. 129 Fisch. Etiam quae nunc spuria habentur omnia, praeter definitiones, in catalogum Thrasyli recepta erant. Inter recentiores praeter Schleiermacherum cf. G. W. Nitzsch de Platonis Phaedro, Kil. 1833, C. F. Hermann l. c. p. 343 sqq., et quae contra hos disputantur a Rittero *Gesch. d. Philos.* II, p. 188 sqq. ed. 2, et Brandisio *Handb.* II, 1, p. 151—176.

251 **Diog. L. III, 62.** *Νοθεύονται δὲ τῶν διαλόγων ὁμολογουμένως Μίδων ἢ Ἱπποτρόφος, Ἐρυξίας ἢ Ἐρασίστρατος, Ἀλκυών, Ἀκέφαλοι ἤ, Σίσυφος *), Ἀξίοχος, Φαίακες, Δημοδόκος, Χελιδών, Ἑβδόμη, Ἐπιμενίδης.*

Eryxias et Axiochus, Acephali insuper et dialogus *περὶ ἀρετῆς* tribuebantur Aeschini Socratico, v. Diog. L. II, 60. Suid. s. v.

*) Vulg. *Ἀκέφαλοι ἢ Σίσυφοι.* Singularis est in cod. Monac. et vers. Ambros.

Αἰσχίνης et *Ἀξίοχος*, all. Sed ex Eryxia Aeschinis quae a veteribus citantur, ea in nostro Eryxia non inveniuntur; v. Letronne *quelques remarques historiques et littéraires sur les dialogues dits Socratiques. Journ. d. Sav. Novbr.* 1820, p. 673 sq. De Acephalis Suidas v. *Αἰσχίνης — — καὶ οἱ καλούμενοι Ἀκέφαλοι* (h. e. qui carebant prooemio) *Φαίδων, Πολύαινος, Δράκων, Ἐρυξίας, περὶ ἀρετῆς, Ἐρασίστρατος, Σκυθικοί*: ad quos septem si addideris dialogum *περὶ δικαίου*, cf. Hermann l. c. p. 415. 579, efficiuntur octo. Ad eundem Aeschinem etiam Alcibiades II. a nonnullis referebatur, ab aliis Xenophonti tributus; v. Diog. L. II, 61. 62; Athen. V, p. 220 C; XI, p. 506 C. Anterastas in catalogum receperat Thrasylus, dubitans tamen an sint adulterini; Diog. L. IX, 37. Dubitabatur etiam de Hipparcho; v. Aelian. V. H. VIII, 2. Porro Leges nonnulli a Philippo Opuntio ex tabulis cereis transscriptas esse tradiderunt, eiusdemque Philippi Epinomis esse putabatur, v. infra n. 288, not. Ad omnem quaestionem cum plurimum valeat Aristotelis auctoritas, attinebit eos dialogos enumerare, quorum hic meminit. Et creberrime quidem laudantur Timaeus et Respublica, velut Phys. IV, 2; Pol. II, 1 etc. Praeterea citantur: Phaedo, Meteor. II, 2, de Gen. et Corr. II, 9; ex Convivio oratio Aristophanis, Pol. II, 4; Leges, ib. II, 6. 7. 9; Meno, Anal. pr. II, 21, Anal. post. I, 1; Gorgias, Soph. El. 12; Euthydemus, ib. 20; Hippias minor, Met. Δ, 29; Menexenus, Rhet. III, 14. De ceteris quibus Aristoteles in Platonis doctrina describenda utebatur fontibus deque eius auctoritate in Platone iudicando recte aestimanda cf. Trendelenburg Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristot. illustrata, Lips. 1832; Ed. Zeller *Platon. Studien, Tüb.* 1839, p. 199—291.

b. De philosophia in genere eiusque partibus.

Conviv. p. 203 E. Θεῶν οὐδεὶς φιλοσοφεῖ οὐδ' ἐπι- 252
θυμεῖ σοφὸς γενέσθαι· ἔστι γάρ· οὐδ' εἴ τις ἄλλος σοφός, οὐ φιλοσοφεῖ [a]. οὐδ' αὖ οἱ ἀμαθεῖς φιλοσοφοῦσιν οὐδ' ἐπιθυμοῦσι σοφοὶ γενέσθαι· αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι χαλεπὸν ἀμαθία, τὸ μὴ ὄντα καλὸν κἀγαθὸν μηδὲ φρόνιμον δοκεῖν αὐτῷ εἶναι ἱκανόν [b]. οὔκουν ἐπιθυμεῖ ὁ μὴ οἰόμενος ἐνδεὴς εἶναι οὗ ἂν μὴ οἴηται ἐπιδεῖσθαι [c]. Τίνες οὖν, ἔφην ἐγώ, ὦ Διοτίμα, οἱ φιλοσοφοῦντες, εἰ μήτε οἱ σοφοὶ μήτε οἱ ἀμαθεῖς; Δῆλον δή, ἔφη, τοῦτό γε ἤδη καὶ παιδί, ὅτι οἱ μεταξὺ τούτων ἀμφοτέρων [d].

a) Phaedr. p. 278 D. *τὸ μὲν σοφόν, ὦ Φαῖδρε, καλεῖν ἔμοιγε μέγα δοκεῖ καὶ θεῷ μόνῳ πρέπειν, τὸ δὲ ἢ φιλόσοφον ἢ τοιοῦτόν τι μᾶλλόν τε ἂν αὐτῷ ἁρμόττοι καὶ ἐμμελεστέρως ἔχοι.* Cf. Proleg. n. 1. — b) Rep. II, p. 376 B. *τό γε φιλομαθὲς καὶ φιλόσοφον ταὐτόν.* *Ἀμαθής* est qui nil sciens putat se scire aliquid, v. Soph. p. 229 C. *ἀγνοίας δ' οὖν μέγα τι μοι δοκῶ καὶ χαλεπὸν ἀφωρισμένον ὁρᾶν εἶδος, πᾶσι τοῖς ἄλλοις αὐτῆς ἀντίσταθμον μέρεσιν.* § *Ποῖον δή;* § *Τὸ μὴ κατειδότα τι δοκεῖν εἰδέναι· δι' οὗ κινδυνεύει πάντα ὅσα διανοίᾳ σφαλλόμεθα γίγνεσθαι πᾶσιν.* § *Ἀληθῆ.* § *Καὶ δὴ καὶ τούτῳ γε οἶμαι μόνῳ τῆς ἀγνοίας ἀμαθίαν τοὔνομα προσρηθῆναι.* Tim. p. 86 B. *νόσον μὲν δὴ ψυχῆς ἄνοιαν ξυγχωρητέον, δύο δ' ἀνοίας γένη, τὸ μὲν μανίαν, τὸ δὲ ἀμαθίαν.* — c) Propterea admiratio initium philosophiae esse ponitur Theaet. p. 155 D. *μάλα γὰρ φιλοσόφου τοῦτο τὸ πάθος, τὸ θαυμάζειν· οὐ γὰρ ἄλλη ἀρχὴ φιλοσοφίας ἢ αὕτη.* Cf. in Aristotele n. 306. — d) In sequentibus Amorem, quem *Πόρου* et *Πενίας* filium esse fingit, *μεταξὺ ἀμφοτέρων* esse docet: *ἔστι γὰρ δὴ τῶν καλλίστων ἡ σοφία, Ἔρως δ' ἐστὶν ἔρως περὶ τὸ καλόν, ὥστε ἀναγκαῖον Ἔρωτα φιλόσοφον εἶναι, φιλόσοφον δὲ ὄντα μεταξὺ εἶναι σοφοῦ καὶ ἀμαθοῦς.* Amor enim ille, quem Plato dicit, per pulchrum fertur ad verum, idque non solum ipse appetit, sed in aliorum quoque animis excitare et procreare studet nunquam satiatus, verum semper adnitens, v. Phaedr. p. 249 D sqq., Conviv. p. 201 D sqq. Similiter veri philosophi sunt *οἱ τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονες*, ut ait De Rep. V, p. 475 E, tametsi nunquam omnem veritatem in hac quidem vita amplecti valeant. Solus enim deus absolute sapiens est, Parm. p. 134 C, neque nobis convenit nisi deo quam simillimis fieri philosophando; cf. Phaed. p. 66 B sqq., Theaet. p. 176 B.

253 **De Rep. V, p. 476 E.** *Ἀλλ' ἡμῖν εἰπὲ τόδε· ὁ γιγνώσκων γιγνώσκει τὶ ἢ οὐδέν; σὺ οὖν μοι ὑπὲρ ἐκείνου ἀποκρίνου. Ἀποκρινοῦμαι, ἔφη, ὅτι γιγνώσκει τι. Πότερον ὂν ἢ οὐκ ὄν; Ὄν· πῶς γὰρ ἂν μὴ ὄν γέ τι γνωσθείη; Ἱκανῶς οὖν τοῦτο ἔχομεν, κἂν εἰ πλεοναχῇ σκοποῖμεν, ὅτι τὸ μὲν παντελῶς ὂν παντελῶς γνωστόν, μὴ ὂν δὲ μηδαμῇ πάντῃ ἄγνωστον; Ἱκανώτατα. Εἶεν· εἰ δὲ δή τι οὕτως ἔχει ὡς εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι, οὐ μεταξὺ ἂν κέοιτο τοῦ εἰλικρινῶς ὄντος καὶ τοῦ αὖ μηδαμῇ ὄντος; Μεταξύ. Οὐκοῦν ἐπὶ μὲν τῷ ὄντι γνῶσις ἦν, ἀγνωσία δ' ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τῷ μὴ ὄντι, ἐπὶ τῷ μεταξὺ δὲ τούτῳ*

μεταξύ τι καὶ ζητητέον ἀγνοίας τε καὶ ἐπιστήμης, εἴ τι τυγχάνει ὂν τοιοῦτον; Πάνυ μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν λέγομέν τι δόξαν εἶναι; Πῶς γὰρ οὔ; Πότερον ἄλλην δύναμιν ἐπιστήμης ἢ τὴν αὐτήν; Ἄλλην. Ἐπ' ἄλλῳ ἄρα τέτακται δόξα καὶ ἐπ' ἄλλῳ ἐπιστήμη, κατὰ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἑκατέρα τὴν αὑτῆς. Οὕτως. Tim. p. 51 E. Δύο δὴ λεκτέον ἐκείνω (sc. νοῦν καὶ δόξαν ἀληθῆ), διότι χωρὶς γεγόνατον ἀνομοίως τε ἔχετον. τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν διὰ διδαχῆς, τὸ δ' ὑπὸ πειθοῦς ἡμῖν ἐγγίγνεται· καὶ τὸ μὲν ἀεὶ μετὰ ἀληθοῦς λόγου, τὸ δὲ ἄλογον· καὶ τὸ μὲν ἀκίνητον πειθοῖ, τὸ δὲ μεταπειστόν· καὶ τοῦ μὲν πάντα ἄνδρα μετέχειν φατέον, νοῦ δὲ θεούς, ἀνθρώπων δὲ γένος βραχύ τι.

Cf. Theaet. p. 151 E, ubi scientiam neque sensuum perceptionibus (αἰσθήσει) constare posse demonstrat, cum id quod sensibus percipitur (φαντασία) aliis aliud esse videatur, neque hominum opinionibus (δόξαις) contineri, etiamsi fuerint rectae et verae: quas nomine ab Antisthene fortassis inducto solet appellare τὴν ἀληθῆ s. ὀρθὴν δόξαν, cf. Brandis *Handb.* II, 1, p. 202. Quae ita distat a scientia, ut sentiat quidem quod verum sit, sed id quod sentit exponere nequeat, Conviv. p. 202. *οὐκ ᾔσθησαι ὅτι ἔστι τι μεταξὺ σοφίας καὶ ἀμαθίας; Τί τοῦτο; Τὸ ὀρθὰ δοξάζειν καὶ ἄνευ τοῦ ἔχειν λόγον δοῦναι οὐκ οἶσθ', ἔφη, ὅτι οὔτε ἐπίστασθαί ἐστιν· ἄλογον γὰρ πρᾶγμα πῶς ἂν εἴη ἐπιστήμη; οὔτε ἀμαθία· τὸ γὰρ τοῦ ὄντος τυγχάνον πῶς ἂν εἴη ἀμαθία; ἔστι δὲ δή που τοιοῦτον ἡ ὀρθὴ δόξα, μεταξὺ φρονήσεως καὶ ἀμαθίας.* Cf. Meno p. 97 B sqq., ubi eandem opinionem ad recte quidem agendum sufficere concedit, sed minime sibi constare eam demonstrat, ut scientia quasi adstringi et corroborari debeat: *καὶ γὰρ αἱ δόξαι αἱ ἀληθεῖς, ὅσον μὲν ἂν χρόνον παραμένωσι, καλὸν τὸ χρῆμα· καὶ πάντα τἀγαθὰ ἐργάζονται· πολὺν δὲ χρόνον οὐκ ἐθέλουσι παραμένειν, ἀλλὰ δραπετεύουσιν ἐκ τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου, ὥστε οὐ πολλοῦ ἄξιαί εἰσιν, ἕως ἄν τις αὐτὰς δήσῃ αἰτίας λογισμῷ. — ἐπειδὰν δὲ δεθῶσι, πρῶτον μὲν ἐπιστῆμαι γίγνονται, ἔπειτα μόνιμοι· καὶ διὰ ταῦτα δὴ τιμιώτερον ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης ἐστί, καὶ διαφέρει δεσμῷ ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης.* Cf. Theaet. p. 210 A. Neque omnino ea virtus, quae recta opinione duntaxat et consuetudine ducitur, ad sapientiam quidquam valet, cum tanquam fato divino (*θείᾳ μοίρᾳ*) et

casu contingat mortalibus, non philosophando ac scientia, v. Meno p. 99 B sqq., ubi inter alia: *Οὐκοῦν εἰ μὴ ἐπιστήμῃ, εὐδοξίᾳ δὴ τὸ λοιπὸν γίγνεται· ᾗ οἱ πολιτικοὶ ἄνδρες χρώμενοι τὰς πόλεις ὀρθοῦσιν, οὐδὲν διαφερόντως ἔχοντες πρὸς τὸ φρονεῖν ἢ οἱ χρησμῳδοί τε καὶ οἱ θεομάντεις· καὶ γὰρ οὗτοι λέγουσι μὲν ἀληθῆ καὶ πολλά, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσιν.* Adde Phaed. p. 82 A. *οἱ τὴν δημοτικήν τε καὶ πολιτικὴν ἀρετὴν ἐπιτετηδευκότες, ἣν δὴ καλοῦσι σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην, ἐξ ἔθους τε καὶ μελέτης γεγονυῖαν ἄνευ φιλοσοφίας τε καὶ νοῦ.* Scientia vero, quam persequitur philosophia (Euthydem. p. 288 D. *ἡ δέ γε φιλοσοφία κτῆσις ἐπιστήμης*) constat cognitione *τοῦ παντελῶς ὄντος*, quod aliis locis appellatur *τὸ ὄντως ὄν, ἡ ἀλήθεια, τὸ νοούμενον* etc., quippe quod intellectu (*τῷ νῷ, τῇ νοήσει*) comprehenditur, non sensibus, neque opinando. Dicitur autem scientia sensu absoluto, quae versatur circa res et causas immutabiles, Phaedr. p. 247 D. *καθορᾷ δὲ ἐπιστήμην, οὐχ ᾗ γένεσις πρόσεστιν, οὐδ' ἥ ἐστί που ἑτέρα ἐν ἑτέρῳ οὖσα ὧν ἡμεῖς νῦν ὄντων καλοῦμεν, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ ὅ ἐστιν ὂν ὄντως ἐπιστήμην οὖσαν*, et quae consummatam rerum veritatem omniumque scientiarum rationes complectitur, Parmen. p. 134 A. *Οὐκοῦν καὶ ἐπιστήμη, αὐτὴ μὲν ὅ ἔστιν ἐπιστήμη, τῆς ὅ ἔστιν ἀλήθεια αὐτῆς ἂν ἐκείνης εἴη ἐπιστήμη;* De Rep. V, p. 475 B. *Οὐκοῦν καὶ τὸν φιλόσοφον σοφίας φήσομεν ἐπιθυμητὴν εἶναι, οὐ τῆς μὲν τῆς δ' οὔ, ἀλλὰ πάσης;* Charm. p. 166 C. *αἱ μὲν ἄλλαι πᾶσαι ἄλλου εἰσὶν ἐπιστῆμαι, ἑαυτῶν δ' οὔ, ἡ δὲ μόνη* (sc. *ἡ σωφροσύνη*, quae hoc loco dicitur eodem sensu quo summa scientia) *τῶν τε ἄλλων ἐπιστημῶν ἐπιστήμη ἐστὶ καὶ αὐτὴ ἑαυτῆς.* Consentaneum est ut nonnisi unam scientiam esse putemus, Sophist. p. 257 C. *μία μὲν ἐστί που καὶ ἐκείνη, τὸ δ' ἐπί τῳ γιγνόμενον μέρος αὐτῆς ἕκαστον ἀφορισθὲν ἐπωνυμίαν ἴσχει τινὰ ἑαυτῆς ἰδίαν· διὸ πολλαὶ τέχναι τ' εἰσὶ λεγόμεναι καὶ ἐπιστῆμαι.* Philosopho ante ceteras artes colendae sunt musica et mathematica, quarum illa animum liberat et temperat et pulchri sensu imbuit, De Rep. III, p. 401 C sq., 410 C sqq., haec peculiariter pertinet ad *τὴν διάνοιαν*, quae media est inter opinionem et scientiam, De Rep. VII, p. 523 sqq., 533 sqq.

254 **Sophist. p. 253 B.** *ΞΕ. Τί δ'; ἐπειδὴ καὶ τὰ γένη πρὸς ἄλληλα κατὰ τὰ τοιαῦτα [a] μίξεως ἔχειν ὡμολογήκαμεν, ἆρ' οὐ μετ' ἐπιστήμης τινὸς ἀναγκαῖον διὰ τῶν λόγων πορεύεσθαι τὸν ὀρθῶς μέλλοντα δείξειν ποῖα ποίοις συμφωνεῖ τῶν γενῶν καὶ ποῖα ἄλληλα οὐ δέχεται; καὶ δὴ καὶ διὰ πάντων εἰ συνέχοντα ἄττ' ἐστίν, ὥστε συμμίγνυσθαι δυνατὰ εἶναι, καὶ πάλιν ἐν ταῖς διαιρέσεσιν,*

εἰ δι' ὅλων ἕτερα τῆς διαιρέσεως αἴτια; ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὐκ ἐπιστήμης δεῖ, καὶ σχεδόν γε ἴσως τῆς μεγίστης; ΞΕ. Τίν' οὖν αὖ νῦν προσεροῦμεν, ὦ Θεαίτητε, ταύτην; ἢ πρὸς Διὸς ἐλάθομεν εἰς τὴν τῶν ἐλευθέρων ἐμπεσόντες ἐπιστήμην, καὶ κινδυνεύομεν ζητοῦντες τὸν σοφιστὴν πρότερον ἀνευρηκέναι τὸν φιλόσοφον [b]); ΘΕΑΙ. Πῶς λέγεις; ΞΕ. Τὸ κατὰ γένη διαιρεῖσθαι καὶ μήτε ταὐτὸν ὂν εἶδος ἕτερον ἡγήσασθαι μήτε ἕτερον ὂν ταὐτὸν μῶν οὐ τῆς διαλεκτικῆς φήσομεν ἐπιστήμης εἶναι; ΘΕΑΙ. Ναί, φήσομεν. ΞΕ. Οὐκοῦν ὅ γε τοῦτο δυνατὸς δρᾷν μίαν ἰδέαν διὰ πολλῶν, ἑνὸς ἑκάστου κειμένου χωρίς, πάντη διατεταμένην ἱκανῶς διαισθάνεται, καὶ πολλὰς ἑτέρας ἀλλήλων ὑπὸ μιᾶς ἔξωθεν περιεχομένας, καὶ μίαν αὖ δι' ὅλων πολλῶν ἐν ἑνὶ ξυνημμένην, καὶ πολλὰς χωρὶς πάντη διωρισμένας; τοῦτο δ' ἔστιν, ᾗ τε κοινωνεῖν ἕκαστα δύναται καὶ ὅπῃ μὴ διακρίνειν κατὰ γένος ἐπίστασθαι ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν. ΞΕ. Ἀλλὰ μὴν τό γε διαλεκτικὸν οὐκ ἄλλῳ δώσεις, ὡς ἐγῷμαι, πλὴν τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι. ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλῳ δοίη τις;

a) Scilicet ut in sermonibus hominum alia elementa ac nomina cum aliis consociari possunt, alia non possunt, quo spectat ars grammatica; similiterque in ceteris artibus. — b) Sophistarum enim est rhetorica illa ad adulationem vulgi comparata, de qua v. Gorg. p. 462 B sqq., itemque perversa illa eristica, in fallaciis argumentationum et verborum aucupiis posita, cuius plurima exempla reperiuntur in Euthydemo, cf. Prantl *Gesch. d. Logik* I, p. 20 sqq. Omninoque Sophistarum ars non ars est, quae vere dici possit, sed *ἐμπειρία καὶ τριβή*, Gorg. p. 463 B, neque eorum scientia est scientia, sed nihil nisi *δοξαστικὴ ἐπιστήμη*, quae non veritatem sequitur, sed hominum opiniones, v. Soph. p. 232 C. Contra dialectica, a Socrate illa fundata (n. 201), praestantissima scientia est et in quo philosophi ars cummaxime conspiciatur, ardua illa quidem et difficillima, sed ad recte philosophandum recteque vivendum utique necessaria, cf. Phileb. p. 16 C sqq., qui locus citatur infra n. 262, De Rep. VII, p. 534 E. *Ἀρ' οὖν δοκεῖ σοι ὥσπερ θριγκὸς τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι, καὶ οὐκέτ' ἄλλο*

τούτου μάθημα ἀνωτέρω ὀρθῶς ἂν ἐπιτίθεσθαι, ἀλλ' ἔχειν ἤδη τέλος τὰ τῶν μαθημάτων;

255 **Protag. p. 352 A.** *Ἴθι δή μοι, ὦ Πρωταγόρα, καὶ τόδε τῆς διανοίας ἀποκάλυψον, πῶς ἔχεις πρὸς ἐπιστήμην; πότερον καὶ τοῦτό σοι δοκεῖ ὥσπερ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ἢ ἄλλως; δοκεῖ δὲ τοῖς πολλοῖς περὶ ἐπιστήμης τοιοῦτόν τε, οὐκ ἰσχυρὸν οὐδ' ἡγεμονικὸν οὐδ' ἀρχικὸν εἶναι· οὐδὲ ὡς περὶ τοιούτου αὐτοῦ ὄντος διανοοῦνται, ἀλλ' ἐνούσης πολλάκις ἀνθρώπῳ ἐπιστήμης οὐ τὴν ἐπιστήμην αὐτοῦ ἄρχειν, ἀλλ' ἄλλο τι, τοτὲ μὲν θυμόν, τοτὲ δὲ ἡδονήν, τοτὲ δὲ λύπην, ἐνίοτε δὲ ἔρωτα, πολλάκις δὲ φόβον, ἀτεχνῶς διανοούμενοι περὶ τῆς ἐπιστήμης ὥσπερ περὶ ἀνδραπόδου, περιελκομένης ὑπὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἆρ' οὖν καὶ σοὶ τοιοῦτόν τι περὶ αὐτῆς δοκεῖ ἢ καλόν τε εἶναι ἡ ἐπιστήμη καὶ οἷον ἄρχειν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐάν περ γιγνώσκῃ τις τἀγαθὰ καὶ τὰ κακά, μὴ ἂν κρατηθῆναι ὑπὸ μηδενός, ὥστε ἄλλ' ἄττα πράττειν ἢ ἃ ἂν ἡ ἐπιστήμη κελεύῃ, ἀλλ' ἱκανὴν εἶναι τὴν φρόνησιν βοηθεῖν τῷ ἀνθρώπῳ; Καὶ δοκεῖ, ἔφη, ὥσπερ σὺ λέγεις, ὦ Σώκρατες, καὶ ἅμα εἴ πέρ τῳ ἄλλῳ, αἰσχρόν ἐστι καὶ ἐμοὶ σοφίαν καὶ ἐπιστήμην μὴ οὐχὶ πάντων κράτιστον φάναι εἶναι τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων. Καλῶς γε, ἔφην ἐγώ, σὺ λέγων καὶ ἀληθῆ.* **Ib. p. 357 C.** *Ἤρεσθε δέ, εἰ μέμνησθε, ἡνίκα ἡμεῖς ἀλλήλοις ὡμολογοῦμεν ἐπιστήμης μηδὲν εἶναι κρεῖττον, ἀλλὰ τοῦτο ἀεὶ κρατεῖν, ὅπου ἂν ἐνῇ, καὶ ἡδονῆς καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων· ὑμεῖς δὲ δὴ ἔφατε τὴν ἡδονὴν πολλάκις κρατεῖν καὶ τοῦ εἰδότος ἀνθρώπου, ἐπειδὴ δὲ ὑμῖν οὐχ ὡμολογοῦμεν, μετὰ τοῦτο ἤρεσθ' ἡμᾶς Ὦ Πρωταγόρα τε καὶ Σώκρατες, εἰ μὴ ἔστι τοῦτο τὸ πάθημα ἡδονῆς ἡττᾶσθαι, ἀλλὰ τί ποτ' ἐστὶ καὶ τί ὑμεῖς αὐτό φατε εἶναι, εἴπετε ἡμῖν. εἰ μὲν οὖν τότε εὐθὺς ὑμῖν εἴπομεν ὅτι ἀμαθία, κατεγελᾶτε ἂν ἡμῶν· νῦν δ' ἐὰν ἡμῶν καταγελᾶτε, καὶ ὑμῶν αὐτῶν καταγελάσεσθε. καὶ γὰρ ὑμεῖς ὡμολογήκατε ἐπιστήμης*

ἐνδείᾳ ἐξαμαρτάνειν περὶ τὴν τῶν ἡδονῶν αἵρεσιν καὶ λυπῶν τοὺς ἐξαμαρτάνοντας· ταῦτα δέ ἐστιν ἀγαθά τε καὶ κακά. καὶ οὐ μόνον ἐπιστήμης, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ πρόσθεν ἔτι ὡμολογήκατε ὅτι μετρητικῆς· ἡ δὲ ἐξαμαρτανομένη πρᾶξις ἄνευ ἐπιστήμης ἴστε που καὶ αὐτοὶ ὅτι ἀμαθίᾳ πράττεται· ὥστε τοῦτ' ἔστι τὸ ἡδονῆς ἥττω εἶναι, ἀμαθία ἡ μεγίστη. **Soph. p. 228 C.** *ΞΕ.* Ἀλλὰ μὴν ψυχήν γε ἴσμεν ἄκουσαν πᾶσαν πᾶν ἀγνοοῦσαν. *ΘΕΑΙ.* Σφόδρα γε. *ΞΕ.* Τό γε μὴν ἀγνοεῖν ἐστὶν ἐπ' ἀλήθειαν ὁρμωμένης ψυχῆς, παραφόρου ξυνέσεως γιγνομένης, οὐδὲν ἄλλο πλὴν παραφροσύνη. *ΘΕΑΙ.* Πάνυ μὲν οὖν. *ΞΕ.* Ψυχὴν ἄρα ἀνόητον αἰσχρὰν καὶ ἄμετρον θετέον. *ΘΕΑΙ.* Ἔοικεν.

Scientia igitur s. sapientia non est nisi quae in recte agendo cernatur. Desipit qui voluptati obnoxius est. Nemo tamen volens desipit neque peccat volens, cf. Protag. p. 345 D, Tim. p. 86 D, al. et supra in Socrate n. 208. Quamquam est quaedam desipientia, quae non vult doceri: quae mali hominis est et a philosophia abhorrentis, Lysis p. 208 A. *διὰ ταῦτα δὴ φαῖμεν ἂν καὶ τοὺς ἤδη σοφοὺς μηκέτι φιλοσοφεῖν, εἴτε θεοὶ εἴτε ἄνθρωποί εἰσιν οὗτοι* (n. 252), *οὐδ' αὖ ἐκείνους φιλοσοφεῖν τοὺς οὕτως ἄγνοιαν ἔχοντας ὥστε κακοὺς εἶναι· κακὸν γὰρ καὶ ἀμαθῆ οὐδένα φιλοσοφεῖν.*

Euthyd. p. 288 D. Σὺ δέ, ὦ Κλεινία, ἔφην, ἀνά- 256
μνησόν με πόθεν τότ' ἀπελίπομεν. ὡς μὲν οὖν ἐγᾦμαι, ἐνθένδε ποθέν. φιλοσοφητέον ὡμολογήσαμεν τελευτῶντες. ἦ γάρ; Ναί, ἦ δ' ὅς. Ἡ δέ γε φιλοσοφία κτῆσις ἐπιστήμης. οὐχ οὕτως; ἔφην. Ναί, ἔφη. Τίνα ποτ' οὖν ἂν κτησάμενοι ἐπιστήμην ὀρθῶς κτησαίμεθα; ἆρ' οὐ τοῦτο μὲν ἁπλοῦν, ὅτι ταύτην ἥτις ἡμᾶς ὀνήσει; Πάνυ γ', ἔφη. Ἆρ' οὖν ἄν τι ἡμᾶς ὀνήσειεν, εἰ ἐπισταίμεθα γιγνώσκειν περιιόντες ὅπου τῆς γῆς χρυσίον πλεῖστον κατορώρυκται; Ἴσως, ἔφη. Ἀλλὰ τὸ πρότερον, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτό γε ἐξηλέγξαμεν, ὅτι οὐδὲν πλέον, οὐδ' εἰ ἄνευ πραγμάτων καὶ τοῦ ὀρύττειν τὴν γῆν τὸ πᾶν ἡμῖν χρυσίον γένοιτο· ὥστε οὐδ' εἰ τὰς πέτρας χρυσᾶς ἐπισταί-

μεθα ποιεῖν, οὐδενὸς ἂν ἀξία ἡ ἐπιστήμη εἴη. εἰ γὰρ μὴ κεχρῆσθαι ἐπιστησόμεθα τῷ χρυσίῳ, οὐδὲν ὄφελος αὐτοῦ ἐφάνη ὄν· ἢ οὐ μέμνησαι; ἔφην ἐγώ. Πάνυ γ', ἔφη, μέμνημαι. Οὐδέ γε, ὡς ἔοικε, τῆς ἄλλης ἐπιστήμης ὄφελος γίγνεται οὐδέν, οὔτε χρηματιστικῆς οὔτε ἰατρικῆς οὔτε ἄλλης οὐδεμιᾶς, ἥτις ποιεῖν τι ἐπίσταται, χρῆσθαι δὲ μὴ ᾧ ἂν ποιήσῃ. οὐχ οὕτω; Συνέφη. Οὐδέ γε εἴ τις ἔστιν ἐπιστήμη ὥστε ἀθανάτους ποιεῖν ἄνευ τοῦ ἐπίστασθαι τῇ ἀθανασίᾳ χρῆσθαι, οὐδὲ ταύτης ἔοικεν ὄφελος οὐδέν, εἴ τι δεῖ τοῖς πρόσθεν ὡμολογημένοις τεκμαίρεσθαι. Συνεδόκει ἡμῖν πάντα ταῦτα. Τοιαύτης τινὸς ἄρα ἡμῖν ἐπιστήμης δεῖ, ὦ καλὲ παῖ, ἦν δ' ἐγώ, ἐν ᾗ συμπέπτωκεν ἅμα τό τε ποιεῖν καὶ τὸ ἐπίστασθαι χρῆσθαι τούτῳ ὃ ἂν ποιῇ. Φαίνεται, ἔφη.[a]. De Rep. VI, p. 504 E. Πάντως αὐτὸ οὐκ ὀλιγάκις ἀκήκοας, νῦν δὲ ἢ οὐκ ἐννοεῖς ἢ αὖ διανοεῖ ἐμοὶ πράγματα παρέχειν ἀντιλαμβανόμενος. οἶμαι δὲ τοῦτο μᾶλλον, ἐπεὶ ὅτι γε ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα μέγιστον μάθημα πολλάκις ἀκήκοας, ᾗ καὶ δίκαια καὶ τἆλλα προσχρησάμενα χρήσιμα καὶ ὠφέλιμα γίγνεται. καὶ νῦν σχεδὸν οἶσθ' ὅτι μέλλω τοῦτο λέγειν, καὶ πρὸς τούτῳ ὅτι αὐτὴν οὐχ ἱκανῶς ἴσμεν· εἰ δὲ μὴ ἴσμεν, ἄνευ δὲ ταύτης εἰ ὅτι μάλιστα τἆλλα ἐπισταίμεθα, οἶσθ' ὅτι οὐδὲν ἡμῖν ὄφελος, ὥσπερ οὐδ' εἰ κεκτήμεθά τι ἄνευ τοῦ ἀγαθοῦ[b].

a) Eam scientiam in sequentibus significat esse philosophiam, quam p. 291 B vocat *τὴν βασιλικὴν τέχνην*, quae homines bonos atque sapientes reddat et beatitudinem iis comparet. Cf. Tim. p. 47 A. *ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔτε ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.* — b) De idea boni, in qua omnis philosophia Platonis, cum dialectica tum moralis, velut in cardine suo vertitur, v. infra n. 265. Ea igitur est *τὸ μέγιστον μάθημα* h. e. summum propositum scientiae et cognitionis; eius cognitio summa sapientia et summa virtus, de qua ceterae virtutes pendent omnes, v. n. 280. 282.

257 **Sext. Emp. adv. Math. VII, 15.** Ὧν (sc. τῶν εἰπόντων τῆς φιλοσοφίας τὸ μέν τι εἶναι φυσικόν, τὸ δὲ ἠθι-

κόν, τὸ δὲ λογικὸν) δυνάμει μὲν Πλάτων ἐστὶν ἀρχηγός, περὶ πολλῶν μὲν φυσικῶν, περὶ πολλῶν δὲ ἠθικῶν, οὐκ ὀλίγων δὲ λογικῶν διαλεχθείς· ῥητότατα δὲ οἱ περὶ τὸν Ξενοκράτη καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, ἔτι δὲ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἔχονται τῆσδε τῆς διαιρέσεως.

Ab aliis haec divisio ad ipsum Platonem refertur, velut a Diog. L. III, 56, ab Attico ap. Euseb. Pr. Ev. XI, 2; Cic. Acad. I, 5, ubi logica dicitur quae apud superiores dicebatur dialectica. Platonem in cogitando et tacite hanc partitionem sequutum esse, tametsi non aperte eam pronuntiavit, intelligitur ex argumentis potissimorum dialogorum, inter quos Timaeus fere totus est in physicis, Respublica et Leges maximam partem ethici argumenti sunt, Parmenides, Theaetetus et Sophista dialectici. Dialecticae nomen ad universam philosophiam transferre solet, v. n. 254, physicas vero disputationes a philosophia quae sensu angustiore appelletur ita seiungere, ut eas non in id quod sit inquirere dicat, verum in id quod fiat, v. Phileb. p. 59 A. Neque illas quaestiones aliter quam secundum probabilitatem persequendas et animi recreandi gratia commendandas esse censet Tim. p. 59 C. *τἆλλα δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲν ποικίλον ἔτι διαλογίσασθαι τὴν τῶν εἰκότων μύθων μεταδιώκοντα ἰδέαν, ἣν ὅταν τις ἀναπαύσεως ἕνεκα, τοὺς περὶ τῶν ὄντων ἀεὶ καταιτιθέμενος λόγους, τοὺς γενέσεως πέρι διαθεώμενος εἰκότας ἀμεταμέλητον ἡδονὴν κτᾶται, μέτριον ἂν ἐν τῷ βίῳ παιδιὰν καὶ φρόνιμον ποιοῖτο.* Cf. infra n. 267, not. b.

c. Dialectica.

Arist. Met. *A*, **6.** *Μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας* 258
ἡ Πλάτωνος ἐπεγένετο πραγματεία, τὰ μὲν πολλὰ τούτοις ἀκολουθοῦσα, τὰ δὲ καὶ ἴδια παρὰ τὴν τῶν Ἰταλικῶν ἔχουσα φιλοσοφίαν [a]. *ἐκ νέου τε γὰρ συνήθης γενόμενος πρῶτον Κρατύλῳ καὶ ταῖς Ἡρακλειτείοις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν καὶ ὕστερον οὕτως ὑπέλαβεν* [b]· *Σωκράτους δὲ περὶ μὲν τὰ ἠθικὰ πραγματευομένου, περὶ δὲ τῆς ὅλης φύσεως οὐθέν, ἐν μέντοι τούτοις τὸ καθόλου ζητοῦντος καὶ περὶ ὁρισμῶν ἐπιστήσαντος πρώτου τὴν διάνοιαν, ἐκεῖνον ἀποδεξάμενος διὰ τὸ τοιοῦτον ὑπέλαβεν ὡς περὶ ἑτέρων τοῦτο γιγνόμενον*

καὶ οὐ τῶν αἰσθητῶν τινός· ἀδύνατον γὰρ εἶναι τὸν κοινὸν ὅρον τῶν αἰσθητῶν τινός, ἀεί γε μεταβαλλόντων. οὕτως) μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσε, τὰ δ' αἰσθητὰ παρὰ ταῦτα καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα* [c].

a) In antecedentibus dixerat de Pythagoreis et Eleatis. — b) Cf. quae de elementis naturae disputantur Tim. p. 49 B. *τούτων γὰρ εἰπεῖν ἕκαστον, ὁποῖον ὄντως ὕδωρ χρὴ λέγειν μᾶλλον ἢ πῦρ καὶ ὁποῖον ὁτιοῦν μᾶλλον ἢ καὶ ἅπαντα καθ' ἕκαστόν τε, οὕτως ὥστε τινὶ πιστῷ καὶ βεβαίῳ χρήσασθαι λόγῳ, χαλεπόν. πῶς οὖν δὴ τοῦτ' αὐτὸ καὶ πῇ καὶ τί περὶ αὐτῶν εἰκότως διαπορηθέντες ἂν λέγοιμεν; πρῶτον μέν, ὃ δὴ νῦν ὕδωρ ὠνομάκαμεν, πηγνύμενον ὡς δοκοῦμεν λίθους καὶ γῆν γιγνόμενον ὁρῶμεν, τηκόμενον δὲ καὶ διακρινόμενον αὖ ταὐτὸν τοῦτο πνεῦμα καὶ ἀέρα, ξυγκαυθέντα δὲ ἀέρα πῦρ, ἀνάπαλιν δὲ πῦρ συγκριθὲν καὶ κατασβεσθὲν εἰς ἰδέαν τε ἀπιὸν αὖθις ἀέρος, καὶ πάλιν ἀέρα ξυνιόντα καὶ πυκνούμενον νέφος καὶ ὁμίχλην, ἐκ δὲ τούτων ἔτι μᾶλλον ξυμπιλουμένων ῥέον ὕδωρ, ἐξ ὕδατος δὲ γῆν καὶ λίθους αὖθις, κύκλον τε οὕτω διαδιδόντα εἰς ἄλληλα, ὡς φαίνεται, τὴν γένεσιν· οὕτω δὴ τούτων οὐδέποτε τῶν αὐτῶν ὡς ὂν ὁτιοῦν τοῦτο καὶ οὐκ ἄλλο παγίως διισχυριζόμενος οὐκ αἰσχυνεῖταί τις ἑαυτόν;* Item quae de sensibus sibi discrepantibus exponuntur De Rep. VII, p. 523 B sqq. Omnino sensibus animum magis impediri quam iuvari statuit, cum sensus (*ἡ αἴσθησις*) sit ea animi affectio, quae de corpore pendeat atque una cum illo moveatur, Phileb. p. 34 A. *τὸ ἐν ἑνὶ πάθει τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα κοινῇ γιγνόμενον κοινῇ καὶ κινεῖσθαι, ταύτην δ' αὖ τὴν κίνησιν ὀνομάζων αἴσθησιν οὐκ ἀπὸ τρόπου φθέγγοιτ' ἄν.* Quam copulam adeo adversam esse veritati cognoscendae, ut sincerus philosophus fatale illud quo animus teneatur corporis consortium vivus resolvere sibique ultro emori debeat philosophando h. e. id quod verum et purum sit in rebus mente pura et ab omni sensuum coniunctione secreta persequendo; Phaed. p. 64 A sqq. 65 E. *Ἆρ' οὖν ἐκεῖνος ἂν τοῦτο ποιήσειε καθαρώτατα, ὅστις ὅ τι μάλιστα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ ἴοι ἐφ' ἕκαστον, μήτε τὴν ὄψιν παρατιθέμενος ἐν τῷ διανοεῖσθαι μήτε τινὰ ἄλλην αἴσθησιν ἐφέλκων μηδεμίαν μετὰ τοῦ λογισμοῦ, ἀλλ' αὐτῇ καθ' αὑτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἰλικρινὲς ἕκαστον ἐπιχειροῖ θηρεύειν τῶν ὄντων, ἀπαλλαγεὶς ὅ τι μάλιστα ὀφθαλμῶν τε καὶ ὤτων καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν ξύμπαντος τοῦ σώματος, ὡς ταράττοντος καὶ οὐκ ἐῶντος τὴν ψυχὴν κτήσασθαι ἀλήθειάν τε καὶ*

---

*) *οὕτως* i. e. his igitur rationibus ductus rec. Bonitz, *οὗτος* Bekk.

φρόνησιν, ὅταν κοινωνῇ, ἆρ' οὐχ οὗτός ἐστιν, ὦ Σιμμία, εἴπερ τις καὶ ἄλλος, ὁ τευξόμενος τοῦ ὄντος; Ὑπερφυῶς, ἔφη ὁ Σιμμίας, ὡς ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες. Cave tamen putes omnem eum sensibus fidem atque dignitatem denegasse, v. infra n. 273, not. c. — c) *Εἶδος* et *ἰδέα* proprie significat formam s. speciem, quae cernitur oculis, translate id quod mente cernitur, v. Cic. Acad. poster. I, 8, 30. Apud ipsum Platonem idea nonnunquam dicitur eodem sensu, quo notio et definitio, v. De Rep. X, p. 596 A. *εἶδος γάρ πού τι ἓν ἕκαστον εἰώθαμεν τίθεσθαι περὶ ἕκαστα τὰ πολλά, οἷς ταὐτὸν ὄνομα ἐπιφέρομεν.* Theaet. p. 204 A. *ἐχέτω δή, ὡς νῦν φαμέν, μία ἰδέα ἐξ ἑκάστων τῶν συναρμοττόντων στοιχείων γιγνομένη ἡ συλλαβή, ὁμοίως ἔν τε γράμμασι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν.* Phaedr. p. 249 B. *δεῖ γὰρ ἄνθρωπον ξυνιέναι κατ' εἶδος λεγόμενον, ἐκ πολλῶν ἰὸν αἰσθήσεων εἰς ἓν λογισμῷ ξυναιρούμενον.* In quo tamen cavendum ne in animo tantum eius qui cogitat existere ideas putemus, quod ipse Plato negat Parmen. p. 132 B. *Ἀλλὰ — μὴ τῶν εἰδῶν ἕκαστον ᾖ τούτων νόημα καὶ οὐδαμοῦ αὐτῷ προσήκῃ ἐγγίγνεσθαι ἄλλοθι ἢ ἐν ψυχαῖς*: quam opinionem deinde ipse repudiat. Imo hoc quam maxime Platonis doctrina a Socratis distabat, quod ille ideas separatim a rebus existere docebat: quod ab Aristotele eo quem citavimus loco significatur verbis *τὰ δ' αἰσθητὰ παρὰ ταῦτα*, aliis vocabulo *χωρίζειν, χωριστός*, cf. Met. *M*, 4. *ἀλλ' ὁ μὲν Σωκράτης τὰ καθόλου οὐ χωριστὰ ἐποίει οὐδὲ τοὺς ὁρισμούς* (v. supra n. 202), *οἱ δ' ἐχώρισαν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσαν.* Ib. 9. *τοῦτο* (sc. *τὸ καθόλου*) *ἐκίνησε μὲν Σωκράτης διὰ τοὺς ὁρισμούς, οὐ μὴν ἐχώρισέ γε τῶν καθ' ἕκαστον*, cf. infra n. 262, not. b. Quapropter Plato imaginibus, ut assolet, rem persequens ideas tanquam in alio mundo existere, neque tam cogitari quam mente pura adspici, iisque omnium sensibilium causas atque rationes contineri et ipsas etiam vita et motu atque intellectu praeditas esse docet, cf. Phaedr. p. 247 C, Tim. p. 28 A, 51 D sqq., Phaed. p. 83 B, Sophist. p. 248 E (qui locus citatur infra n. 261), De Rep. VI, p. 509 D, VII, p. 517 B, al.: etenim ne Platonem ideas revera in loco aliquo posuisse opinemur recte monet Aristoteles Phys. III, 4. *Πλάτων δὲ ἔξω* (*τοῦ οὐρανοῦ*) *μὲν οὐδὲν εἶναι σῶμα, οὐδὲ τὰς ἰδέας διὰ τὸ μηδέ που εἶναι αὐτάς.* Cf. ib. IV, 2. *Πλάτωνι μέντοι λεκτέον —, διὰ τί οὐκ ἐν τόπῳ τὰ εἴδη καὶ οἱ ἀριθμοί.* Restat ut tanquam divina et aeterna rerum exempla et exstent praeter res in sensus cadentes et insint atque operentur in mentibus et cogitationibus: quod significat Aristoteles de An. III, 4, 4. *καὶ εὖ δὴ οἱ λέγοντες τὴν ψυχὴν εἶναι τόπον εἰδῶν* etc., cf. infra n. 343, not. c. Omnibus autem ideis id commune est, ut *οὐσίαν* quandam contineant h. e. substantiam aliquam generalem et unam,

quae cernitur in multis rebus extra existentibus: unde efficitur ut unaquaeque idea sit *ἓν ἐπὶ πολλῶν*, ut ait Arist. Met. *A*, 9, *M*, 4, et singulae appellentur *ἑνάδες* sive *μονάδες* ab ipso Platone Phileb. p. 15 A. B (n. 262), cf. De Rep. VI, p. 493 E. *αὐτὸ τὸ καλόν, ἀλλὰ μὴ τὰ πολλὰ καλά, ἢ αὐτό τι ἕκαστον καὶ μὴ τὰ πολλὰ ἕκαστα.* Ib. p. 507 B. *πολλὰ καλὰ καὶ πολλὰ ἀγαθὰ καὶ ἕκαστα οὕτως εἶναί φαμέν —, καὶ αὐτὸ δὴ καλὸν καὶ αὐτὸ ἀγαθὸν καὶ οὕτω περὶ πάντων, ἃ τότε ὡς πολλὰ ἐτίθεμεν, πάλιν αὖ κατ' ἰδέαν μίαν ἑκάστου ὡς μιᾶς οὔσης τιθέντες ὃ ἔστιν ἕκαστον προσαγορεύομεν. — καὶ τὰ μὲν δὴ ὁρᾶσθαί φαμεν νοεῖσθαι δ' οὔ, τὰς δ' αὖ ἰδέας νοεῖσθαι μὲν ὁρᾶσθαι δ' οὔ*: quibus in locis *αὐτὸ καλόν, αὐτὸ ἀγαθὸν* vocatur quod aliis dicitur *τὸ αὐτὸ καθ' αὑτὸ* vel *αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἕκαστον* h. e. substantia illa immutabilis cogitatione comprehendenda, quae subest rebus mutabilibus, cf. Phaedr. p. 237 B, Theaet. p. 201 E sqq., Conviv. p. 211 B, ubi ipsum pulchrum h. e. pulchri idea dicitur esse *αὐτὸ μεθ' αὑτοῦ μονοειδὲς ἀεὶ ὄν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα καλὰ ἐκείνου μετέχοντα τρόπον τινὰ τοιοῦτον, οἷον γιγνομένων τε τῶν ἄλλων καὶ ἀπολλυμένων μηδὲν ἐκεῖνο μήτε τι πλέον μήτε ἔλαττον γίγνεσθαι μηδὲ πάσχειν μηδέν.* Neque tamen solum rerum graviorum atque speciosarum existere ideas putandum est, verum sunt omnium quotquot ad genera revocari possunt, etiam vilissimarum, ita ut numero sint plurimae atque diversissimae, cf. Parmen. p. 130 C (n. 262, not. b), unde Arist. Met. *A*, 3 tot ideas esse dicit *ὁπόσα φύσει.* Excipiuntur nonnisi ea quae fiunt tantummodo et ad certam speciem nondum pervenerunt, v. Tim. p. 66 D. *περὶ δὲ δὴ τὴν τῶν μυκτήρων δύναμιν, εἴδη μὲν οὐκ ἔνι· τὸ γὰρ τῶν ὀσμῶν πᾶν ἡμιγενές, εἴδει δὲ οὐδενὶ ξυμβέβηκε ξυμμετρία πρὸς τό τινα ἔχειν ὀσμήν* etc. Cf. Arist. Met. *A*, 9, ubi etiam *τὰ πρός τι* et arte facta excipiuntur, de quibus v. Ritter *Gesch. d. Philos.* II, p. 301 ed. 2. Idem Aristoteles de argumentis, quibus Plato suam de ideis doctrinam inter discipulos munire solebat, explicatius disputaverat in libro deperdito *περὶ ἰδεῶν*, unde nonnulla servavit Alexander Aphrodis. ad Arist. Met. *A*, 9, v. Schol. Aristot. p. 564 sqq., Zeller *Platon. Studien* p. 232 sq.

259 Cratyl. p. 439 C. *Πότερον φῶμέν τι εἶναι αὐτὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ ἓν ἕκαστον τῶν ὄντων οὕτως, ἢ μή; ΚΡ. Ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Αὐτὸ τοίνυν ἐκεῖνο σκεψώμεθα, μὴ εἰ πρόσωπον τί ἐστι καλὸν ἤ τι τοιούτων, καὶ δοκεῖ ταῦτα πάντα ῥεῖν, ἀλλ' αὐτό, φῶμεν, τὸ καλὸν οὐ τοιοῦτον ἀεί ἐστιν οἷόν ἐστιν; ΚΡ.*

Ἀνάγκη. ΣΩ. Ἆρ᾽ οὖν οἷόν τε προσειπεῖν αὐτὸ ὀρθῶς, εἰ ἀεὶ ὑπεξέρχεται, πρῶτον μὲν ὅτι ἐκεῖνό ἐστιν, ἔπειτα ὅτι τοιοῦτον, ἢ ἀνάγκη ἅμα ἡμῶν λεγόντων ἄλλο αὐτὸ εὐθὺς γίγνεσθαι καὶ ὑπεξιέναι καὶ μηκέτι οὕτως ἔχειν; ΚΡ. Ἀνάγκη. ΣΩ. Πῶς οὖν ἂν εἴη τὶ ἐκεῖνο, ὃ μηδέποτε ὡσαύτως ἔχει; εἰ γάρ ποτε ὡσαύτως ἴσχει, ἔν γ᾽ ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ δῆλον ὅτι οὐδὲν μεταβαίνει· εἰ δὲ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχει καὶ τὸ αὐτό ἐστι, πῶς ἂν τοῦτό γε μεταβάλλοι ἢ κινοῖτο, μηδὲν ἐξιστάμενον τῆς αὐτοῦ ἰδέας; ΚΡ. Οὐδαμῶς. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ ἂν γνωσθείη γε ὑπ᾽ οὐδενός. ἅμα γὰρ ἂν ἐπιόντος τοῦ γνωσομένου ἄλλο καὶ ἀλλοῖον γίγνοιτο, ὥστε οὐκ ἂν γνωσθείη ἔτι ὁποῖόν γε τί ἐστιν ἢ πῶς ἔχον· γνῶσις δὲ δή που οὐδεμία γιγνώσκει ὃ γιγνώσκει μηδαμῶς ἔχον. ΚΡ. Ἔστιν ὡς λέγεις. ΣΩ. Ἀλλ᾽ οὐδὲ γνῶσιν εἶναι φάναι εἰκός, ὦ Κρατύλε, εἰ μεταπίπτει πάντα χρήματα καὶ μηδὲν μένει. εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ τοῦτο, ἡ γνῶσις, τοῦ γνῶσις εἶναι μὴ μεταπίπτει, μένοι τε ἂν ἀεὶ ἡ γνῶσις καὶ εἴη γνῶσις· εἰ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ εἶδος μεταπίπτει τῆς γνώσεως, ἅμα τ᾽ ἂν μεταπίπτοι εἰς ἄλλο εἶδος γνώσεως καὶ οὐκ ἂν εἴη γνῶσις· εἰ δὲ ἀεὶ μεταπίπτει, ἀεὶ οὐκ ἂν εἴη γνῶσις. καὶ ἐκ τούτου τοῦ λόγου οὔτε τὸ γνωσόμενον οὔτε τὸ γνωσθησόμενον ἂν εἴη. εἰ δὲ ἔστι μὲν ἀεὶ τὸ γιγνῶσκον, ἔστι δὲ τὸ γιγνωσκόμενον, ἔστι δὲ τὸ καλόν, ἔστι δὲ τὸ ἀγαθόν, ἔστι δὲ ἓν ἕκαστον τῶν ὄντων, οὔ μοι φαίνεται ταῦτα ὅμοια ὄντα, ἃ νῦν ἡμεῖς λέγομεν, ῥοῇ οὐδὲν οὐδὲ φορᾷ.

In hoc igitur dissensit ab Heracliteis, quippe qui omnia sempiterno fluxu agitari, nihil unquam consistere docebant, v. n. 32, not. Sunt atque consistunt ea quae cognoscuntur: quod probatur vel ipsa cognitionis notione et facultate, quum, nisi existerent quae cognosci possent, omnino nulla esset cognitio neque scientia, cf. Sophist. p. 249 B. *Καὶ μὴν ἐὰν αὖ φερόμενα καὶ κινούμενα πάντ᾽ εἶναι συγχωρῶμεν, καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ ταὐτὸν τοῦτο ἐκ τῶν ὄντων ἐξαιρήσομεν. ΘΕΑΙ. Πῶς; ΞΕ. Τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως καὶ περὶ τὸ αὐτὸ δοκεῖ σοι χωρὶς στάσεως γενέσθαι ποτ᾽ ἄν; ΘΕΑΙ.*

Οὐδαμῶς. ΞΕ. *Τί δ'; ἄνευ τούτων νοῦν καθορᾷς ὄντα ἢ γενόμενον ἂν καὶ ὁπουοῦν;* ΘΕΑΙ. *Ἥκιστα.* ΞΕ. *Καὶ μὴν πρός γε τοῦτον παντὶ λόγῳ μαχετέον, ὃς ἂν ἐπιστήμην ἢ φρόνησιν ἢ νοῦν ἀφανίζων ἰσχυρίζηται περί τινος ὁπῃοῦν.* ΘΕΑΙ. *Σφόδρα γε.* Adde De Rep. V, p. 476 E, qui locus citatur supra n. 253. Neque quidquam nostris opinionibus illa *ὄντα* afficiuntur, sed semper sibi ipsis constant neque naturam suam mutant, quod contra Protagoram monet Cratyl. p. 386 D. *Οὐκοῦν εἰ μήτε πᾶσι πάντα ἐστὶν ὁμοίως ἅμα καὶ ἀεί, μήτε ἑκάστῳ ἰδίᾳ ἕκαστον τῶν ὄντων ἐστι, δῆλον δὴ ὅτι αὐτὰ αὑτῶν οὐσίαν ἔχοντά τινα βέβαιόν ἐστι τὰ πράγματα, οὐ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲ ὑφ' ἡμῶν, ἑλκόμενα ἄνω καὶ κάτω τῷ ἡμετέρῳ φαντάσματι, ἀλλὰ καθ' αὑτὰ πρὸς τὴν αὑτῶν οὐσίαν ἔχοντα ᾗπερ πέφυκεν.* Cognoscuntur autem arte dialectica, quae spretis sensibus solam rationem sequitur et est *τῶν ὄντως φιλοσοφούντων*, v. Phileb. p. 57 D sqq. *τὴν γὰρ περὶ τὸ ὂν καὶ τὸ ὄντως καὶ τὸ κατὰ ταὐτὸν ἀεὶ πεφυκὸς πάντως ἔγωγε οἶμαι ἡγεῖσθαι ξύμπαντας, ὅσοις νοῦ καὶ σμικρὸν προσήρτηται, μακρῷ ἀληθεστάτην εἶναι γνῶσιν.* De Rep. VII, p. 532 A. *οὕτω καὶ ὅταν τις τῷ διαλέγεσθαι ἐπιχειρῇ, ἄνευ πασῶν τῶν αἰσθήσεων διὰ τοῦ λόγου ἐπ' αὐτὸ ὃ ἔστιν ἕκαστον ὁρμᾷ, κἂν μὴ ἀποστῇ, πρὶν ἂν αὐτὸ ὃ ἔστιν ἀγαθὸν αὐτῇ νοήσει λάβῃ, ἐπ' αὐτῷ γίγνεται τῷ τοῦ νοητοῦ τέλει. — — Τί οὖν; οὐ διαλεκτικὴν ταύτην τὴν πορείαν καλεῖς;* Cf. n. 254.

260 **Theaet. p. 189 E.** ΣΩ. Τὸ δὲ διανοεῖσθαι ἆρ' ὅπερ ἐγὼ καλεῖς; ΘΕΑΙ. Τί καλῶν; ΣΩ. Λόγον ὃν αὐτὴ πρὸς αὑτὴν ἡ ψυχὴ διεξέρχεται περὶ ὧν ἂν σκοπῇ· ὥς γε μὴ εἰδώς σοι ἀποφαίνομαι. τοῦτο γάρ μοι ἰνδάλλεται διανοουμένη οὐκ ἄλλο τι ἢ διαλέγεσθαι, αὐτὴ ἑαυτὴν ἐρωτῶσα καὶ ἀποκρινομένη, καὶ φάσκουσα καὶ οὐ φάσκουσα. ὅταν δὲ ὁρίσασα, εἴτε βραδύτερον εἴτε καὶ ὀξύτερον ἐπαΐξασα, τὸ αὐτὸ ἤδη φῇ καὶ μὴ διστάζῃ, δόξαν ταύτην τίθεμεν αὐτῆς. ὥστ' ἔγωγε τὸ δοξάζειν λέγειν καλῶ καὶ τὴν δόξαν λόγον εἰρημένον,' οὐ μέντοι πρὸς ἄλλον οὐδὲ φωνῇ, ἀλλὰ σιγῇ πρὸς αὑτόν. σὺ δὲ τί; ΘΕΑΙ. Κἀγώ [a]. **Soph. p. 261 E.** ΞΕ. Ἔστι γὰρ ἡμῖν που τῶν τῇ φωνῇ περὶ τὴν οὐσίαν δηλωμάτων διττὸν γένος. ΘΕΑΙ. Πῶς; ΞΕ. Τὸ μὲν ὀνόματα, τὸ δὲ ῥήματα κληθέν. ΘΕΑΙ. Εἰπὲ ἑκάτερον. ΞΕ. Τὸ μὲν ἐπὶ ταῖς πράξεσιν ὂν δήλωμα ῥῆμά που λέγομεν. ΘΕΑΙ.

Ναί. ΞΕ. Τὸ δέ γ' ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἐκεῖνα πράττουσι σημεῖον τῆς φωνῆς ἐπιτεθὲν ὄνομα. ΘΕΑΙ. Κομιδῇ μὲν οὖν. ΞΕ. Οὐκοῦν ἐξ ὀνομάτων μὲν μόνων συνεχῶς λεγομένων οὐκ ἔστι ποτὲ λόγος, οὐδ' αὖ ῥημάτων χωρὶς ὀνομάτων λεχθέντων. ΘΕΑΙ. Ταῦτ' οὐκ ἔμαθον. ΞΕ. Δῆλον γὰρ ὡς πρὸς ἕτερόν τι βλέπων ἄρτι ξυνωμολόγεις, ἐπεὶ τοῦτ' αὐτὸ ἐβουλόμην εἰπεῖν, ὅτι συνεχῶς ὧδε λεγόμενα ταῦτα οὐκ ἔστι λόγος. ΘΕΑΙ. Πῶς; ΞΕ. Οἷον βαδίζει τρέχει καθεύδει καὶ τἆλλα ὅσα πράξεις σημαίνει ῥήματα, κἂν πάντα τις ἐφεξῆς αὔτ' εἴπῃ, λόγον οὐδέν τι μᾶλλον ἀπεργάζεται. ΘΕΑΙ. Πῶς γάρ; ΞΕ. Οὐκοῦν καὶ πάλιν ὅταν λέγηται λέων ἔλαφος ἵππος, ὅσα τε ὀνόματα τῶν τὰς πράξεις αὖ πραττόντων ὠνομάσθη, καὶ κατὰ ταύτην δὴ τὴν συνέχειαν οὐδείς πω ξυνέστη λόγος· οὐδεμίαν γὰρ οὔτε οὕτως οὔτ' ἐκείνως πρᾶξιν οὐδ' ἀπραξίαν οὐδὲ οὐσίαν ὄντος οὐδὲ μὴ ὄντος δηλοῖ τὰ φωνηθέντα, πρὶν ἄν τις τοῖς ὀνόμασι τὰ ῥήματα κεράσῃ. τότε δ' ἥρμοσέ τε καὶ λόγος ἐγένετο εὐθὺς ἡ πρώτη συμπλοκή, σχεδὸν τῶν λόγων ὁ πρῶτος καὶ σμικρότατος. ΘΕΑΙ. Πῶς ἄρ' ὧδε λέγεις; ΞΕ. Ὅταν εἴπῃ τις ἄνθρωπος μανθάνει, λόγον εἶναι φῂς τοῦτον ἐλάχιστόν τε καὶ πρῶτον; ΘΕΑΙ. Ἔγωγε. ΞΕ. Δηλοῖ γὰρ ἤδη που τότε περὶ τῶν ὄντων ἢ γιγνομένων ἢ γεγονότων ἢ μελλόντων, καὶ οὐκ ὀνομάζει μόνον, ἀλλά τι περαίνει, συμπλέκων τὰ ῥήματα τοῖς ὀνόμασι. διὸ λέγειν τε αὐτὸν ἀλλ' οὐ μόνον ὀνομάζειν εἴπομεν, καὶ δὴ καὶ τῷ πλέγματι τούτῳ τὸ ὄνομα ἐφθεγξάμεθα λόγον. ΘΕΑΙ. Ὀρθῶς. ΞΕ. Οὕτω δὴ καθά περ τὰ πράγματα τὰ μὲν ἀλλήλοις ἥρμοττε τὰ δ' οὔ, καὶ περὶ τὰ τῆς φωνῆς αὖ σημεῖα τὰ μὲν οὐχ ἁρμόττει, τὰ δὲ ἁρμόττοντα αὐτῶν λόγον ἀπειργάσατο. ΘΕΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν[b]. Ib. p. 237 D. *Καὶ τοῦτο ἡμῖν που φανερόν, ὡς καὶ τὸ τὶ τοῦτο ῥῆμα ἐπ' ὄντι λέγομεν ἑκάστοτε· μόνον γὰρ αὐτὸ λέγειν, ὥσπερ γυμνὸν καὶ ἀπηρημωμένον ἀπὸ τῶν ὄντων*

ἁπάντων, ἀδύνατον· ἦ γάρ; ΘΕΑΙ. Ἀδύνατον. ΞΕ. Ἆρα τῇδε σκοπῶν ξύμφης ὡς ἀνάγκη τόν τι λέγοντα ἕν γέ τι λέγειν; ΘΕΑΙ. Οὕτως. ΞΕ. Ἑνὸς γὰρ δή τό γε τὶ φήσεις σημεῖον εἶναι, τὸ δὲ τινὲ δυοῖν, τὸ δὲ τινὲς πολλῶν. ΘΕΑΙ. Πῶς γὰρ οὔ; c.

Sicut sol luminis ac visus nostri causa sit, ita bonum omnis veritatis omnisque cognitionis causam esse dicit. Sicut oculi in tenebris caecutiunt, in lumine diurno aperiuntur, ita animus ad fluxa et mutabilia conversus hebetatur, ad bonum propensus omni scientia imbuitur. Neque vero scientia tantummodo, verum omnis substantia a bono repetenda est. Ipsum vero bonum quale sit describi non potest, neque quidquam affirmari potest nisi bonum esse summum in rebus intelligibilibus, ut sol summus est in adspectabilibus, ut ait p. 509 D. *ὥσπερ λέγομεν δύο αὐτὼ εἶναι καὶ βασιλεύειν τὸ μὲν νοητοῦ γένους τε καὶ τόπου τὸ δ' αὖ ὁρατοῦ.* Quid quod tantam boni excellentiam esse dicit, ut sit *ἐπέκεινα τῆς οὐσίας* et ut nisi per gradus assurgentes et diuturna cognitione exercitati ne intueri quidem tantum splendorem valeamus: id quod in sequentibus imagine nobilissima illustratur, ad omnem humanae

scientiae rationem et processum describendum gravissima, quippe sensim sensimque ex tenebris falsisque opinionum simulacris ad lucem et ad rerum veritatem enitentis, De Rep. VII, p. 514 sqq. Denique ad ideam boni reversus ita sententiam suam complectitur p. 517 B. *τὰ δ' οὖν ἐμοὶ φαινόμενα οὕτω φαίνεται, ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα καὶ μόγις ὁρᾶσθαι, ὀφθεῖσα δὲ συλλογιστέα εἶναι ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη ὀρθῶν τε καὶ καλῶν αἰτία, ἔν τε ὁρατῷ φῶς καὶ τὸν τούτου κύριον τεκοῦσα, ἔν τε νοητῷ αὐτὴ κυρία ἀλήθειαν καὶ νοῦν παρασχομένη, καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμφρόνως πράξειν ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ* ubi bonum non solum bonorum omnium atque intelligibilium, sed etiam lucis h. e. summae in rebus adspectabilibus causae causa esse dicitur. Adde Rep. VI, p. 504 E, qui locus citatur supra n. 256, ubi boni idea summum omnis scientiae propositum esse demonstratur, denique Phileb. p. 65 A, ubi bonum, quod una specie comprehendere non liceat, tribus speciebus pulchri, concinni et veri terminatur: *οὐκοῦν εἰ μὴ μιᾷ δυνάμεθα ἰδέᾳ τὸ ἀγαθὸν θηρεῦσαι, σὺν τρισὶ λάβοντες, κάλλει καὶ ξυμμετρίᾳ καὶ ἀληθείᾳ, λέγωμεν ὡς τοῦτο οἷον ἓν ὀρθότατ' ἂν αἰτιασαίμεθ' ἂν τῶν ἐν τῇ συμμίξει, καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἀγαθὸν ὂν τοιαύτην αὐτὴν γεγονέναι.* Quamquam his omnibus ipsi ea quaestio tantummodo inchoata esse videbatur; certe constat eum inter discipulos longe explicatius de idea boni disputasse, ut mathematicis etiam et astronomicis argumentis adhibitis probaret *τὸ πέρας ὅτι ἀγαθόν ἐστιν ἕν*, cf. Aristoxenus in loco supra citato n. 249, not., et fragmenta Aristotelis ex libro *περὶ τἀγαθοῦ* inscripto, v. Brandis de perd. Aristot. libris de ideis et bono, Bonnae 1823, *Handb.* II, 2, 1, p. 84. Adde Arist. Met. *N*, 4. *τῶν δὲ τὰς ἀκινήτους οὐσίας εἶναι λεγόντων οἱ μέν φασιν αὐτὸ τὸ ἓν τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι· οὐσίαν μέντοι τὸ ἓν αὐτοῦ ᾤοντο εἶναι μάλιστα* (cf. n. 231, not.), ubi Syrianus adnotat: *ἔστι μὲν ὑπερούσιον παρά τε τῷ Πλάτωνι τὸ ἓν καὶ τἀγαθὸν καὶ παρὰ Βροντίνῳ τῷ Πυθαγορείῳ καὶ παρὰ πᾶσιν ὡς εἰπεῖν τοῖς ἀπὸ τοῦ διδασκαλείου τοῦ τῶν Πυθαγορείων ὁρμωμένοις*: quod referendum ad Pythagoricos inferiores, cf. Brandis *Handb.* I, p. 485.

266 **Aristot. Met. *A*, 6 (cf. n. 258).** Οὕτως μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσε, τὰ δ' αἰσθητὰ παρὰ ταῦτα καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα· κατὰ μέθεξιν γὰρ εἶναι τὰ πολλὰ τῶν συνωνύμων τοῖς εἴδεσιν [a]. τὴν δὲ μέθεξιν τοὔνομα μόνον μετέβαλεν· οἱ μὲν γὰρ Πυθαγόρειοι μιμήσει τὰ ὄντα φασὶν εἶναι τῶν ἀριθμῶν,

Πλάτων δὲ μεθέξει, τοὔνομα μεταβαλών. τὴν μέντοι γε μέθεξιν ἢ τὴν μίμησιν ἥτις ἂν εἴη τῶν εἰδῶν, ἀφεῖσαν ἐν κοινῷ ζητεῖν [b]. *ἔτι δὲ παρὰ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ εἴδη τὰ μαθηματικὰ τῶν πραγμάτων εἶναί φησι μεταξύ, διαφέροντα τῶν μὲν αἰσθητῶν τῷ ἀΐδια καὶ ἀκίνητα εἶναι, τῶν δ' εἰδῶν τῷ τὰ μὲν πόλλ' ἄττα ὅμοια εἶναι, τὸ δὲ εἶδος αὐτὸ ἓν ἕκαστον μόνον* [c]. *ἐπεὶ δ' αἴτια τὰ εἴδη τοῖς ἄλλοις, τἀκείνων στοιχεῖα πάντων ᾠήθη τῶν ὄντων εἶναι στοιχεῖα* [d]. *ὡς μὲν οὖν ὕλην τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν εἶναι ἀρχάς, ὡς δ' οὐσίαν τὸ ἕν· ἐξ ἐκείνων γὰρ κατὰ μέθεξιν τοῦ ἑνὸς τὰ εἴδη εἶναι τοὺς ἀριθμούς* [e].

Memorabilis hic locus quia et quo pacto Aristoteles de Platonis doctrina iudicaverit inde cernitur, et quod alii praeter dialogos fontes unde discipuli hauserint eo indicantur; cf. n. 249, not.; n. 258, not. c. extr.; n. 265, not.

a) *τὰ δ' αἰσθητὰ παρὰ ταῦτα καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι* h. e. sensibilia separatim ab ideis existere, sed secundum eas appellari censebat, cf. n. 258, not. c. *τὰ πολλὰ τῶν συνωνύμων* sunt multae res eodem atque idea nomine appellatae. De *μεθέξει* cf. Conviv. p. 211 B, qui locus citatur n. 258, not. c; Phaed. p. 100 C. *φαίνεται γάρ μοι, εἴ τί ἐστιν ἄλλο καλὸν πλὴν αὐτὸ τὸ καλόν, οὐδὲ δι' ἓν ἄλλο καλὸν εἶναι ἢ διότι μετέχει ἐκείνου τοῦ καλοῦ· καὶ πάντα δὴ οὕτω λέγω.* Sophist. p. 259 A. *τὸ μὲν ἕτερον μετασχὸν τοῦ ὄντος ἔστι μὲν διὰ ταύτην τὴν μέθεξιν.* Parmen. p. 130 B. *χωρὶς μὲν εἴδη ἄττα, χωρὶς δὲ τὰ τούτων αὖ μετέχοντα.* Res igitur idearum participes sunt quatenus notione una continentur multae et ad unam atque immutabilem substantiam respiciunt eiusque tanquam simulacra sunt in sensus cadentia: quapropter ideae dicuntur esse *παραδείγματα* aeterna atque immutabilia, cf. Parmen. p. 132 D. *ἀλλ', ὦ Παρμενίδη, μάλιστα ἔμοιγε καταφαίνεται ὧδε ἔχειν· τὰ μὲν εἴδη ταῦτα ὥσπερ παραδείγματα ἑστάναι ἐν τῇ φύσει, τὰ δὲ ἄλλα τούτοις ἐοικέναι καὶ εἶναι ὁμοιώματα· καὶ ἡ μέθεξις αὕτη τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι τῶν εἰδῶν οὐκ ἄλλη τις ἢ εἰκασθῆναι αὐτοῖς*: ad quem locum respiciens Aristoteles Met. *A*, 9 *τὸ δὲ λέγειν* inquit *παραδείγματα αὐτὰ εἶναι καὶ μετέχειν αὐτῶν τἆλλα κενολογεῖν ἐστὶ καὶ μεταφορὰς λέγειν ποιητικάς.* Similiter Plato in Timaeo deum creatorem in ideas intuentem facit rebus impertire id quod in eis perfectum est atque immutabile, cf. Tim. p. 28 A, 30 C, 50 D sqq. De Pythagoreis cf. supra n. 104, not. — b) Nam

nihil nisi esse quandam rerum mutabilium substantiam immutabilem inde explicatur, cf. Arist. Met. *A*, 6. *φανερὸν δ' ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι δυοῖν αἰτίαιν ἐστὶ μόνον κεχρημένος, τῇ τε τοῦ τί ἐστι καὶ τῇ κατὰ τὴν ὕλην· τὰ γὰρ εἴδη τοῦ τί ἐστιν αἴτια τοῖς ἄλλοις, τοῖς δ' εἴδεσι τὸ ἕν*: singularum rerum natura, ad quam Aristoteles maxime animum advertebat, minime ita expediebatur. Neque cum ideas separatim a rebus constare doceret, unde *μέθεξις* illa exstiterit perspicuum erat, v. Met. *A*, 9. *πάντων δὲ μάλιστα διαπορήσειεν ἄν τις, τί ποτε συμβάλλεται τὰ εἴδη ἢ τοῖς ἀϊδίοις τῶν αἰσθητῶν ἢ τοῖς γιγνομένοις καὶ φθειρομένοις· οὔτε γὰρ κινήσεως οὔτε μεταβολῆς οὐδεμιᾶς ἐστὶν αἴτια αὐτοῖς*, cf. *A*, 10 extr., *M*, 9 extr. — c) Cf. Met. *Z*, 2. *ἔτι παρὰ τὰ αἰσθητὰ οἱ μὲν οὐκ οἴονται εἶναι οὐθὲν τοιοῦτον, οἱ δὲ πλείω καὶ μᾶλλον ὄντα ἀΐδια, ὥσπερ Πλάτων τά τε εἴδη καὶ τὰ μαθηματικὰ δύο οὐσίας, τρίτην δὲ τὴν τῶν αἰσθητῶν σωμάτων οὐσίαν.* A rebus sensibilibus mathematicae aeterna sua et immutabili natura differunt, ab ideis eo quod rerum mathematicarum eadem multarum forma est, idea vero quaelibet est una et sua, cf. Met. *B*, 6. *τὰ μὲν μαθηματικὰ τῶν δεῦρο* (i. e. *τῶν αἰσθητῶν*) *ἄλλῳ μέν τινι διαφέρει, τῷ δὲ πόλλ' ἄττα ὁμοειδῆ εἶναι οὐθὲν διαφέρει.* Ita quum mathematica in medio posita sint inter sensibilia et ideas, saepe ab Aristotele appellantur *τὰ μεταξύ*, cf. *A*, 9, *B*, 2. 6, *K*, 1, *M*, 2 et infra n. 269, not. b. — d) Respicit Platonis Phaed. p. 100 B, cf. Met. *A*, 9. *ἐν δὲ Φαίδωνι οὕτως λέγεται, ὡς καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ γίγνεσθαι αἴτια τὰ εἴδη ἐστίν*, De Gen. et Corr. II, 9. *ὥσπερ ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης· καὶ γὰρ ἐκεῖνος, ἐπιτιμήσας τοῖς ἄλλοις ὡς οὐδὲν εἰρηκόσιν, ὑποτίθεται ὅτι ἐστὶ τῶν ὄντων τὰ μὲν εἴδη τὰ δὲ μεθεκτικὰ τῶν εἰδῶν, καὶ ὅτι εἶναι μὲν ἕκαστον λέγεται κατὰ τὸ εἶδος, γίγνεσθαι δὲ κατὰ τὴν μετάληψιν καὶ φθείρεσθαι κατὰ τὴν μεταβολήν, ὥστ' εἰ ταῦτα ἀληθῆ, τὰ εἴδη οἴεται ἐξ ἀνάγκης αἴτια εἶναι καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς*: unde apparet eum haec colligere ex illo loco, non ipsam Platonis sententiam referre, ut solet facere in multis. — e) Pertinent haec ad ideas numerorum s. numeros qui vocantur ideales (*εἰδητικοί*), de quibus quamquam identidem commemorat Aristoteles, tamen admodum obscurum est, cf. Trendelenburg Plat. de ideis et numeris doctr. ex Aristotele illustr. Lips. 1826, p. 71 sqq., comm. in Arist. de An. p. 222 sqq., Brandis Mus. Rhen. II, p. 558—587, *Handb.* II, 1, p. 306 sqq., Zeller *Platon. Stud.* p. 239 sqq., *die Philos. d. Griechen* II, p. 211 sq. Magnum et parvum (*τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν*) Plato vocabat quod Pythagorei et cum illis ipse in Philebo p. 23 C sqq. dixerat infinitum h. e. materiam, quam propterea et dyadem vocabat, magno scilicet et parvo una notione comprehensis: quam dyadem cave confundas cum infinita illa dyade (*ἀόρι-*

στος δυάς) recentioribus Pythagoreis et Platonicis admodum celebrata, cf. Trendelenburg l. c. p. 48 sqq., Brandis *Handb.* II, 1, p. 310, et supra n. 110, not. a, infra n. 297 et 298. Hoc igitur magnum et parvum ad numeros ideales ex ideis efficiendis quodam modo pertinuerit (nam interpretatio verborum *ἐξ ἐκείνων γὰρ* etc. controversa est, cf. Bonitz ad Metaph. p. 93), numeros vero ideales deinde ideis ipsis et numeris mathematicis ita interposuit, ut et numerorum differentias et corporum spatia inde derivaret, cf. Arist. Met. *N*, 3. *τοῖς δὲ τὰς ἰδέας τιθεμένοις τοῦτο μὲν ἐκφεύγει· ποιοῦσι γὰρ τὰ μεγέθη ἐκ τῆς ὕλης καὶ ἀριθμοῦ, ἐκ μὲν τῆς δυάδος τὰ μήκη, ἐκ τριάδος δ' ἴσως τὰ ἐπίπεδα, ἐκ δὲ τῆς τετράδος τὰ στερεά.* Adde Arist. de An. I, 2, 7, unde etiam varios scientiae gradus ad numeros relatos esse apparet: *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Πλάτων ἐν τῷ Τιμαίῳ τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ποιεῖ· γιγνώσκεσθαι γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, τὰ δὲ πράγματα ἐκ τῶν ἀριθμῶν εἶναι* (cf. Zeller *Platon. Stud.* p. 213). *ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λεγομένοις διωρίσθη, αὐτὸ μὲν τὸ ζῷον ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας καὶ τοῦ πρώτου μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους, τὰ δ' ἄλλα ὁμοιοτρόπως. ἔτι δὲ καὶ ἄλλως νοῦν μὲν τὸ ἕν, ἐπιστήμην* (eodem sensu dictam quo *διάνοιαν* Rep. VI, p. 511 D) *δὲ τὰ δύο* (*μοναχῶς γὰρ ἐφ' ἕν*), *τὸν δὲ τοῦ ἐπιπέδου ἀριθμὸν δόξαν, αἴσθησιν δὲ τὸν τοῦ στερεοῦ· οἱ μὲν γὰρ ἀριθμοὶ τὰ εἴδη αὐτὰ καὶ ἀρχαὶ ἐλέγοντο, εἰσὶ δ' ἐκ τῶν στοιχείων· κρίνεται δὲ τὰ πράγματα τὰ μὲν νῷ τὰ δ' ἐπιστήμῃ τὰ δὲ δόξῃ τὰ δ' αἰσθήσει· εἴδη δ' οἱ ἀριθμοὶ οὗτοι τῶν πραγμάτων.* A mathematicis numeris ideales ita differre docebat, ut ideales *ἀσύμβλητοι* essent neque ultra decadem procederent.

d. Physica.

Tim. p. 47 E. *Τὰ μὲν οὖν παρεληλυθότα τῶν εἰρημένων — ἐπιδέδεικται τὰ διὰ νοῦ δεδημιουργημένα· δεῖ δὲ καὶ τὰ δι' ἀνάγκης γιγνόμενα τῷ λόγῳ παραθέσθαι. μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συστάσεως ἐγεννήθη· νοῦ δὲ ἀνάγκης ἄρχοντος τῷ πείθειν αὐτὴν τῶν γιγνομένων τὰ πλεῖστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταῦτά τε δι' ἀνάγκης ἡττωμένης ὑπὸ πειθοῦς ἔμφρονος οὕτω κατ' ἀρχὰς ξυνίστατο τόδε τὸ πᾶν* [a]. **p. 48 E.** *Ἡ δ' οὖν αὖθις ἀρχὴ περὶ τοῦ παντὸς ἔστω μειζόνως τῆς πρόσθεν διῃρημένη. τότε μὲν γὰρ δύο εἴδη διειλόμεθα, νῦν δὲ τρίτον ἄλλο γένος ἡμῖν* 267

δηλωτέον. τὰ μὲν γὰρ δύο ἱκανὰ ἦν ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν λεχθεῖσιν, ἓν μὲν ὡς παραδείγματος εἶδος ὑποτεθέν, νοητὸν καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν, μίμημα δὲ παραδείγματος δεύτερον, γένεσιν ἔχον καὶ ὁρατόν [b]· τρίτον δὲ τότε μὲν οὐ διειλόμεθα, νομίσαντες τὰ δύο ἕξειν ἱκανῶς, νῦν δὲ ὁ λόγος ἔοικεν εἰσαναγκάζειν χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφανίσαι. τίν' οὖν ἔχον δύναμιν κατὰ φύσιν αὐτὸ ὑποληπτέον; τοιάνδε μάλιστα, πάσης εἶναι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτὴν οἷον τιθήνην [c].

a) Cf. Tim. p. 46 D. τὸν δὲ νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἐραστὴν ἀνάγκη τὰς τῆς ἔμφρονος φύσεως αἰτίας πρώτας μεταδιώκειν, ὅσαι δὲ ὑπ' ἄλλων μὲν κινουμένων ἕτερα δὲ ἐξ ἀνάγκης κινούντων γίγνονται δευτέρας. p. 68 E. διὸ δὴ χρὴ δύ' αἰτίας εἴδη διορίζεσθαι, τὸ μὲν ἀναγκαῖον τὸ δὲ θεῖον, καὶ τὸ μὲν θεῖον ἐν ἅπασι ζητεῖν κτήσεως ἕνεκα εὐδαίμονος βίου, καθ' ὅσον ἡμῶν ἡ φύσις ἐνδέχεται, τὸ δὲ ἀναγκαῖον ἐκείνων χάριν, λογιζόμενον ὡς ἄνευ τούτων οὐ δυνατὰ αὐτὰ ἐκεῖνα, ἐφ' οἷς σπουδάζομεν, μόνα κατανοεῖν οὐδ' αὖ λαβεῖν οὐδ' ἄλλως πως μετασχεῖν. Necessaria causa dicitur etiam τὸ ξυναίτιον, Tim. p. 46 C, Polit. p. 281 C, vel id sine quo vera causa non esset causa, v. Phaed. p. 99 A, qui locus citatur n. 263, not. b. — b) Ideas dicit et res sensibus apparentes, v. n. 266, not. a. Illas Tim. p. 27 D dixerat τὸ ὂν ἀεί, γένεσιν οὐκ ἔχον, νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν, has τὸ γιγνόμενον μὲν ἀεὶ ὂν δὲ οὐδέποτε, δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστόν: quod deinde a deo ita compositum esse fingit, ut et aeternitas idearum et certae numerorum rationes in eo conspiciantur. In Philebo p. 25 B idea dicitur τὸ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν h. e. ἐκ τοῦ πέρατος καὶ τοῦ ἀπείρου, p. 26 B τὸ ἔκγονον ἅπαν, p. 27 B ἡ μικτὴ καὶ γεγενημένη οὐσία: in cuius rationibus atque primordiis expediendis totus Timaeus laborat, multa fabulose narrans et probabiliter duntaxat, non ad exactam scientiam naturam rerum aperiens, quod ipse identidem monet, v. p. 29 B. ὧδε οὖν περί τε εἰκόνος καὶ περὶ τοῦ παραδείγματος αὐτῆς διοριστέον, ὡς ἄρα τοὺς λόγους, ὧν πέρ εἰσιν ἐξηγηταί, τούτων αὐτῶν καὶ ξυγγενεῖς ὄντας κτλ., cf. supra n. 257, not. — c) Sequitur locus celeberrimus de prima materia, multis illa similibus a Platone significata magis quam descripta et definita. Primum neque quatuor illa elementa sibi ita constare demonstrat, ut certas iis qualitates attribuas; oportere tamen iis subiectum esse aliquid, unde ipsa et quae calida frigida alba nigra appellentur exstiterint h. e. veluti materiam ab artifice in multas

formas affabre sculptam, ipsam tamen omni forma atque omni specie carentem, p. 50 B. δέχεταί τε γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα, καὶ μορφὴν οὐδεμίαν ποτὲ οὐδενὶ τῶν εἰσιόντων ὁμοίαν εἴληφεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς· ἐκμαγεῖον γὰρ φύσει παντὶ κεῖται, κινούμενόν τε καὶ διασχηματιζόμενον ὑπὸ τῶν εἰσιόντων, φαίνεται δὲ δι' ἐκεῖνα ἄλλοτε ἀλλοῖον. Posse id quod omnes formas suscipiat (τὸ δεχόμενον) etiam cum matre comparari, causam (τὸ δ' ὅθεν) cum patre, res procreatas cum filio, p. 51 A. διὸ δὴ τὴν τοῦ γεγονότος ὁρατοῦ καὶ πάντως αἰσθητοῦ μητέρα καὶ ὑποδοχὴν μήτε γῆν μήτε ἀέρα μήτε πῦρ μήτε ὕδωρ λέγωμεν, μήτε ὅσα ἐκ τούτων μήτε ἐξ ὧν ταῦτα γέγονεν· ἀλλ' ἀνόρατον εἶδός τι καὶ ἄμορφον, πανδεχές, μεταλαμβάνον δὲ ἀπορώτατά πῃ τοῦ νοητοῦ καὶ δυσαλωτότατον αὐτὸ λέγοντες οὐ ψευσόμεθα. Denique etiam elementorum ideas esse affirmans iisque oppositas res sensibus apparentes, tertium genus esse dicit materiam, quae aegre tantummodo et ne vix quidem apprehendi atque enuntiari possit, p. 52 B. τρίτον δὲ αὖ γένος ὂν τὸ τῆς χώρας ἀεί, φθορὰν οὐ προσδεχόμενον, ἕδραν δὲ παρέχον ὅσα ἔχει γένεσιν πᾶσιν, αὐτὸ δὲ μετ' ἀναισθησίας ἁπτὸν λογισμῷ τινι νόθῳ, μόγις πιστόν, πρὸς ὃ δὴ καὶ ὀνειροπολοῦμεν βλέποντες καί φαμεν ἀναγκαῖον εἶναί που τὸ ὂν ἅπαν ἔν τινι τόπῳ καὶ κατέχον χώραν τινά, τὸ δὲ μήτ' ἐν γῇ μήτε που κατ' οὐρανὸν οὐδὲν εἶναι: unde satis apparet Platonem materiae minime substantiam tribuisse, quae solarum idearum est, sed speciem tantummodo fallacem, quippe quae sit nihil nisi receptaculum atque spatium rerum ea condicione procreatarum ut sint alicubi. Neque Aristoteles aliter commemorat de materia Platonis, etsi removendum quod de suo adiecit, velut nomen ὕλην, Phys. IV, 2. διὸ καὶ Πλάτων τὴν ὕλην καὶ τὴν χώραν ταὐτό φησιν εἶναι ἐν τῷ Τιμαίῳ· τὸ γὰρ μεταληπτικὸν καὶ τὴν χώραν ἓν καὶ ταὐτόν. ἄλλον δὲ τρόπον ἐκεῖ τε λέγων τὸ μεταληπτικὸν καὶ ἐν τοῖς λεγομένοις ἀγράφοις δόγμασιν, ὅμως τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν τὸ αὐτὸ ἀπεφήνατο, cf. Phys. I, 9; III, 4; Met. *A*, 7; Zeller *Platon. Stud.* p. 211. 223 sqq.; Brandis *Handb.* II, 1, p. 301. Nihilominus si in rem inquiras, hanc ipsam materiam, quam ante mundum creatum exstitisse significat Tim. p. 52 D (n. 269, not. a), necessariam illam causam esse concedas oportet, quam divinae causae opponit et unde imperfecta omnia et mala pullulasse significat, cf. not. a et infra n. 272, not. g.

Tim. p. 28 B. Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο 268
ὅ τί ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω, σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεί, γε-

νέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινὸς ἀρξάμενος. γέγονεν[a]*· ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων, πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα αἰσθητά, τὰ δ' αἰσθητά, δόξῃ περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη. τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν· τόδε δ' οὖν πάλιν ἐπισκεπτέον περὶ αὐτοῦ, πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο, πότερον πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἢ πρὸς τὸ γεγονός. εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος ὅ τε δημιουργὸς ἀγαθός, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν· εἰ δὲ ὃ μηδ' εἰπεῖν τινὶ θέμις, πρὸς τὸ γεγονός. παντὶ δὴ σαφὲς ὅτι πρὸς τὸ ἀΐδιον· ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων. οὕτω δὴ γεγενημένος πρὸς τὸ λόγῳ καὶ φρονήσει περιληπτὸν καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχον δεδημιούργηται*[b].

a) Instat Aristoteles Phys. VIII, 1, De Coelo I, 10, cf. Simplic. ad h. l. in Schol. p. 488 b, unde Platonis discipulos, nominatim Xenocratem, hunc locum ita accepisse intelligitur ut generationem illam mundi *οὐχ ὡς ἀπὸ χρόνου* dicerent *δεῖν ἀκούειν, ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεως εἰρημένην, διδασκαλίας χάριν τῆς τάξεως τῶν ἐν αὐτῷ προτέρων τε παὶ συνθετωτέρων.* — b) Sophist. p. 265 C. *Ζῷα δὴ πάντα θνητὰ καὶ φυτά, ὅσα τ' ἐπὶ γῆς ἐκ σπερμάτων καὶ ῥιζῶν φύεται καὶ ὅσα ἄψυχα ἐν γῇ ξυνίσταται σώματα τηκτὰ καὶ ἄτηκτα, μῶν ἄλλου τινὸς ἢ θεοῦ δημιουργοῦντος φήσομεν ὕστερον γίγνεσθαι πρότερον οὐκ ὄντα; ἢ τῷ τῶν πολλῶν δόγματι καὶ ῥήματι χρώμενοι — τὴν φύσιν αὐτὰ γεννᾷν ἀπό τινος αἰτίας αὐτομάτης καὶ ἄνευ διανοίας φυούσης, ἢ μετὰ λόγου τε καὶ ἐπιστήμης θείας ἀπὸ θεοῦ γιγνομένης;* Cf. Phaed. p. 96 sqq., Phileb. p. 28 D sqq., De Legg. X, p. 885 E sqq.

269 **Tim. p. 29 D.** *Λέγωμεν δὴ δι' ἥν τινα αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος· τούτου δ' ἐκτὸς ὢν πάντα ὅ τι μάλιστα γενέσθαι ἐβουλήθη παραπλήσια ἑαυτῷ. ταύτην δὴ γενέσεως καὶ*

κόσμου μάλιστ' ἄν τις ἀρχὴν κυριωτάτην παρ' ἀνδρῶν φρονίμων ἀποδεχόμενος ὀρθότατα ἀποδέχοιτ' ἄν. βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν οὐχ ἡσυχίαν ἄγον ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως [a], *εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτου πάντως ἄμεινον. θέμις δὲ οὔτ' ἦν οὔτ' ἔστι τῷ ἀρίστῳ δρᾷν ἄλλο πλὴν τὸ κάλλιστον· λογισάμενος οὖν εὕρισκεν ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ὁρατῶν οὐδὲν ἀνόητον τοῦ νοῦν ἔχοντος ὅλον ὅλου κάλλιον ἔσεσθαί ποτ' ἔργον, νοῦν δ' αὖ χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγενέσθαι τῳ. διὰ δὴ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὲν ἐν ψυχῇ, ψυχὴν δὲ ἐν σώματι ξυνιστὰς τὸ πᾶν ξυνετεκταίνετο* [b], *ὅπως ὅτι κάλλιστον εἴη κατὰ φύσιν ἄριστόν τε ἔργον ἀπειργασμένος. οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα* [c] *δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον ζῷον ἔμψυχον ἔννουν τε τῇ ἀληθείᾳ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ γενέσθαι πρόνοιαν.*

a) Dicit materiam, quam ante mundum creatum elementorum quasi vices ostendisse tumultuarie commotam narrat Tim. p. 52 D. *τὴν δὲ δὴ γενέσεως τιθήνην ὑγραινομένην καὶ πυρουμένην καὶ τὰς γῆς τε καὶ ἀέρος μορφὰς δεχομένην, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις πάθη ξυνέπεται πάσχουσαν, παντοδαπὴν μὲν ἰδεῖν φαίνεσθαι, διὰ δὲ τὸ μήθ' ὁμοίων δυνάμεων μήτε ἰσορρόπων ἐμπίπλασθαι κατ' οὐδὲν αὐτῆς ἰσορροπεῖν, ἀλλ' ἀνωμάλως πάντῃ ταλαντουμένην σείεσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνων αὐτήν, κινουμένην δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνα σείειν.* Cf. p. 69 B, Polit. p. 273 B, ubi item chaoticam quandam materiam ante mundum a deo creatum extitisse ponit. — b) De intellectu nonnisi in anima existente v. supra n. 264, not. b. Anima mundi est idem quod in Philebo dicitur *τὸ πέρας,* quo infinitum ad certas numerorum proportiones revocatur, v. ib. p. 25 D. *τὴν τοῦ ἴσου καὶ διπλασίου (φύσιν) καὶ ὁπόση παύει πρὸς ἄλληλα τἀναντία διαφόρως ἔχοντα, σύμμετρα δὲ καὶ σύμφωνα ἐνθεῖσα ἀριθμὸν ἀπεργάζεται:* quo pertinent quae Aristoteles dicit *τὰ μαθηματικὰ τῶν πραγμάτων,* v. supra n. 266. Quapropter omnis eius compositio secundum mathematicas propositiones describitur, v. Tim. p. 35 A. *τῆς ἀμερίστου καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἐχούσης οὐσίας καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γιγνομένης μεριστῆς τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ ξυνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως καὶ τῆς θατέρου, καὶ*

κατὰ ταῦτα ξυνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν καὶ τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ· καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς ταὐτὸν ξυναρμόττων βίᾳ· μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας καὶ ἐκ τριῶν ποιησάμενος ἕν, πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας ὅσας προσῆκε διένειμεν, ἑκάστην δὲ ἔκ τε ταὐτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένην etc. Cf. Boeckh *über die Bildung der Weltseele im Timaeus des Platon*, in Studiis a Daub. et Creuz. edit. Vol. III (1806), p. 1—90, Bonitz Disputatt. duae Platonicae p. 47—88, Th. H. Martin *Études sur le Timée de Platon*, P. 1841, I, p. 346 sqq., F. Ueberweg in Mus. Rhen. Philol. 1854, p. 37—84. — c) Cf. n. 267, not. b.

270 **Tim. p. 34 A.** Οὗτος δὴ πᾶς ὄντος ἀεὶ λογισμὸς θεοῦ περὶ τὸν ποτὲ ἐσόμενον θεὸν λογισθεὶς λεῖον καὶ ὁμαλὸν πανταχῇ καὶ ἐκ μέσου ἴσον καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων σωμάτων σῶμα ἐποίησε [a]. ψυχὴν δὲ εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ θεὶς διὰ παντός τε ἔτεινε καὶ ἔτι ἔξωθεν τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψε ταύτῃ [b], καὶ κύκλῳ δὴ κύκλον στρεφόμενον οὐρανὸν ἕνα μόνον ἔρημον κατέστησε, δι' ἀρετὴν δὲ αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενον ξυγγίγνεσθαι καὶ οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενον, γνώριμον δὲ καὶ φίλον ἱκανῶς αὐτὸν αὐτῷ [c]. διὰ πάντα δὴ ταῦτα εὐδαίμονα θεὸν αὐτὸν ἐγεννήσατο.

a) Id copiosius exponitur Tim. p. 31 B sqq. Corpora, ex quibus constat mundus, sunt quatuor elementa, quorum numerus efficitur eo quod corpus habeat quatuor superficies: quae secundum Pythagoreos referuntur ad corpora regularia, praeter quam quod dodecaedron revocatur ad globosam figuram universi; Tim. p. 31 B sq., 53 C sqq. Cf. Boeckh: Explicatur Platonica corporis mundani fabrica conflati ex elementis geometrica ratione concinnatis, Heidelb. 1809. Ita comparatus mundus nulla re eget extra se ipsum posita; oritur ex ipso quidquid vel agit vel patitur. Propterea neque membris praeditus est, ut animalia, neque dissolvi potest nisi per deum, qui dissolvet eum nunquam, quippe pulcherrimum et quo nihil potest esse concinnius, ib. p. 32 C, 38 B, 41 A. — b) Per totum igitur mundum animam commeare et extrinsecus etiam circumdare eum et tanquam constringere statuit, similiter atque Philolaus, cf. Boeckh Philol. p. 151. 171. Ipsa autem, quae eius natura est *ἐκ τῆς ταὐτοῦ καὶ τῆς θατέρου φύσεως ἔκ τε οὐσίας* composita, non modo sentit sensibilia et opinatur opinabilia, sed scientiae quoque

et intellectus particeps est, v. Tim. p. 36 E sqq. — c) Mundum circulari motu agitari necesse est, cum intellectus similem motum habeat, Tim. p. 34 A., p. 88 E. *τῶν δ' αὖ κινήσεων ἡ ἐν ἑαυτῷ ὑφ' ἑαυτοῦ ἀρίστη κίνησις, μάλιστα γὰρ τῇ διανοητικῇ καὶ τῇ τοῦ παντὸς κινήσει ξυγγενής.* De Legg. X, p. 897 C sqq. — Ad extrema cf. Tim. p. 92 B. *θνητὰ γὰρ καὶ ἀθάνατα ζῷα λαβὼν καὶ ξυμπληρωθεὶς ὅδε ὁ κόσμος οὕτω, ζῷον ὁρατὸν τὰ ὁρατὰ περιέχον, εἰκὼν τοῦ νοητοῦ θεὸς αἰσθητός, μέγιστος καὶ ἄριστος κάλλιστός τε καὶ τελεώτατος γέγονεν, εἷς οὐρανὸς ὅδε μονογενὴς ὤν.*

Tim. p. 37 C. *Ὡς δὲ κινηθὲν αὐτὸ καὶ ζῶν ἐνενόησε* 271
τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα ὁ γεννήσας πατήρ, ἠγάσθη τε καὶ εὐφρανθεὶς ἔτι δὴ μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι. καθάπερ οὖν αὐτὸ τυγχάνει ζῷον ἀΐδιον, καὶ τόδε τὸ πᾶν οὕτως εἰς δύναμιν ἐπεχείρησε τοιοῦτον ἀποτελεῖν. ἡ μὲν οὖν τοῦ ζῴου φύσις ἐτύγχανεν οὖσα αἰώνιος. καὶ τοῦτο μὲν δὴ τῷ γεννητῷ παντελῶς προσάπτειν οὐκ ἦν δυνατόν· εἰκὼ δ' ἐπινοεῖ κινητόν τινα αἰῶνος ποιῆσαι, καὶ διακοσμῶν ἅμα οὐρανὸν ποιεῖ μένοντος αἰῶνος ἐν ἑνὶ κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσαν αἰώνιον εἰκόνα, τοῦτον ὃν δὴ χρόνον ὠνομάκαμεν. **Ib. p. 38 C.** *Ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα γεννηθῇ χρόνος, ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλανητά, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε.*

Tempus igitur una cum coelo ortum est. Quod ut nosceretur deus orbem fixarum stellarum fecit et solem, lunam et quinque planetas diversosque iis motus tribuit a motibus et orbibus animae mundi repetendos, p. 36 C sqq. Denique ut evidens esset mensura motuum coelestium, lumen deus in sole accendit, terram vero, nostram matrem et nutricem, in medio stare voluit immotam, v. p. 39 B sqq., cf. Boeckh in libro ad Philolaum n. 118, not. b, citato et eiusd. *Untersuchungen üb. d. kosm. System des Platon,* Berl. 1852, Martin *Études sur le Timée* II, p. 86 sqq.

Tim. p. 39 D. *Καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἤδη μέχρι χρόνου* 272
γενέσεως ἀπείργαστο εἰς ὁμοιότητα ᾧ περ ἀπεικάζετο, τῷ δὲ μήπω τὰ πάντα ζῷα ἐντὸς αὐτοῦ γεγενημένα περιειληφέναι, ταύτῃ ἔτι εἶχεν ἀνομοίως. τοῦτο δὴ τὸ

κατάλοιπον ἀπειργάζετο αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ παραδείγματος ἀποτυπούμενος φύσιν. ᾗ περ οὖν νοῦς ἐνούσας ἰδέας τῷ ὅ ἔστι ζῷον, οἷαί τε ἔνεισι καὶ ὅσαι, καθορᾷ, τοιαύτας καὶ τοσαύτας διενοήθη δεῖν καὶ τόδε σχεῖν. εἰσὶ δὲ τέτταρες, μία μὲν οὐράνιον θεῶν γένος, ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον, τρίτη δὲ ἔνυδρον εἶδος, πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον τέταρτον. **Ib. 41 A.** Ἐπεὶ δ' οὖν πάντες ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς καὶ ὅσοι φαίνονται καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσι θεοὶ γένεσιν ἔσχον [a], λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας τάδε· Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ γ' ἐθέλοντος. τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτόν, τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ λύειν ἐθέλειν κακοῦ. δι' ἃ καὶ ἐπεί περ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔ τι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων οἷς ὅτ' ἐγίγνεσθε ξυνεδεῖσθε. νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος, μάθετε. θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρί' ἀγέννητα. τούτων οὖν μὴ γενομένων οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται· τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ζῴων οὐχ ἕξει, δεῖ δέ, εἰ μέλλει τέλεος ἱκανῶς εἶναι. δι' ἐμοῦ δὲ ταῦτα γενόμενα καὶ βίου μετασχόντα θεοῖς ἰσάζοιτ' ἄν. ἵν' οὖν θνητά τε ᾖ τό τε πᾶν τόδε ὄντως ἅπαν ᾖ, τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζῴων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμετέραν γένεσιν. καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον ἡγεμονοῦν τ' ἐν αὐτοῖς τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ὑμῖν ἐθελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος ἐγὼ παραδώσω· τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς, ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῷα καὶ γεννᾶτε τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε. Ταῦτ' εἶπε, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸν πρότερον κρατῆρα, ἐν ᾧ τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν κεραννὺς ἔμισγε [b], τὰ τῶν πρόσθεν ὑπόλοιπα

κατεχεῖτο μίσγων τρόπον μέν τινα τὸν αὐτόν, ἀκήρατα δ' οὐκέτι κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως, ἀλλὰ δεύτερα καὶ τρίτα. ξυστήσας δὲ τὸ πᾶν διεῖλε ψυχὰς ἰσαρίθμους τοῖς ἄστροις ἔνειμέ θ' ἑκάστην πρὸς ἕκαστον, καὶ ἐμβιβάσας ὡς ἐς ὄχημα τὴν τοῦ παντὸς φύσιν ἔδειξε [c], νόμους τε τοὺς εἱμαρμένους εἶπεν αὐταῖς, ὅτι γένεσις πρώτη μὲν ἔσοιτο τεταγμένη μία πᾶσιν, ἵνα μή τις ἐλαττοῖτο ὑπ' αὐτοῦ, δέοι δὲ σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἕκαστα ὄργανα χρόνου φῦναι ζῴων τὸ θεοσεβέστατον, διπλῆς δὲ οὔσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ κρεῖττον τοιοῦτον εἴη γένος, ὃ καὶ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ [d]. ὁπότε δὴ σώμασιν ἐμφυτευθεῖεν ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ μὲν προσίοι τὸ δ' ἀπίοι τοῦ σώματος αὐτῶν, πρῶτον μὲν αἴσθησιν ἀναγκαῖον εἴη μίαν πᾶσιν ἐκ βιαίων παθημάτων ξύμφυτον γίγνεσθαι, δεύτερον δὲ ἡδονῇ καὶ λύπῃ μεμιγμένον ἔρωτα, πρὸς δὲ τούτοις φόβον καὶ θυμὸν ὅσα τε ἑπόμενα αὐτοῖς καὶ ὁπόσα ἐναντίως πέφυκε διεστηκότα [e]· ὧν εἰ μὲν κρατήσειαν, ἐν δίκῃ βιώσοιντο, κρατηθέντες δὲ ἀδικίᾳ. καὶ ὁ μὲν εὖ τὸν προσήκοντα βιοὺς χρόνον, πάλιν εἰς τὴν τοῦ ξυννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου, βίον εὐδαίμονα καὶ συνήθη ἕξοι· σφαλεὶς δὲ τούτων εἰς γυναικὸς φύσιν ἐν τῇ δευτέρᾳ γενέσει μεταβαλοῖ· μὴ παυόμενος δὲ ἐν τούτοις ἔτι κακίας, τρόπον ὃν κακύνοιτο, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς τοῦ τρόπου γενέσεως εἴς τινα τοιαύτην ἀεὶ μεταβαλοῖ θήρειον φύσιν [f], ἀλλάττων τε οὐ πρότερον πόνων λήξοι, πρὶν τῇ ταὐτοῦ καὶ ὁμοίου περιόδῳ τῇ ἐν αὐτῷ ξυνεπισπώμενος τὸν πολὺν ὄχλον καὶ ὕστερον προσφύντα ἐκ πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ ἀέρος καὶ γῆς, θορυβώδη καὶ ἄλογον ὄντα λόγῳ κρατήσας εἰς τὸ τῆς πρώτης καὶ ἀρίστης ἀφίκοιτο εἶδος ἕξεως. Διαθεσμοθετήσας δὲ πάντα αὐτοῖς ταῦτα, ἵνα τῆς ἔπειτα εἴη κακίας ἑκάστων ἀναίτιος [g], ἔσπειρε τοὺς μὲν εἰς γῆν, τοὺς δ' εἰς σελήνην, τοὺς δ' εἰς τἆλλα ὅσα ὄργανα χρόνου. τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς

σώματα πλάττειν θνητά, τό τε ἐπίλοιπον ὅσον ἔτ' ἦν ψυχῆς ἀνθρωπίνης δέον προσγενέσθαι, τοῦτο καὶ πάνθ' ὅσα ἀκόλουθα ἐκείνοις ἀπεργασαμένους ἄρχειν, καὶ κατὰ δύναμιν ὅ τι κάλλιστα καὶ ἄριστα τὸ θνητὸν διακυβερνᾶν ζῷον, ὅ τι μὴ κακῶν αὐτὸ ἑαυτῷ γίγνοιτο αἴτιον [h].

a) Duo enim genera deorum minorum esse statuit, alterum astrorum alterum deorum popularium, p. 40 A sqq. Illud genus ignitum est atque globosum motibusque concinnis atque choreis insigne, cf. De Legg. X, p. 886 sqq., XII, p. 967 A sqq., Epinom. p. 981 E, Cic. N. D. I, 12, 30, Krische *Forschungen* p. 195 sq., hoc fabulosum illud, de quo ex hymnis, theogeniis, denique ex poetis constabat ad philosophiae placita castigandis, v. De Rep. II, p. 377 sqq., III, p. 390, X, p. 606 D. Astrorum deos palam in coelo volvi et semper apparere dicit, reliquos quoties ipsis placeat. Utrumque genus creatum est sed immortale, sicuti etiam mundus, utrumque in hominibus ceterisque animalibus creandis occupatum: quo pertinet quod astra numeris suis ac motibus et vitam hominum moderari et ad liberos procreandos vim habere statuebat, v. Tim. p. 39 C sqq., Rep. VIII, p. 546. — b) Reliquias superioris mixtionis, unde anima mundi conflata erat, eadem ferme ratione temperavisse deum prodit, nec tamen perinde sinceras illas fuisse, sed secundas et tertias, h. e. ita compositas ut ante naturam puram praevaleret *ἡ περὶ τὰ σώματα γιγνομένη μεριστὴ* et quae ex utraque mixta erat, cf. n. 269, not. b. — c) Tot animas fecit quot stellas h. e. innumeras, sed quarum numerus neque augetur neque minuitur. Deinde deus iis tanquam vehiculo impositis monstrat naturam universi: quod eodem referendum atque illud quod fingitur in Phaedro p. 245 C sqq., animas omnes, quippe immortales et alatas, ante hanc vitam cum diis per coelum sublimes vehi aeternasque ibi ideas contemplari. Utroque argumento utitur in immortalitate animi demonstranda. De priore cf. Rep. X, p. 611 A, Phaed. p. 72 C. *καὶ εἰ ἀποθνήσκοι μὲν πάντα ὅσα τοῦ ζῆν μεταλάβοι, ἐπειδὴ δὲ ἀποθάνοι μένοι ἐν τούτῳ τῷ σχήματι τὰ τεθνεῶτα καὶ μὴ πάλιν ἀναβιώσκοιτο, ἆρ' οὐ πολλὴ ἀνάγκη τελευτῶντα πάντα τεθνάναι καὶ μηδὲν ζῆν;* Alterum repetitur inde quod scientia sit nihil nisi recordatio eorum, quae animus in vita illa olim cum diis acta hauserit, cf. Phaedr. p. 249 C. *τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις ἐκείνων, ἅ ποτ' εἶδεν ἡμῶν ἡ ψυχὴ συμπορευθεῖσα θεῷ καὶ ὑπεριδοῦσα ἃ νῦν εἶναί φαμεν καὶ ἀνακύψασα εἰς τὸ ὂν ὄντως,* cf. Meno p. 81 B sqq., Phileb. p. 34 B, Phaed. p. 72 E. *Καὶ μήν, ἔφη ὁ Κέβης ὑπολαβών, καὶ κατ' ἐκεῖνόν γε τὸν λόγον* (sc. *ἔστι τὸ*

ἀναβιώσκεσθαι καὶ ἐκ τῶν τεθνεώτων τοὺς ζῶντας γίγνεσθαι), ὦ Σώκρατες —, ὃν σὺ εἴωθας θαμὰ λέγειν, ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα, καὶ κατὰ τοῦτον ἀνάγκη που ἡμᾶς ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθηκέναι ἃ νῦν ἀναμιμνησκόμεθα. De ceteris argumentis, quae in Phaedone maxime expromuntur, v. Ritter *Gesch. d. Philos.* II, p. 421 sqq., Brandis *Handb.* II, 1, p. 433 sqq., Zeller *d. Philos. d. Gr.* II, p. 266 sqq. — d) Communis haec est Graecorum de muliebri natura persuasio, cf. Conviv. p. 181 C, Legg. VI, p. 781 B. *ἡ θήλεια ἡμῖν φύσις ἐστὶ πρὸς ἀρετὴν χείρων τῆς τῶν ἀρρένων.* Rep. IV, p. 431 B, V, p. 451 E, 469 D, al. — e) Fatalis illa necessitas, qua animae in corpora inseruntur, inde repetenda est quod intellectus sine anima, haec sine corpore existere nequit, cf. n. 274. Eodem referenda *ἡ αἴσθησις*, de qua v. supra n. 258, not. b. De voluptate et dolore deque ceteris animi affectionibus v. infra n. 278. — f) Inde Tim. p. 90 E sqq. omnis reliquorum animalium origo repetitur. Principio enim nonnisi homines mares creatos esse fingit, exinde quicunque ignavi aut iniusti extiterint secunda generatione in feminas mutatos esse; quo tempore a diis etiam sexus discrimen est constitutum atque liberorum procreandorum facultas data hominibus. Porro avium genus ex hominibus levioribus procreatum, quadrupedum ex iis qui rebus terrestribus nimium dediti erant, animalia aquatica ex stolidissimis quibusque et ignavissimis etc. Eandem vero migrationis legem easdemque animarum vicissitudines per omne aevum obtinere existimat, cf. Phaed. p. 80 E sqq., 107 B sqq., Phaedr. p. 248 C sqq., Rep. X, p. 620, Legg. X, p. 904, quibuscum conferenda quae similiter ficta sunt a Pythagoreis n. 123 et ab Empedocle n. 179. Quamquam apud Platonem eo maxime haec fabularum figmenta redeunt, ut bonum hominem post hanc vitam praemiis, nequam suppliciis affectum iri significet, cf. Gorg. p. 523 sqq., Phaed. p. 109 sqq. Rep. X, p. 614 A sqq. — g) Cf. supra n. 264, not. Patet etiam haec fabulose magis quam serio dici, nam dii inferiores nihil faciunt neque creant nisi auctore deo summo. Vera autem mali atque imperfecti causa est illa necessaria, quae divinae opponitur (n. 267), h. e. materia. Inde quasi fato emergunt omnia quae in mundo insunt mala, quum deus materiae nonnisi persuasione (Tim. p. 47 E) dominetur, non imperio absoluto, neque omne malum ex mundo excluserit, sed quantum eius potentia valeret, cf. Tim. p. 30 A. *βουληθεὶς γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν* etc. in n. 269. Fatali enim necessitate ita mundus comparatus est ut malum tolli nequeat, sed cuique bono oppositum sit aliquid mali, v. Theaet. p. 176 A (n. 277), De Legg. X, p. 906 A. Quid quod De Legg. X, p. 896 D sqq., 898 C,

904 A etiam animae mundi, quae bona sit, alteram opponit malam: de qua doctrina cf. Zeller *Platon. Stud.* p. 43, *Philos. d. Griechen* II, p. 320. — b) Cf. n. 274 et n. 277, not. a.

273 **Tim. p. 42 E.** *Καὶ ὁ μὲν δὴ ἅπαντα ταῦτα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει· μένοντος δὲ νοήσαντες οἱ παῖδες τὴν τοῦ πατρὸς διάταξιν ἐπείθοντο αὐτῇ, καὶ λαβόντες ἀθάνατον ἀρχὴν θνητοῦ ζῴου, μιμούμενοι τὸν σφέτερον δημιουργόν, πυρὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος ἀπὸ τοῦ κόσμου δανειζόμενοι μόρια ὡς ἀποδοθησόμενα πάλιν, εἰς ταὐτὸν τὰ λαμβανόμενα συνεκόλλων, οὐ τοῖς ἀλύτοις οἷς αὐτοὶ ξυνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις, πυκνοῖς γόμφοις ξυντήκοντες, ἓν ἐξ ἁπάντων ἀπεργαζόμενοι σῶμα ἕκαστον, τὰς τῆς ἀθανάτου ψυχῆς περιόδους ἐνέδουν εἰς ἐπίρρυτον σῶμα καὶ ἀπόρρυτον* [a]. **p. 44 D.** *Τὰς μὲν δὴ θείας περιόδους δύο οὔσας* [b], *τὸ τοῦ παντὸς σχῆμα ἀπομιμησάμενοι περιφερὲς ὄν, εἰς σφαιροειδὲς σῶμα ἐνέδησαν, τοῦτο ὃ νῦν κεφαλὴν ἐπονομάζομεν, ὃ θειότατόν τ' ἐστὶ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν πάντων δεσποτοῦν. ᾧ καὶ πᾶν τὸ σῶμα παρέδοσαν ὑπηρεσίαν αὐτῷ ξυναθροίσαντες θεοί, κατανοήσαντες ὅτι πασῶν ὅσαι κινήσεις ἔσοιντο μετέχοι· ἵν' οὖν μὴ κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς ὕψη τε καὶ βάθη παντοδαπὰ ἐχούσης ἀποροῖ τὰ μὲν ὑπερβαίνειν, ἔνθεν δὲ ἐκβαίνειν, ὄχημ' αὐτῷ τοῦτο καὶ εὐπορίαν ἔδοσαν. ὅθεν δὴ μῆκος τὸ σῶμα ἔσχεν, ἐκτατά τε κῶλα καὶ καμπτὰ ἔφυσε τέτταρα θεοῦ μηχανησαμένου πορεῖα, οἷς ἀντιλαμβανόμενον καὶ ἀπερειδόμενον διὰ πάντων τόπων πορεύεσθαι δυνατὸν γέγονε τὴν τοῦ θειοτάτου καὶ ἱερωτάτου φέρον οἴκησιν ἐπάνωθεν ἡμῶν. σκέλη μὲν οὖν χεῖρές τε ταύτῃ καὶ διὰ ταῦτα προσέφυ πᾶσι· τοῦ δ' ὄπισθεν τὸ πρόσθεν τιμιώτερον καὶ ἀρχικώτερον νομίζοντες θεοὶ ταύτῃ τὸ πολὺ τῆς πορείας ἡμῖν ἔδοσαν* [c].

a) H. e. in corpus, cuius natura perpetuam subiret vicissitudinem. Propterea initio animam et corpus in diversas partes agi-

tari dicit, ut anima sensuum etiam affectionibus turbata primum desipiat, donec motibus corporis sedatis et perturbationibus illis bona educatione temperatis prudentiae ac sapientiae rursus compos fiat. — b) Alter motus est circa *ταὐτὸν* alter circa *θάτερον*, cf. Tim. p. 37 A sqq., 40 A. — c) In sequentibus caput vel maxime oculis insignitum esse dicit, quorum ope lumen et visus corpori suppetat, omnium sensuum praestantissimus, cf. p. 47 A. *ὄψις δὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον αἰτία τῆς μεγίστης ὠφελείας γέγονεν ἡμῖν, ὅτι τῶν νῦν λόγων περὶ τοῦ παντὸς λεγομένων οὐδεὶς ἄν ποτε ἐρρήθη μήτε ἄστρα μήτε ἥλιον μήτε οὐρανὸν ἰδόντων· νῦν δ' ἡμέρα τε καὶ νὺξ ὀφθεῖσαι μῆνές τε καὶ ἐνιαυτῶν περίοδοι μεμηχάνηνται μὲν ἀριθμόν, χρόνου δὲ ἔννοιαν περί τε τῆς τοῦ παντὸς φύσεως ζήτησιν ἔδοσαν· ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔτε ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.* Similiter de ceteris sensibus aestimandum esse, quos inter auditus eo valet ut harmoniae et musicae participes simus, *ἡ δὲ ἁρμονία, ξυγγενεῖς ἔχουσα φορὰς ταῖς ἐν ἡμῖν τῆς ψυχῆς περιόδοις, τῷ μετὰ νοῦ προσχρωμένῳ Μούσαις οὐκ ἐφ' ἡδονὴν ἄλογον, καθάπερ νῦν, εἶναι δοκεῖ χρήσιμος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν γεγονυῖαν ἐν ἡμῖν ἀνάρμοστον ψυχῆς περίοδον εἰς κατακόσμησιν καὶ συμφωνίαν ἑαυτῇ σύμμαχος ὑπὸ Μουσῶν δέδοται· καὶ ῥυθμὸς αὖ διὰ τὴν ἄμετρον ἐν ἡμῖν καὶ χαρίτων ἐπιδεᾶ γιγνομένην ἐν τοῖς πλείστοις ἕξιν ἐπίκουρος ἐπὶ ταὐτὰ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐδόθη.*

Tim. p. 69 C. Οἱ δὲ (θεοὶ) — παραλαβόντες ἀρχὴν 274
ψυχῆς ἀθάνατον, τὸ μετὰ τοῦτο θνητὸν σῶμα αὐτῇ περιετόρνευσαν ὄχημά τε πᾶν τὸ σῶμα ἔδοσαν, ἄλλο τε εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσῳκοδόμουν τὸ θνητόν [a], δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν ἑαυτῷ παθήματα ἔχον, πρῶτον μὲν ἡδονήν, μέγιστον κακοῦ δέλεαρ, ἔπειτα λύπας, ἀγαθῶν φυγάς, ἔτι δ' αὖ θάρρος καὶ φόβον, ἄφρονε ξυμβούλω, θυμὸν δὲ δυσπαραμύθητον, ἐλπίδα δ' εὐπαράγωγον· αἰσθήσει δὲ ἀλόγῳ καὶ ἐπιχειρητῇ παντὸς ἔρωτι συγκερασάμενοι ταῦτα ἀναγκαίως τὸ θνητὸν γένος ξυνέθεσαν. καὶ διὰ ταῦτα δὴ σεβόμενοι μιαίνειν τὸ θεῖον, ὅ τι μὴ πᾶσα ἦν ἀνάγκη, χωρὶς ἐκείνου κατοικίζουσιν εἰς ἄλλην τοῦ σώματος οἴκησιν τὸ θνητόν, ἰσθμὸν καὶ ὅρον διοικοδομήσαντες τῆς τε κεφαλῆς καὶ τοῦ στήθους, αὐχένα μεταξὺ τιθέντες, ἵνα εἴη χωρίς. ἐν δὴ τοῖς στήθεσι καὶ

τῷ καλουμένῳ θώρακι [b] τὸ τῆς ψυχῆς θνητὸν γένος ἐνέδουν. καὶ ἐπειδὴ τὸ μὲν ἄμεινον αὐτῆς τὸ δὲ χεῖρον πεφύκει, διοικοδομοῦσι τοῦ θώρακος αὖ τὸ κύτος, διορίζοντες οἷον γυναικῶν, τὴν δὲ ἀνδρῶν χωρὶς οἴκησιν, τὰς φρένας διάφραγμα εἰς τὸ μέσον αὐτῶν τιθέντες. τὸ μετέχον οὖν τῆς ψυχῆς ἀνδρίας καὶ θυμοῦ, φιλόνεικον ὄν, κατῴκισαν ἐγγυτέρω τῆς κεφαλῆς μεταξὺ τῶν φρενῶν τε καὶ αὐχένος, ἵνα τοῦ λόγου κατήκοον ὂν κοινῇ μετ' ἐκείνου βίᾳ τὸ τῶν ἐπιθυμιῶν κατέχοι γένος, ὁπότ' ἐκ τῆς ἀκροπόλεως τῷ ἐπιτάγματι καὶ λόγῳ μηδαμῇ πείθεσθαι ἑκὸν ἐθέλοι. Τὴν δὲ δὴ καρδίαν ἅμμα τῶν φλεβῶν καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου κατὰ πάντα τὰ μέλη σφοδρῶς αἵματος εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴκησιν κατέστησαν, ἵνα, ὅτε ζέσειε τὸ τοῦ θυμοῦ μένος τοῦ λόγου παραγγείλαντος ὥς τις ἄδικος περὶ αὐτὰ γίγνεται πρᾶξις ἔξωθεν ἢ καί τις ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἐπιθυμιῶν, ὀξέως διὰ πάντων τῶν στενωπῶν πᾶν, ὅσον αἰσθητικὸν ἐν τῷ σώματι, τῶν τε παρακελεύσεων καὶ ἀπειλῶν αἰσθανόμενον γίγνοιτο ἐπήκοον καὶ ἕποιτο πάντῃ καὶ τὸ βέλτιστον οὕτως ἐν αὐτοῖς πᾶσιν ἡγεμονεῖν ἐῴη [c].

a) Cic. Tusc. I, 10, 20. *Plato triplicem finxit animum, cuius principatum i. e. rationem in capite sicut in arce posuit et duas partes ei parere voluit, iram et cupiditatem, quas locis disclusit; iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit.* Divisit enim Plato totum animum in duas partes, *τὸ λογιστικὸν* et *τὸ ἄλογον*, quorum alterum rursus in *τὸ θυμικὸν* et *τὸ ἐπιθυμητικὸν* descriptum voluit, v. Rep. IV, p. 436—441 C, ubi quid inter utrumque intercedat sic explicatur: *Οὐκοῦν καὶ ἄλλοθι, ἔφην, πολλαχοῦ αἰσθανόμεθα, ὅταν βιάζωνταί τινα παρὰ τὸν λογισμὸν ἐπιθυμίαι, λοιδορεῖν τέ αὐτὸν καὶ θυμούμενον τῷ βιαζομένῳ ἐν αὐτῷ, καὶ ὥσπερ δυοῖν στασιαζόντοιν ξύμμαχον τῷ λόγῳ γιγνόμενον τὸν θυμὸν τοῦ τοιούτου; ταῖς δ' ἐπιθυμίαις αὐτὸν κοινωνήσαντα, αἱροῦντος λόγου μὴ δεῖν ἀντιπράττειν, οἶμαί σε οὐκ ἂν φάναι γενομένου ποτὲ ἐν σαυτῷ τοῦ τοιούτου αἰσθέσθαι, οἶμαι δ' οὐδ' ἐν ἄλλῳ*, cf. Tim. p. 42 A, qui locus citatur supra n. 272, Rep. IX, p. 580 D, 588 B sqq., Phaedr. p. 246 sqq. Inter interpretes ambigitur utrum etiam has partes animi immortales esse putaverit Plato an solam ra-

tionalem, v. C. F. Hermann de partibus animae immortalibus secundum Platonem, Gotting. 1850. — b) *Θώραξ* plerumque ea pars corporis dicitur, quae complectitur humeros, pectus et scapulas; nonnunquam tamen etiam inferiora eo nomine comprehenduntur, cf. Aristot. Hist. Anim. IV, 2, 10 et I, 7, 10. In pectore sedem suam accepit *ὁ θυμός*, in stomacho habitant cupiditates et animi perturbationes: unde illa pars quasi virilis, altera muliebris esse dicitur. Deinde *φρένες* i. e. praecordia ideo vocantur *διάφραγμα*, quia ad instar septi transversi cor et pulmones a ceteris visceribus seiungunt. — c) Cordis igitur, ut in quo sit venarum origo et sanguinis per omnes corporis partes meantis fons, tanquam satellitium esse dicit, ut, si quando iracundiae vis excandescat, rationis iussa minasque per arteriarum venarumque meatus ad totum corpus perferat.

Tim. p. 70 D. *Τὸ δὲ δὴ σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς καὶ ὅσων ἔνδειαν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἴσχει φύσιν, τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κατῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τῇ τοῦ σώματος τροφῇ τεκτηνάμενοι· καὶ κατέδησαν δὴ τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα ὡς θρέμμα ἄγριον, τρέφειν δὲ ξυνημμένον ἀναγκαῖον, εἴ πέρ τι μέλλοι ποτὲ θνητὸν ἔσεσθαι γένος. ἵν' οὖν ἀεὶ νεμόμενον πρὸς φάτνῃ καὶ ὅτι πορρωτάτω τοῦ βουλευομένου κατοικοῦν, θόρυβον καὶ βοὴν ὡς ἐλαχίστην παρέχον, τὸ κράτιστον καθ' ἡσυχίαν περὶ τοῦ πᾶσι κοινῇ ξυμφέροντος ἐῷ βουλεύεσθαι, διὰ ταῦτ' ἐνταῦθα ἔδοσαν αὐτῷ τὴν τάξιν* [a]. *Εἰδότες δὲ αὐτὸ ὡς λόγου μὲν οὔτε ξυνήσειν ἔμελλεν, εἴ τέ πῃ καὶ μεταλαμβάνοι τινὸς αὖ τῶν αἰσθήσεων, οὐκ ἔμφυτον αὐτῷ τὸ μέλειν τινῶν ἔσοιτο λόγων, ὑπὸ δὲ εἰδώλων καὶ φαντασμάτων νυκτός τε καὶ μεθ' ἡμέραν μάλιστα ψυχαγωγήσοιτο, τούτῳ δὴ θεὸς ἐπιβουλεύσας αὐτῷ τὴν τοῦ ἥπατος ἰδέαν ξυνέστησε καὶ ἔθηκεν εἰς τὴν ἐκείνου κατοίκησιν, πυκνὸν καὶ λεῖον καὶ λαμπρὸν καὶ γλυκὺ καὶ πικρότητα ἔχον μηχανησάμενος, ἵν' ἐν αὐτῷ τῶν διανοημάτων ἡ ἐκ τοῦ νοῦ φερομένη δύναμις, οἷον ἐν κατόπτρῳ δεχομένῳ τύπους καὶ κατιδεῖν* 275

εἴδωλα παρέχοντι, φοβοῖ μὲν αὐτό, ὁπότε μέρει τῆς πικρότητος χρωμένη ξυγγενεῖ, χαλεπὴ προσενεχθεῖσα ἀπειλῇ, κατὰ πᾶν ὑπομιγνῦσα ὀξέως τὸ ἧπαρ χολώδη χρώματα ἐμφαίνοι, ξυνάγουσά τε πᾶν ῥυσὸν καὶ τραχὺ ποιοῖ, λοβὸν δὲ καὶ δοχὰς πύλας τε τὰ μὲν ἐξ ὀρθοῦ κατακάμπτουσα καὶ ξυσπῶσα, τὰ δ' ἐμφράττουσα συγκλείουσά τε, λύπας καὶ ἄσας παρέχοι, καὶ ὅτ' αὖ τὰ ἐναντία φάσματα ἀποζωγραφοῖ πρᾳότητός τις ἐκ διανοίας ἐπίπνοια, τῆς μὲν πικρότητος ἡσυχίαν παρέχουσα τῷ μήτε κινεῖν μήτε προσάπτεσθαι τῆς ἐναντίας ἑαυτῇ φύσεως ἐθέλειν, γλυκύτητι δὲ τῇ κατ' ἐκεῖνο ξυμφύτῳ πρὸς αὐτὸ χρωμένη καὶ πάντα ὀρθὰ καὶ λεῖα αὐτοῦ καὶ ἐλεύθερα ἀπευθύνουσα ἵλεών τε καὶ εὐήμερον ποιοῖ τὴν περὶ τὸ ἧπαρ ψυχῆς μοῖραν κατῳκισμένην, ἔν τε τῇ νυκτὶ διαγωγὴν ἔχουσαν μετρίαν, μαντείᾳ χρωμένην καθ' ὕπνον, ἐπειδὴ λόγου καὶ φρονήσεως οὐ μετεῖχε. μεμνημένοι γὰρ τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιστολῆς οἱ ξυνιστάντες ἡμᾶς, ὅτε τὸ θνητὸν ἐπέστελλε γένος ὡς ἄριστον εἰς δύναμιν ποιεῖν, οὕτω δὴ κατορθοῦντες καὶ τὸ φαῦλον ἡμῶν, ἵνα ἀληθείας πῃ προσάπτοιτο, κατέστησαν ἐν τούτῳ τὸ μαντεῖον [b]. ἱκανὸν δὲ σημεῖον ὡς μαντικὴν ἀφροσύνῃ θεὸς ἀνθρωπίνῃ δέδωκεν· οὐδεὶς γὰρ ἔννους ἐφάπτεται μαντικῆς ἐνθέου καὶ ἀληθοῦς, ἀλλ' ἢ καθ' ὕπνον τὴν τῆς φρονήσεως πεδηθεὶς δύναμιν ἢ διὰ νόσον ἤ τινα ἐνθουσιασμὸν παραλλάξας.

a) Tertiae animi parti mediam dii inter praecordia et umbilicum regionem attribuunt, ne cupiditatum tumultu ratio in capite locata turbetur. Denique quo facilius haec pars rationi obediat, iecur in eadem regione locaverunt, ut in hoc vis quaedam cogitationum ex ratione descendat, quibus tanquam in speculo visis illa pars cohibeatur et deterreatur. Etenim vis illa rationis per iecur diffusa et amaritudine affecta partem male morigeram modo angit et cruciat, modo dulcioribus visis in iecinore ortis et ipsa dulcedinem per omnem regionem vicinam profundit. — b) Intelligit divinationem ex insomniis eamque in iecore ponit, quia iecur per somnum vim illam rationis vel maxime experiri credebatur.

Distinguendum igitur inter hoc divinationis genus et illud quod ab ipsius mentis divina concitatione repetebatur h. e. enthusiasmum, cf. Phaedr. p. 244 A sqq., 265 A sqq., quamquam etiam hoc ad agendum et ad cognoscendum nihil pertinere, sed omnia vaticinia secundum rationem castiganda esse statuit, cf. quae sequuntur p. 71 E. *ἀλλὰ ξυννοῆσαι μὲν ἔμφρονος τά τε ῥηθέντα ἀναμνησθέντα ὄναρ ἢ ὕπαρ ὑπὸ τῆς μαντικῆς τε καὶ ἐνθουσιαστικῆς φύσεως, καὶ ὅσα ἂν φαντάσματα ὀφθῇ, πάντα λογισμῷ διελέσθαι, ὅπῃ τι σημαίνει καὶ ὅτῳ μέλλοντος ἢ παρελθόντος ἢ παρόντος κακοῦ ἢ ἀγαθοῦ· τοῦ δὲ μανέντος ἔτι τε ἐν τούτῳ μένοντος οὐκ ἔργον τὰ φανέντα καὶ φωνηθέντα ὑφ' ἑαυτοῦ κρίνειν, ἀλλ' εὖ καὶ πάλαι λέγεται τὸ πράττειν καὶ γνῶναι τά τε αὑτοῦ καὶ ἑαυτὸν σώφρονι μόνῳ προσήκειν.*

Tim. p. 87 C. *Πᾶν δὴ τὸ ἀγαθὸν καλόν, τὸ δὲ καλὸν οὐκ ἄμετρον*[a]*· καὶ ζῷον οὖν τὸ τοιοῦτον ἐσόμενον ξύμμετρον θετέον· ξυμμετριῶν δὲ τὰ μὲν σμικρὰ διαισθανόμενοι ξυλλογιζόμεθα, τὰ δὲ κυριώτατα καὶ μέγιστα ἀλογίστως ἔχομεν. πρὸς γὰρ ὑγιείας καὶ νόσους ἀρετάς τε καὶ κακίας οὐδεμία ξυμμετρία καὶ ἀμετρία μείζων ἢ ψυχῆς αὐτῆς πρὸς σῶμα αὐτό· ὧν οὐδὲν σκοποῦμεν οὐδ' ἐννοοῦμεν, ὅτι ψυχὴν ἰσχυρὰν καὶ πάντῃ μεγάλην ἀσθενέστερον καὶ ἔλαττον εἶδος ὅταν ὀχῇ, καὶ ὅταν αὖ τοὐναντίον ξυμπαγῆτον τούτω, οὐ καλὸν ὅλον τὸ ζῷον· ἀξύμμετρον γὰρ ταῖς μεγίσταις ξυμμετρίαις· τὸ δ' ἐναντίως ἔχον πάντων θεαμάτων τῷ δυναμένῳ καθορᾶν κάλλιστον καὶ ἐρασμιώτατον.* **p. 88 B.** *Μία δὴ σωτηρία πρὸς ἄμφω, μήτε τὴν ψυχὴν ἄνευ σώματος κινεῖν μήτε σῶμα ἄνευ ψυχῆς, ἵνα ἀμυνομένω γίγνησθον ἰσορρόπω καὶ ὑγιῆ. τὸν δὴ μαθηματικὸν ἤ τινα ἄλλην σφόδρα μελέτην διανοίᾳ κατεργαζόμενον καὶ τὴν τοῦ σώματος ἀποδοτέον κίνησιν, γυμναστικῇ προσομιλοῦντα, τόν τε αὖ σῶμα ἐπιμελῶς πλάττοντα τὰς τῆς ψυχῆς ἀνταποδοτέον κινήσεις, μουσικῇ καὶ πάσῃ φιλοσοφίᾳ προσχρώμενον, εἰ μέλλει δικαίως τις ἅμα μὲν καλὸς ἅμα δὲ ἀγαθὸς ὀρθῶς κεκλήσεσθαι.* **p. 89 E.** *Καθάπερ εἴπομεν πολλάκις, ὅτι τρία τριχῇ ψυχῆς ἐν ἡμῖν εἴδη κατῴκισται*[b]*, τυγχάνει δὲ ἕκαστον κινήσεις ἔχον, οὕτω κατὰ ταὐτὰ καὶ νῦν ὡς διὰ* 276

βραχυτάτων ῥητέον, ὅτι τὸ μὲν αὐτῶν ἐν ἀργίᾳ διάγον καὶ τῶν ἑαυτοῦ κινήσεων ἡσυχίαν ἄγον ἀσθενέστατον ἀνάγκη γίγνεσθαι, τὸ δ' ἐν γυμνασίοις ἐρρωμενέστατον· διὸ φυλακτέον ὅπως ἂν ἔχωσι τὰς κινήσεις πρὸς ἄλληλα συμμέτρους· τὸ δὲ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε, τοῦτο ὃ δή φαμεν οἰκεῖν μὲν ἡμῶν ἐπ' ἄκρῳ τῷ σώματι, πρὸς δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ ξυγγένειαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρειν ὡς ὄντας φυτὸν οὐκ ἔγγειον ἀλλὰ οὐράνιον, ὀρθότατα λέγοντες· ἐκεῖθεν γάρ, ὅθεν ἡ πρώτη τῆς ψυχῆς γένεσις ἔφυ, τὸ θεῖον τὴν κεφαλὴν καὶ ῥίζαν ἡμῶν ἀνακρεμαννὺν ὀρθοῖ πᾶν τὸ σῶμα [c].

a) Cf. Phileb. p. 64 E sqq. Eodem spectat omnis amoris commendatio; nam amore ferimur ad pulchrum, pulchri vero admiratione atque perceptione ad bonum et verum adducimur, quod unum idemque est diversis nominibus appellatum, v. supra n. 252, not. d, n. 265, not. Hoc tamen loco sermo est de ea symmetria, quae est mentis sanae in corpore sano. *ζῷον τὸ τοιοῦτον* intellige *καλὸν καὶ ἀγαθόν*. — b) Cf. n. 274, not. a. — c) *Νοῦν* igitur tanquam daemonem unicuique homini additum pronuntiat, quae sententia ab aliis ad Heraclitum, ab aliis ad Anaxagoram refertur; in posterioribus cf. Marc. Antonin. V, 27. *ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ παραστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ· οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος.* Apud Platonem etiam hinc intelligitur omnia ad id quod summum est referri h. e. ad intellectum divinum et ideam boni, quae summa causa est et omnium rerum finis, cf. Phileb. p. 54 C. *φημὶ δὴ γενέσεως μὲν ἕνεκα φάρμακά τε καὶ πάντα ὄργανα καὶ πᾶσαν ὕλην παρατίθεσθαι πᾶσιν, ἑκάστην δὲ γένεσιν ἄλλην ἄλλης οὐσίας τινὸς ἑκάστης ἕνεκα γίγνεσθαι, ξύμπασαν δὲ γένεσιν οὐσίας ἕνεκα γίγνεσθαι ξυμπάσης.* Neque aliter de Platone iudicavit Aristoteles, nisi quod eum singulas res et singulas causas parum curasse et ideo in multis errasse significat, v. De Gen. et Corr. II, 9, Met. *A*, 7.

c. Ethica.

277 **Theaet. p. 176 A.** *Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατόν, ὦ Θεόδωρε, ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη, οὔτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρῦσθαι, τὴν δὲ θνη-*

τὴν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης [a]. διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν· ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι [b].

a) De malis bono in hoc quidem mundo mixtis v. n. 272, not. g. Nihilominus libero arbitrio patrocinatur, De Rep. X, p. 617 E. *ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων πλέον καὶ ἔλαττον αὐτῆς ἕκαστος ἕξει. αἰτία ἑλομένου· θεὸς ἀναίτιος.* De Legg. X, p. 904 B. *τῆς δὲ γενέσεως τὸ ποίου τινὸς ἀφῆκε ταῖς βουλήσεσιν ἑκάστων ἡμῶν τὰς αἰτίας. ὅπῃ γὰρ ἂν ἐπιθυμῇ καὶ ὁποῖός τις ὢν τὴν ψυχήν, ταύτῃ σχεδὸν ἑκάστοτε καὶ τοιοῦτος γίγνεται ἅπας ἡμῶν ὡς τὸ πολύ.* At enimvero malum fatali quadam necessitate sicut in mundo ita etiam in singulis mortalibus inesse videtur, ipsisque invitis dum fiunt et adolescunt emergere perque naturas eorum grassari, cf. Tim. p. 86 D. *καὶ σχεδὸν δὴ πάντα, ὁπόσα ἡδονῶν ἀκράτεια καὶ ὄνειδος ὡς ἑκόντων λέγεται τῶν κακῶν, οὐκ ὀρθῶς ὀνειδίζεται· κακὸς μὲν γὰρ ἑκὼν οὐδείς, διὰ δὲ πονηρὰν ἕξιν τινὰ τοῦ σώματος καὶ ἀπαίδευτον τροφὴν ὁ κακὸς γίγνεται κακός, παντὶ δὲ ταῦτα ἐχθρὰ καὶ ἄκοντι προσγίγνεται.* p. 87 A. *πρὸς δὲ τούτοις, ὅταν οὕτω κακῶς παγέντων πολιτεῖαι κακαὶ καὶ λόγοι κατὰ πόλεις ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ λεχθῶσιν, ἔτι δὲ μαθήματα μηδαμῇ τούτων ἰατικὰ ἐκ νέων μανθάνηται, ταύτῃ κακοὶ πάντες οἱ κακοὶ διὰ δύο ἀκουσιώτατα γιγνόμεθα· ὧν αἰτιατέον μὲν τοὺς φυτεύοντας ἀεὶ τῶν φυτευομένων μᾶλλον καὶ τοὺς τρέφοντας τῶν τρεφομένων.* Statuebat esse tempora fecundiora et infecundiora non modo corporum, sed etiam animorum et ingeniorum, quorum temporum tenor penderet ab arcanis quibusdam universi legibus, v. De Rep. VIII, p. 546 A; Polit. p. 269 C sq. De fabulis, quibus suam de universis morum atque animorum condicionibus sententiam significavit, Phaedr. p. 246 sqq., Rep. X, p. 614 sqq. cf. Trendelenburg *Histor. Beiträge* II, p. 140 sqq. — b) Cf. Phaedo p. 64 sqq. (n. 258, not. b), Rep. X, p. 613 A. *οὐ γὰρ δὴ ὑπό γε θεῶν ποτὲ ἀμελεῖται ὃς ἂν προθυμεῖσθαι ἐθέλῃ δίκαιος γίγνεσθαι καὶ ἐπιτηδεύων ἀρετὴν εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ ὁμοιοῦσθαι θεῷ.* Cf. VI, p. 500 B sqq., 504 C, Legg. IV, p. 716 C. Deo similes fiunt qui ideam boni sequuntur, quae idea et finis bonorum est et cum notione dei coniunctissima, cf. n. 264. 265.

Gorg. p. 499 E. ΣΩ. Ἕνεκα γάρ που τῶν ἀγαθῶν 278
ἅπαντα ἡμῖν ἔδοξε πρακτέον εἶναι εἰ μνημονεύεις ἐμοί τε καὶ Πώλῳ. ἆρα καὶ σοὶ συνδοκεῖ οὕτω. τέλος εἶναι

ἁπασῶν τῶν πράξεων τὸ ἀγαθόν, καὶ ἐκείνου ἕνεκεν δεῖν πάντα τἆλλα πράττεσθαι, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο τῶν ἄλλων; σύμψηφος ἡμῖν εἶ καὶ σὺ ἐκ τρίτων; ΚΑΛ. Ἔγωγε. ΣΩ. Τῶν ἀγαθῶν ἄρα ἕνεκα δεῖ καὶ τἆλλα καὶ τὰ ἡδέα πράττειν, ἀλλ' οὐ τἀγαθὰ τῶν ἡδέων. ΚΑΛ. Πάνυ γε. ΣΩ. Ἆρ' οὖν παντὸς ἀνδρός ἐστιν ἐκλέξασθαι ποῖα ἀγαθὰ τῶν ἡδέων ἐστὶ καὶ ὁποῖα κακά, ἢ τεχνικοῦ δεῖ εἰς ἕκαστον; ΚΑΛ. Τεχνικοῦ.

Voluptas Platoni necessaria esse videbatur propter boni et mali, quae per vitam nostram obtineret, commixtionem. Efficitur voluptas dum desiderium expletur eius, quod naturae nostrae consentaneum est. Fit igitur illa, non est, neque idcirco bonis adnumerari potest, Phil. p. 53 C sqq., de Rep. IX, p. 585 D. Sed distinguendum inter voluptatem puram et impuram, quarum haec procedit ex eo dolore, quo indigentes aliqua re afficimur, ut nunquam percipiatur nisi una cum dolore, Phileb. p. 44 E sqq. Phaed. p. 60 B; pura autem voluptas doloris expers est eamque ob causam ad vitam bonam convenientior, Phileb. p. 51 A sqq. Aliud discrimen est inter bonam et malam voluptatem. Quaevis enim animi pars, ubi repletur eo quod naturae suae congruum est, voluptate afficitur, optima voluptate optima pars: haec vera voluptas est et hac omnis voluptas bona sive vera aestimatur, quae non potest percipi nisi in vita bona sive ad rationem accommodata. V. de Rep. IX, p. 580 D sqq., inprimis p. 586 E. *Τῷ φιλοσόφῳ ἄρα ἑπομένης ἁπάσης τῆς ψυχῆς καὶ μὴ στασιαζούσης ἑκάστῳ τῷ μέρει ὑπάρχει εἴς τε τἆλλα τὰ ἑαυτοῦ πράττειν καὶ δικαίῳ εἶναι, καὶ δὴ καὶ τὰς ἡδονὰς τὰς ἑαυτοῦ ἕκαστον καὶ τὰς βελτίστας καὶ εἰς τὸ δυνατὸν τὰς ἀληθεστάτας καρποῦσθαι. Κομιδῇ μὲν οὖν. Ὅταν δὲ ἄρα τῶν ἑτέρων τι κρατήσῃ, ὑπάρχει αὐτῷ μήτε τὴν ἑαυτοῦ ἡδονὴν ἐξευρίσκειν τά τε ἄλλα ἀναγκάζειν ἀλλοτρίαν καὶ μὴ ἀληθῆ ἡδονὴν διώκειν. Οὕτως, ἔφη.* De Philebo, quo in dialogo maxime de bono et de voluptate disputatur, cf. Trendelenburg de Platonis Philebi consilio, Berol. 1837, Brandis *Handb.* II, 1, p. 476 sqq.

279 **De Rep. I, p. 353 B.** *Ἔχε δή· ἆρ' ἄν ποτε ὄμματα τὸ αὑτῶν ἔργον καλῶς ἀπεργάσαιντο μὴ ἔχοντα τὴν αὑτῶν οἰκείαν ἀρετήν, ἀλλ' ἀντὶ τῆς ἀρετῆς κακίαν; Καὶ πῶς ἄν; ἔφη. — Οὐκοῦν καὶ ὦτα στερόμενα τῆς αὑτῶν*

ἀρετῆς κακῶς τὸ αὑτῶν ἔργον ἀπεργάσεται; Πάνυ γε. — Ἴθι δή, μετὰ ταῦτα τόδε σκέψαι· ψυχῆς ἔστι τι ἔργον, ὃ ἄλλῳ τῶν ὄντων οὐδ' ἂν ἑνὶ πράξαις, οἷον τὸ τοιόνδε· τὸ ἐπιμελεῖσθαι καὶ ἄρχειν καὶ βουλεύεσθαι καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, ἔσθ' ὅτῳ ἄλλῳ ἢ ψυχῇ δικαίως ἂν αὐτὰ ἀποδοῖμεν καὶ φαῖμεν ἴδια ἐκείνης εἶναι; Οὐδενὶ ἄλλῳ. Τί δ' αὖ τὸ ζῆν; οὐ) ψυχῆς φήσομεν ἔργον εἶναι; Μάλιστά γ', ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἀρετήν φαμέν τινα ψυχῆς εἶναι; Φαμέν. Ἆρ' οὖν ποτέ, ὦ Θρασύμαχε, ψυχὴ τὰ αὑτῆς ἔργα εὖ ἀπεργάσεται στερομένη τῆς οἰκείας ἀρετῆς, ἢ ἀδύνατον; Ἀδύνατον. Ἀνάγκη ἄρα κακῇ ψυχῇ κακῶς ἄρχειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι, τῇ δὲ ἀγαθῇ πάντα ταῦτα εὖ πράττειν.*

Virtutis quae hoc loco adumbratur definitio leviter inflectitur, ubi virtus revocatur ad animi sanitatem (*ὑγίειαν*) sive vigorem (*εὐεξίαν*), De Rep. IV, p. 444 D, VIII, p. 554 E, De Legg. II, p. 653 B, Phaed. p. 93 E.

Meno p. 88 C. *Εἰ ἄρα ἀρετὴ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ τί ἐστι καὶ ἀναγκαῖον αὐτῷ ὠφελίμῳ εἶναι, φρόνησιν αὐτὸ δεῖ εἶναι, ἐπειδήπερ πάντα τὰ κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτὰ μὲν καθ' αὑτὰ οὔτε ὠφέλιμα οὔτε βλαβερά ἐστι, προσγενομένης δὲ φρονήσεως ἢ ἀφροσύνης βλαβερά τε καὶ ὠφέλιμα γίγνεται. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον ὠφέλιμόν γε οὖσαν τὴν ἀρετὴν φρόνησιν δεῖ τιν' εἶναι.* 280

Sequitur ut omnis virtus in scientia posita sit et doceri possit, denique ut vera virtus attribuenda sit nemini nisi sapienti i. e. philosopho, cf. Phaed. p. 68 C sqq., inprimis haec: *Ὦ μακάριε Σιμμία, μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ᾖ ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγή, ἡδονὰς πρὸς ἡδονὰς καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ φόβον πρὸς φόβον καταλλάττεσθαι καὶ μείζω πρὸς ἐλάττω ὥσπερ νομίσματα, ἀλλ' ᾖ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα ὀρθόν, ἀνθ' οὗ δεῖ ἅπαντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, φρόνησις, καὶ τούτου μὲν πάντα καὶ μετὰ τούτου ὠνούμενά τε καὶ πιπρασκόμενα τῷ ὄντι ᾖ καὶ ἀνδρεία καὶ σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ ξυλλήβδην ἀληθὴς ἀρετὴ μετὰ φρονήσεως, καὶ προσγι-*

---

*) *οὐ* adiecit Stallbaum ex codd. Flor. et Stobaeo.

γνομένων καὶ ἀπογιγνομένων καὶ ἡδονῶν καὶ φόβων καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν τοιούτων. Quamquam hoc eo lenitur, quod etiam ex recta opinione virtutem procedere posse docebat, licet sit imperfecta, Meno p. 97 A, cf. supra n. 253, not. De fortitudine ad sapientiam referenda disputatur in Lachete, de temperantia in Charmide. Cf. Polit. p. 309 D. *Τί οὖν; ἀνδρεία ψυχὴ λαμβανομένη τῆς τοιαύτης ἀληθείας ἆρ' οὐχ ἡμεροῦται καὶ τῶν δικαίων μάλιστα οὕτω κοινωνεῖν ἂν ἐθελήσειε, μὴ μεταλαβοῦσα δὲ ἀποκλίνει μᾶλλον πρὸς θηριώδη τινὰ φύσιν; § Πῶς δ' οὔ; § Τί δέ; τὸ τῆς κοσμίας φύσεως ἆρ' οὐ τούτων μὲν μεταλαβὸν τῶν δοξῶν ὄντως σῶφρον καὶ φρόνιμον ὥς γε ἐν πολιτείᾳ γίγνεται, μὴ κοινωνῆσαν δὲ ὧν λέγομεν ἐπονείδιστόν τινα εὐηθείας δικαιότατα λαμβάνει φήμην; § Πάνυ μὲν οὖν.*

281 **De Rep. IV, p. 433 A.** *Ὃ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐθέμεθα δεῖν ποιεῖν διὰ παντός, ὅτε τὴν πόλιν κατῳκίζομεν, τοῦτό ἐστιν, ὥς ἐμοὶ δοκεῖ, ἤτοι τούτου τι εἶδος ἡ δικαιοσύνη. ἐθέμεθα δὲ δήπου καὶ πολλάκις ἐλέγομεν, εἰ μέμνησαι, ὅτι ἕνα ἕκαστον ἓν δέοι ἐπιτηδεύειν τῶν περὶ τὴν πόλιν, εἰς ὃ αὐτοῦ ἡ φύσις ἐπιτηδειοτάτη πεφυκυῖα εἴη. Ἐλέγομεν γάρ. Καὶ μὴν ὅτι γε τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν δικαιοσύνη ἐστί, καὶ τοῦτο ἄλλων τε πολλῶν ἀκηκόαμεν καὶ αὐτοὶ πολλάκις εἰρήκαμεν. Εἰρήκαμεν γάρ. Τοῦτο τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, κινδυνεύει τρόπον τινὰ γιγνόμενον ἡ δικαιοσύνη εἶναι, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν. οἶσθα ὅθεν τεκμαίρομαι; Οὔκ, ἀλλὰ λέγ', ἔφη. Δοκεῖ μοι, ἦν δ' ἐγώ, τὸ ὑπόλοιπον ἐν τῇ πόλει ὧν ἐσκέμμεθα, σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας καὶ φρονήσεως, τοῦτο εἶναι, ὃ πᾶσιν ἐκείνοις τὴν δύναμιν παρέσχεν ὥστε ἐγγενέσθαι, καὶ ἐγγενομένοις γε σωτηρίαν παρέχειν ἕωσπερ ἂν ἐνῇ.*

Iustitia igitur in civitate ea virtus esse statuitur, quae prudentiae fortitudini temperantiae quasi vires det h. e. faciat ut illae possint esse efficaces. Cernitur enim omnis iustitia in hoc, ut unaquaeque pars suum praestet officium, cf. n. 282, similiterque in hominis animo illa virtus comparet, si sua quaeque pars animi perficit et omnes bene inter se conveniunt, cf. Rep. IV, p. 443 C. *τὸ δέ γε ἀληθές — ἡ δικαιοσύνη — περὶ τὴν ἐντὸς (πρᾶξιν) ὡς ἀλη-*

θῶς, περὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ, μὴ ἐάσαντα τἀλλότρια πράττειν ἕκαστον ἐν αὑτῷ μηδὲ πολυπραγμονεῖν πρὸς ἄλληλα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γένη, ἀλλὰ τῷ ὄντι τὰ οἰκεῖα εὖ θέμενον καὶ ἄρξαντα αὐτὸν αὑτοῦ καὶ κοσμήσαντα καὶ φίλον γενόμενον ἑαυτῷ καὶ ξυναρμόσαντα. Inde nascitur ea animi concinnitas et tranquillitas, qua omnis et virtus et beatitudo constat, Rep. I, p. 350 C. ὁ μὲν ἄρα δίκαιος ἡμῖν ἀναπέφανται ὢν ἀγαθός τε καὶ σοφός, ὁ δὲ ἄδικος ἀμαθής τε καὶ κακός. VIII, p. 554 E. ὁμονοητικῆς δὲ καὶ ἡρμοσμένης τῆς ψυχῆς ἀληθὴς ἀρετή.

De Rep. IV, p. 441 C. *Ταῦτα μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ,* 282
μόγις διανενεύκαμεν, καὶ ἡμῖν ἐπιεικῶς ὁμολογεῖται τὰ αὐτὰ μὲν ἐν πόλει, τὰ αὐτὰ δ' ἐν ἑνὸς ἑκάστου τῇ ψυχῇ γένη ἐνεῖναι [a], *καὶ ἴσα τὸν ἀριθμόν. Ἔστι ταῦτα. Οὐκοῦν ἐκεῖνό γε ἤδη ἀναγκαῖον, ὡς πόλις ἦν σοφὴ καὶ ᾧ, οὕτω καὶ τὸν ἰδιώτην καὶ τούτῳ σοφὸν εἶναι; Τί μήν; Καὶ ᾧ δὴ ἀνδρεῖος ἰδιώτης καὶ ὥς, τούτῳ καὶ πόλιν ἀνδρείαν καὶ οὕτω, καὶ τἆλλα πάντα πρὸς ἀρετὴν ὡσαύτως ἀμφότερα ἔχειν. Ἀνάγκη. Καὶ δίκαιον δή, ὦ Γλαύκων, οἶμαι, φήσομεν ἄνδρα εἶναι τῷ αὐτῷ τρόπῳ ᾧ περ καὶ πόλις ἦν δικαία. Καὶ τοῦτο πᾶσα ἀνάγκη. Ἀλλ' οὐ πω μὴν τοῦτο ἐπιλελήσμεθα, ὅτι ἐκείνη γε τῷ τὸ ἑαυτοῦ ἕκαστον ἐν αὐτῇ πράττειν τριῶν ὄντων γενῶν δικαία ἦν. Οὔ μοι δοκοῦμεν, ἔφη, ἐπιλελῆσθαι. Μνημονευτέον ἄρα ἡμῖν ὅτι καὶ ἡμῶν ἕκαστος, ὅτου ἂν τὰ αὑτοῦ ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ πράττῃ, οὗτος δίκαιός τε ἔσται καὶ τὰ αὑτοῦ πράττων. Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς, μνημονευτέον. Οὐκοῦν τῷ μὲν λογιστικῷ ἄρχειν προσήκει, σοφῷ ὄντι καὶ ἔχοντι τὴν ὑπὲρ ἁπάσης τῆς ψυχῆς προμήθειαν, τῷ δὲ θυμοειδεῖ ὑπηκόῳ εἶναι καὶ ξυμμάχῳ τούτου; Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν οὐχ ὥσπερ ἐλέγομεν, μουσικῆς καὶ γυμναστικῆς κρᾶσις* [b] *ξύμφωνα αὐτὰ ποιήσει, τὸ μὲν ἐπιτείνουσα καὶ τρέφουσα λόγοις τε καλοῖς καὶ μαθήμασι, τὸ δὲ ἀνιεῖσα, παραμυθουμένη, ἡμεροῦσα ἁρμονίᾳ τε καὶ ῥυθμῷ; Κομιδῇ γε, ἦ δ' ὅς. Καὶ τούτω δὴ οὕτω τραφέντε καὶ ὡς ἀληθῶς τὰ αὑτῶν μαθόντε καὶ παιδευ-*

θέντε προστατήσετον τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, ὃ δὴ πλεῖστον τῆς ψυχῆς ἐν ἑκάστῳ ἐστὶ καὶ χρημάτων φύσει ἀπληστότατον· ὃ τηρήσετον, μὴ τῷ πίμπλασθαι τῶν περὶ τὸ σῶμα καλουμένων ἡδονῶν πολὺ καὶ ἰσχυρὸν γενόμενον οὐκ αὖ τὰ αὑτοῦ πράττῃ, ἀλλὰ καταδουλώσασθαι καὶ ἄρχειν ἐπιχειρήσῃ ὧν οὐ προσῆκον αὐτῷ γένει, καὶ ξύμπαντα τὸν βίον πάντων ἀνατρέψῃ. *Πάνυ μὲν οὖν*, ἔφη. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τοὺς ἔξωθεν πολεμίους τούτω ἂν κάλλιστα φυλαττοίτην ὑπὲρ ἁπάσης τῆς ψυχῆς τε καὶ τοῦ σώματος, τὸ μὲν βουλευόμενον, τὸ δὲ προπολεμοῦν, ἑπόμενον δὲ τῷ ἄρχοντι καὶ τῇ ἀνδρείᾳ ἐπιτελοῦν τὰ βουλευθέντα; *Ἔστι ταῦτα*. Καὶ ἀνδρεῖον δή, οἶμαι, τούτῳ τῷ μέρει καλοῦμεν ἕνα ἕκαστον, ὅταν αὐτοῦ τὸ θυμοειδὲς διασώζῃ διά τε λυπῶν καὶ ἡδονῶν τὸ ὑπὸ τοῦ λόγου παραγγελθὲν δεινόν τε καὶ μή. *Ὀρθῶς γ'*, ἔφη. Σοφὸν δέ γε ἐκείνῳ τῷ σμικρῷ μέρει, τῷ ὃ ἦρχέ τ' ἐν αὐτῷ καὶ ταῦτα παρήγγελλεν, ἔχον αὖ κἀκεῖνο ἐπιστήμην ἐν αὐτῷ τὴν τοῦ ξυμφέροντος ἑκάστῳ τε καὶ ὅλῳ τῷ κοινῷ σφῶν αὐτῶν τριῶν ὄντων. *Πάνυ μὲν οὖν*. Τί δέ; σώφρονα οὐ τῇ φιλίᾳ καὶ ξυμφωνίᾳ τῇ αὐτῶν τούτων, ὅταν τό τε ἄρχον καὶ τὼ ἀρχομένω τὸ λογιστικὸν ὁμοδοξῶσι δεῖν ἄρχειν καὶ μὴ στασιάζωσιν αὐτῷ; *Σωφροσύνη γοῦν*, ἦ δ' ὅς, *οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἢ τοῦτο, πόλεώς τε καὶ ἰδιώτου*. Ἀλλὰ μὲν δὴ δίκαιός γε, ᾧ πολλάκις λέγομεν, τούτῳ καὶ οὕτως ἔσται. *Πολλὴ ἀνάγκη*.

a) Tres animi partes dicit, v. n. 274, not. a, quas comparat cum tribus ordinibus civitatis, v. n. 285. — b) Cf. n. 276. Musica est omnium artium litterarumque tractatio, ut etiam *λόγοι καλοί* et *τὰ μαθήματα* ad eam referantur, De Rep. II, p. 376 E sqq., III, p. 410 B sqq. — Universus locus est de quatuor virtutibus cardinalibus, de quibus sapientia (*σοφία φρόνησις ἐπιστήμη*) et fortitudo et temperantia pertinent ad singulas animi partes recte colendas, iustitia ad universum animum et partium convenientiam, v. n. 281. Omnes virtutes ita inter se connexae sunt et aptae, ut altera non possit esse sine altera; itemque omnes subiectae sunt sapientiae, qua et convenientia illa iustitiae efficitur et ceterae virtutes quasi

luce quadam rationis illustrantur, cf. n. 280. Haec igitur virtus ad scientiam maxime pertinet, cum reliquae exercitatione colendae ad corpus magis vergant, cf. De Rep. VII, p. 518 B sqq., ubi prae ceteris attinent haec: *αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι ἀρεταὶ καλούμεναι ψυχῆς κινδυνεύουσιν ἐγγύς τι εἶναι τῶν τοῦ σώματος· τῷ ὄντι γὰρ οὐκ ἐνοῦσαι πρότερον ὕστερον ἐμποιεῖσθαι ἔθεσί τε καὶ ἀσκήσεσιν· ἡ δὲ τοῦ φρονῆσαι παντὸς μᾶλλον θειοτέρου τινὸς τυγχάνει, ὡς ἔοικεν, οὖσα, ὃ τὴν μὲν δύναμιν οὐδέποτε ἀπόλλυσιν, ὑπὸ δὲ τῆς περιαγωγῆς χρήσιμον καὶ ὠφέλιμον καὶ ἄχρηστον αὖ καὶ βλαβερὸν γίγνεται.*

De Rep. VI, p. 496 E. *Ἀλλά τοι, ἦ δ' ὅς, οὐ τὰ ἐλάχιστα ἂν διαπραξάμενος ἀπαλλάττοιτο* (sc. *ὁ φιλόσοφος*). *Οὐδέ γε, εἶπον, τὰ μέγιστα, μὴ τυχὼν πολιτείας προσηκούσης· ἐν γὰρ προσηκούσῃ αὐτός τε μᾶλλον αὐξήσεται καὶ μετὰ τῶν ἰδίων τὰ κοινὰ σώσει* [a]. **De Legg. IV, p. 707 C.** *Ἀλλὰ γὰρ ἀποβλέποντες νῦν πρὸς πολιτείας ἀρετὴν καὶ χώρας φύσιν σκοπούμεθα καὶ νόμων τάξιν, οὐ τὸ σῴζεσθαί τε καὶ εἶναι μόνον ἀνθρώποις τιμιώτατον ἡγούμενοι, καθάπερ οἱ πολλοί, τὸ δ' ὡς βελτίστους γίγνεσθαί τε καὶ εἶναι τοσοῦτον χρόνον ὅσον ἂν ὦσιν* [b]. 283

a) Aliis quidem locis philosophi imago sic adumbratur, tanquam a republica prorsus abstinere debeat, velut Theaet. p. 172 C sq., De Rep. I, p. 345 E sqq., VII, p. 519 C sq.; sed tum spectat imperfectas quae vulgo obtinerent civitatum formas et id maxime agit ut philosophum altius tendere debere, veritatem contemplari eamque protinus sequi praedicet: prae quo studio reipublicae studia necessaria illa quidem, sed parum honesta esse, De Rep. VII, p. 540 B. — b) Gorg. p. 515 B. *οὐ φιλονεικίᾳ γε ἐρωτῶ, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς βουλόμενος εἰδέναι ὅντινά ποτε τρόπον οἴει δεῖν πολιτεύεσθαι ἐν ἡμῖν, εἰ ἄλλου του ἄρα ἐπιμελήσει ἡμῖν ἐλθὼν ἐπὶ τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ἢ ὅπως ὅτι βέλτιστοι οἱ πολῖται ὦμεν;* Cf. Polit. p. 309 C; Legg. I, p. 632 D; IV, p. 702 A, 705 sqq., al.

De Rep. II, p. 369 B. *Γίγνεται τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πόλις, ὡς ἐγῷμαι, ἐπειδὴ τυγχάνει ἡμῶν ἕκαστος οὐκ αὐτάρκης ἀλλὰ πολλῶν ἐνδεής· ἢ τίν' οἴει ἀρχὴν ἄλλην πόλιν οἰκίζειν; Οὐδεμίαν, ἦ δ' ὅς. Οὕτω δὴ ἄρα παραλαμβάνων ἄλλος ἄλλον ἐπ' ἄλλου, τὸν δ' ἐπ' ἄλλου χρείᾳ,* 284

πολλῶν δεόμενοι, πολλοὺς εἰς μίαν οἴκησιν ἀγείραντες κοινωνούς τε καὶ βοηθούς, ταύτῃ τῇ ξυνοικίᾳ ἐθέμεθα πόλιν ὄνομα. ἦ γάρ; Πάνυ μὲν οὖν. **Ib. p. 370 A.** *Ἐννοῶ γὰρ καὶ αὐτὸς εἰπόντος σοῦ ὅτι πρῶτον μὲν ἡμῶν φύεται ἕκαστος οὐ πάνυ ὅμοιος ἑκάστῳ, ἀλλὰ διαφέρων τὴν φύσιν, ἄλλος ἐπ' ἄλλου ἔργου πρᾶξιν. ἢ οὐ δοκεῖ σοι; Ἔμοιγε. Τί δέ; πότερον κάλλιον πράττοι ἄν τις εἷς ὢν πολλὰς τέχνας ἐργαζόμενος, ἢ ὅταν μίαν εἷς; Ὅταν, ἦ δ' ὅς, εἷς μίαν* [a]. **Ib. p. 371 A.** *Καὶ ἐμπόρων δὴ δεησόμεθα. Πάνυ γε. Καὶ ἐὰν μέν γε κατὰ θάλατταν ἡ ἐμπορία γίγνηται, συχνῶν καὶ ἄλλων προσδεήσεται τῶν ἐπιστημόνων τῆς περὶ τὴν θάλατταν ἐργασίας. Συχνῶν μέντοι. Τί δὲ δή; ἐν αὐτῇ τῇ πόλει πῶς ἀλλήλοις μεταδώσουσιν ὧν ἂν ἕκαστοι ἐργάζωνται; ὧν δὴ ἕνεκα καὶ κοινωνίαν ποιησάμενοι πόλιν ᾠκίσαμεν. Δῆλον δή, ἦ δ' ὅς, ὅτι πωλοῦντες καὶ ὠνούμενοι. Ἀγορὰ δὴ ἡμῖν καὶ νόμισμα ξύμβολον τῆς ἀλλαγῆς ἕνεκα γενήσεται ἐκ τούτου. Πάνυ μὲν οὖν.* **Ib. p. 371 D.** *Αὕτη ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἡ χρεία καπήλων ἡμῖν γένεσιν ἐμποιεῖ τῇ πόλει.* **Ib. p. 371 E.** *Ἆρ' οὖν, ὦ Ἀδείμαντε, ἤδη ἡμῖν ηὔξηται ἡ πόλις, ὥστ' εἶναι τελέα; Ἴσως. Ποῦ οὖν ἄν ποτε ἐν αὐτῇ εἴη ἥ τε δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀδικία; καὶ τίνι ἅμα ἐγγενομένη ὧν ἐσκέμμεθα; Ἐγὼ μέν, ἔφη, οὐκ ἐννοῶ, ὦ Σώκρατες, εἰ μή που ἐν αὐτῶν τούτων χρείᾳ τινὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους. Ἀλλ' ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, καλῶς λέγεις* [b].

a) In sequentibus p. 374 A sqq. eo usque in hac munerum distributione procedit, ut militantium etiam peculiarem ordinem esse iubeat. — b) Veram Platonis hac de re sententiam habebis in n. subsequenti.

285 **De Rep. IV, p. 428 E.** *Τῷ σμικροτάτῳ ἄρα ἔθνει καὶ μέρει ἑαυτῆς καὶ τῇ ἐν τούτῳ ἐπιστήμῃ, τῷ προεστῶτι καὶ ἄρχοντι, ὅλη σοφὴ ἂν εἴη κατὰ φύσιν οἰκισθεῖσα πόλις· καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικε, φύσει ὀλίγιστον γί-*

γνεται γένος, ᾧ προσήκει ταύτης τῆς ἐπιστήμης μεταλαγχάνειν, ἣν μόνην δεῖ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν σοφίαν καλεῖσθαι [a]. Ib. p. 429 A. Ἀλλὰ μὴν ἀνδρεία γε αὐτή τε καὶ ἐν ᾧ κεῖται τῆς πόλεως, δι' ὃ τοιαύτη κλητέα ἡ πόλις, οὐ πάνυ χαλεπὸν ἰδεῖν. Πῶς δή; Τίς ἄν, ἦν δ' ἐγώ, εἰς ἄλλο τι ἀποβλέψας ἢ δειλὴν ἢ ἀνδρείαν πόλιν εἴποι, ἀλλ' ἢ εἰς τοῦτο τὸ μέρος, ὃ προπολεμεῖ τε καὶ στρατεύεται ὑπὲρ αὐτῆς; Οὐδ' ἂν εἷς, ἔφη, εἰς ἄλλο τι. Οὐ γάρ, οἶμαι, εἶπον, οἵ γε ἄλλοι ἐν αὐτῇ ἢ δειλοὶ ἢ ἀνδρεῖοι ὄντες κύριοι ἂν εἶεν ἢ τοίαν αὐτὴν εἶναι ἢ τοίαν. Οὐ γάρ. Καὶ ἀνδρεία ἄρα πόλις μέρει τινὶ ἑαυτῆς ἐστί, διὰ τὸ ἐν ἐκείνῳ ἔχειν δύναμιν τοιαύτην, ἣ διὰ παντὸς σώσει τὴν περὶ τῶν δεινῶν δόξαν, ταῦτά τε αὐτὰ εἶναι καὶ τοιαῦτα, ἅ τε καὶ οἷα ὁ νομοθέτης παρήγγειλεν ἐν τῇ παιδείᾳ. Ib. p. 431 D. Εἰ ἄρα δεῖ τινὰ πόλιν προσαγορεύειν κρείττω ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ αὐτὴν αὑτῆς, καὶ ταύτην προσρητέον. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ σώφρονα κατὰ πάντα ταῦτα; Καὶ μάλα, ἔφη. Καὶ μὴν εἴπερ αὖ ἐν ἄλλῃ πόλει ἡ αὐτὴ δόξα ἔνεστι τοῖς τε ἄρχουσι καὶ ἀρχομένοις περὶ τοῦ οὕστινας δεῖ ἄρχειν, καὶ ἐν ταύτῃ ἂν εἴη τοῦτο ἐνόν· ἢ οὐ δοκεῖ; Καὶ μάλα, ἔφη, σφόδρα. Ἐν ποτέροις οὖν φήσεις τῶν πολιτῶν τὸ σωφρονεῖν ἐνεῖναι, ὅταν οὕτως ἔχωσιν, ἐν τοῖς ἄρχουσιν ἢ ἐν τοῖς ἀρχομένοις; Ἐν ἀμφοτέροις που, ἔφη. Ib. p. 434 A. Τέκτων σκυτοτόμου ἐπιχειρῶν ἔργα ἐργάζεσθαι ἢ σκυτοτόμος τέκτονος, ἢ τὰ ὄργανα μεταλαμβάνοντες τἀλλήλων ἢ τιμάς, ἢ καὶ ὁ αὐτὸς ἐπιχειρῶν ἀμφότερα πράττειν, πάντα τἆλλα μεταλλαττόμενα, ἆρά σοι ἄν τι δοκεῖ μέγα βλάψαι πόλιν; Οὐ πάνυ, ἔφη. Ἀλλ' ὅταν γε, οἶμαι, δημιουργὸς ὢν ἤ τις ἄλλος χρηματιστὴς φύσει, ἔπειτα ἐπαιρόμενος ἢ πλούτῳ ἢ πλήθει ἢ ἰσχύϊ ἢ ἄλλῳ τῳ τοιούτῳ εἰς τὸ τοῦ πολεμικοῦ εἶδος ἐπιχειρῇ ἰέναι, ἢ τῶν πολεμικῶν τις εἰς τὸ τοῦ βουλευτικοῦ καὶ φύλακος ἀνάξιος ὤν, καὶ τὰ ἀλλήλων

οὗτοι ὄργανα μεταλαμβάνωσι καὶ τὰς τιμάς, ἢ ὅταν ὁ αὐτὸς πάντα ταῦτα ἅμα ἐπιχειρῇ πράττειν, τότε οἶμαι καὶ σοὶ δοκεῖν ταύτην τὴν τούτων μεταβολὴν καὶ πολυπραγμοσύνην ὄλεθρον εἶναι τῇ πόλει. Παντάπασι μὲν οὖν. Ἡ τριῶν ἄρα ὄντων γενῶν πολυπραγμοσύνη καὶ μεταβολὴ εἰς ἄλληλα μεγίστη τε βλάβη τῇ πόλει καὶ ὀρθότατ' ἂν προσαγορεύοιτο μάλιστα κακουργία. Κομιδῇ μὲν οὖν. Κακουργίαν δὲ τὴν μεγίστην τῆς ἑαυτοῦ πόλεως οὐκ ἀδικίαν φήσεις εἶναι; Πῶς δ' οὔ; Τοῦτο μὲν ἄρα ἀδικία. πάλιν δὲ ὧδε λέγωμεν· χρηματιστικοῦ, ἐπικουρικοῦ, φυλακικοῦ γένους οἰκειοπραγία, ἑκάστου τούτων τὸ ἑαυτοῦ πράττοντος ἐν πόλει, τοὐναντίον ἐκείνου δικαιοσύνη τ' ἂν εἴη καὶ τὴν πόλιν δικαίαν παρέχοι; Οὐκ ἄλλῃ ἔμοιγε δοκεῖ, ἦ δ' ὅς, ἔχειν ἢ ταύτῃ [b].

a) Dicit boni scientiam h. e. philosophiam, quam nisi sapit quisquam, non potest in iusta civitate rectoris munere fungi, v. Rep. V, p. 473 C. Ἐὰν μή, ἦν δ' ἐγώ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα, ὦ φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσι, δοκῶ δ' οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, οὐδὲ αὕτη ἡ πολιτεία μή ποτε πρότερον φυῇ τε εἰς τὸ δυνατὸν καὶ φῶς ἡλίου ἴδῃ, ἣν νῦν λόγῳ διεληλύθαμεν. Ceterum etiam in sapientibus munerum distributionem commendat, sed ita ut provectissimos quosque aetate et optimos militantium principes esse velit. Eodem pertinet quod servitutem suae civitati vindicat, non tamen eam qua Graeci Graecis serviant, De Rep. V, p. 469 C, sed qua barbari Graecis, ut qui careant illis ingenii dotibus, quibus constet philosophia, Polit. p. 309 A. Nomen si quaeras, quo optimam istam civitatem a philosophantibus regendam appellatam voluerit, ἀριστοκρατίαν dixit, cum genuini philosophi sint οἱ ἄριστοι, Rep. III, p. 412 C sqq., VIII, p. 543 A, 544 E. Plures sint regentes an unus fere eodem venire statuebat. — b) Inde etiam civitatium inclinationes et ruinae repetuntur. Nam cum recta et iusta civitas consistat in eo ut omnia bene concordent et temperata sint, iniustitia et perversio civitatis cernitur in perturbatione ordinum, maxime eorum qui regunt: quod explicatius persequitur Reip. liber VIII, ubi ad illam normam castigantur singulae quae

inter Graecos obtinebant civitatium formae. Denique ut rex sapiens sit optimus vir et beatus, ita tyrannum dicit esse virum iniustum et omnium miserrimum et servorum servum, Rep. IX, p. 580 B. *ὅτι ὁ (λόγος) τὸν ἄριστόν τε καὶ δικαιότατον εὐδαιμονέστατον ἔκρινε, τοῦτον δ' εἶναι τὸν βασιλικώτατον καὶ βασιλεύοντα αὐτοῦ, τὸν δὲ κάκιστόν τε καὶ ἀδικώτατον ἀθλιώτατον, τοῦτον δὲ αὖ τυγχάνειν ὄντα ὃς ἂν τυραννικώτατος ὢν ἑαυτοῦ τε ὅ τι μάλιστα τυραννῇ καὶ τῆς πόλεως.*

De Legg. V, p. 739 B. *Πρώτη μὲν τοίνυν πόλις τέ* 286
ἐστι καὶ πολιτεία καὶ νόμοι ἄριστοι, ὅπου τὸ πάλαι λεγόμενον ἂν γίγνηται κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ὅ τι μάλιστα· λέγεται δὲ ὡς ὄντως ἐστὶ κοινὰ τὰ φίλων [a]. *τοῦτ' οὖν εἴτε που νῦν ἔστιν εἴτ' ἔσται ποτέ, κοινὰς μὲν γυναῖκας, κοινοὺς δὲ εἶναι παῖδας, κοινὰ δὲ χρήματα ξύμπαντα, καὶ πάσῃ μηχανῇ τὸ λεγόμενον ἴδιον πανταχόθεν ἐκ τοῦ βίου ἅπαν ἐξῄρηται, μεμηχάνηται δ' εἰς τὸ δυνατὸν καὶ τὰ φύσει ἴδια κοινὰ ἁμῇ γέ πῃ γεγονέναι, οἷον ὄμματα καὶ ὦτα καὶ χεῖρας κοινὰ μὲν ὁρᾶν δοκεῖν καὶ ἀκούειν καὶ πράττειν, ἐπαινεῖν τε αὖ καὶ ψέγειν καθ' ἓν ὅ τι μάλιστα ξύμπαντας ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς χαίροντας καὶ λυπουμένους, καὶ κατὰ δύναμιν οἵτινες νόμοι μίαν ὅ τι μάλιστα πόλιν ἀπεργάζονται, τούτων ὑπερβολῇ πρὸς ἀρετὴν οὐδείς ποτε ὅρον ἄλλον θέμενος ὀρθότερον οὐδὲ βελτίω θήσεται. ἡ μὲν δὴ τοιαύτη πόλις, εἴτε που θεοὶ ἢ παῖδες θεῶν αὐτὴν οἰκοῦσι πλείους ἑνός, οὕτω διαζῶντες εὐφραινόμενοι κατοικοῦσι· διὸ δὴ παράδειγμά γε πολιτείας οὐκ ἄλλῃ χρὴ σκοπεῖν, ἀλλ' ἐχομένους ταύτης τὴν ὅ τι μάλιστα τοιαύτην ζητεῖν κατὰ δύναμιν* [b].

a) Pythagoreos dicit, v. supra n. 97, not. a. Ad rem cf. Rep. V, p. 462 C. *ἐν ᾗτινι δὴ πόλει πλεῖστοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ ταὐτὰ τοῦτο λέγουσι τὸ ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμόν, αὕτη ἄριστα διοικεῖται. — Καὶ ἥτις δὴ ἐγγύτατα ἑνὸς ἀνθρώπου ἔχει, οἷον ὅταν που ἡμῶν δάκτυλός του πληγῇ, πᾶσα ἡ κοινωνία ἡ κατὰ τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχὴν τεταμένη εἰς μίαν σύνταξιν τὴν τοῦ ἄρχοντος ἐν αὐτῇ ᾔσθετό τε καὶ πᾶσα ἅμα ξυνήλγησε μέρους πονήσαντος ὅλη.* Ex communione bonorum et rei domesticae eximuntur opifices, De Rep. IV,

p. 421 C sqq.: quamquam aliter statuit in opere de Legibus, ubi agrorum cultura militantibus imponitur, opificia autem ad peregrinos relegantur, VIII, p. 846 D sqq. — b) Cf. De Rep. IX, p. 592 A. *ἐν ᾗ νῦν διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις, τῇ ἐν λόγοις κειμένῃ, ἐπεὶ γῆς γε οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκειται τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοικίζειν· διαφέρει δὲ οὐδέν, εἴτε που ἔστιν εἴτε ἔσται.* Quod cave ita accipias ac si talem civitatem omnino non posse existere putaverit, cf. Rep. V, p. 471 C, VI, p. 499 B, 502 B, VII, p. 540 D. Idem cadit in iustitiam et virum iustum, cf. ibid. V, p. 472 B sqq., Zeller *die Philos. d. Gr.* II, p. 298 sqq. Omnino de multis aliter iudicat in libris de Republica, aliter in libris de Legibus, qui civitates ac leges vere existentes magis respiciunt et a seniore compositi necdum ab ipso editi erant (n. 251, not.), ut sint qui hos libros si non Platoni abiudicandos, tamen ab editore discipulo passim interpolatos esse iudicent, v. Zeller *Platon. Stud.* p. 3—144, *Philos. d. Gr.* II, p. 317 sqq.

287 **De Legg. IX, p. 874 E.** *Νόμους ἀνθρώποις ἀναγκαῖον τίθεσθαι καὶ ζῆν κατὰ νόμους, ἢ μηδὲν διαφέρειν τῶν πάντῃ ἀγριωτάτων θηρίων. ἡ δὲ αἰτία τούτων ἥδε, ὅτι φύσις ἀνθρώπων οὐδενὸς ἱκανὴ φύεται ὥστε γνῶναί τε τὰ συμφέροντα ἀνθρώποις εἰς πολιτείαν καὶ γνοῦσα τὸ βέλτιστον ἀεὶ δύνασθαί τε καὶ ἐθέλειν πράττειν. γνῶναι μὲν γὰρ πρῶτον χαλεπὸν ὅτι πολιτικῇ καὶ ἀληθεῖ τέχνῃ οὐ τὸ ἴδιον ἀλλὰ τὸ κοινὸν ἀνάγκη μέλειν — τὸ μὲν γὰρ κοινὸν ξυνδεῖ, τὸ δὲ ἴδιον διασπᾷ τὰς πόλεις — καὶ ὅτι ξυμφέρει τῷ κοινῷ τε καὶ ἰδίῳ, τοῖν ἀμφοῖν ἢν τὸ κοινὸν τιθῆται καλῶς μᾶλλον ἢ τὸ ἴδιον· δεύτερον δέ, ἐὰν ἄρα καὶ τὸ γνῶναί τις ὅτι ταῦτα οὕτω πέφυκε λάβῃ ἱκανῶς ἐν τέχνῃ, μετὰ δὲ τοῦτο ἀνυπεύθυνός τε καὶ αὐτοκράτωρ ἄρξῃ πόλεως, οὐκ ἄν ποτε δύναιτο ἐμμεῖναι τούτῳ τῷ δόγματι καὶ διαβιῶναι τὸ μὲν κοινὸν ἡγούμενον τρέφων ἐν τῇ πόλει, τὸ δὲ ἴδιον ἑπόμενον τῷ κοινῷ, ἀλλ' ἐπὶ πλεονεξίαν καὶ ἰδιοπραγίαν ἡ θνητὴ φύσις αὐτὸν ὁρμήσει ἀεί, φεύγουσα μὲν ἀλόγως τὴν λύπην, διώκουσα δὲ τὴν ἡδονήν, τοῦ δὲ δικαιοτέρου τε καὶ ἀμείνονος ἐπίπροσθεν ἄμφω τούτω προστήσεται, καὶ σκότος*

ἀπεργαζομένη ἐν αὐτῇ πάντων κακῶν ἐμπλήσει πρὸς τὸ τέλος αὑτήν τε καὶ τὴν πόλιν ὅλην. ἐπεὶ ταῦτα εἴ ποτέ τις ἀνθρώπων φύσει ἱκανός, θείᾳ μοίρᾳ γεννηθείς, παραλαβεῖν δυνατὸς εἴη, νόμων οὐδὲν ἂν δέοιτο τῶν ἀρξόντων ἑαυτοῦ· ἐπιστήμης γὰρ οὔτε νόμος οὔτε τάξις οὐδεμία κρείττων, οὐδὲ θέμις ἐστὶ νοῦν οὐδενὸς ὑπήκοον οὐδὲ δοῦλον ἀλλὰ πάντων ἄρχοντα εἶναι, ἐάνπερ ἀληθινὸς ἐλεύθερός τε ὄντως ᾖ κατὰ φύσιν. νῦν δέ — οὐ γάρ ἐστιν οὐδαμοῦ οὐδαμῶς, ἀλλ' ἢ κατὰ βραχύ· διὸ δὴ τὸ δεύτερον αἱρετέον, τάξιν τε καὶ νόμον, ἃ δὴ τὸ μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὁρᾷ καὶ βλέπει, τὸ δ' ἐπὶ πᾶν ἀδυνατεῖ.

Cf. Polit. p. 294 A. *Τὸ δ' ἄριστον οὐ τοὺς νόμους ἐστὶν ἰσχύειν, ἀλλὰ ἄνδρα τὸν μετὰ φρονήσεως βασιλικόν.* Educationem puerorum ad civitatem regendam gravioris momenti quam ipsam legislationem esse arbitrabatur, De Rep. IV, p. 423 D sqq.: quocirca leges ita concipiendas esse dicit, ut institutioni simul inserviant, De Legg. IV, p. 719 E sqq., IX, p. 857 C sqq. Ipsa administratio civitatis nihil aliud ei quam educatio civium esse videbatur. Menex. p. 238 C. *Πολιτεία γὰρ τροφὴ ἀνθρώπων ἐστί, καλὴ μὲν ἀγαθῶν, ἡ δὲ ἐναντία κακῶν.*

2. Academia vetus.

Diog. L. III, 46. *Μαθηταὶ δ' αὐτοῦ (τοῦ Πλάτωνος) Σπεύσιππος Ἀθηναῖος, Ξενοκράτης Χαλκηδόνιος, Ἀριστοτέλης Σταγειρίτης, Φίλιππος Ὀπούντιος, Ἑστίαιος Περίνθιος, — Ἡρακλείδης Ποντικὸς καὶ ἄλλοι.* 288

De placitis Speusippi et Xenocratis, qui scholam in Academia propagabant, scripserant Aristoteles et Theophrastus, v. Diog. L. V, 25. 47; de Philippo Opuntio, qui Leges Platonis ediderat adiecta Epinomide (n. 251, not.; n. 286, not. b), v. Diog. L. III, 37 et Suid. v. *φιλόσοφος*, ubi plures libri ab eo editi enumerantur, cf. Boeckh in Plat. Min. p. 73, Ed. Zeller *Platon. Stud.* p. 135 sq. Hestiaeus et Heraclides nominantur inter eos qui Platonis acroamata perscripta publicaverant, cf. n. 249, not. Heraclides Ponticus, de Platonis disciplina ad Aristotelis transgressus, varia doctrina

magis quam inter philosophos notabilis erat, quamquam scripserat etiam de rebus mathematicis et astronomicis, cf. Deswert de Heraclide Pontico, Lovan. 1830, Brandis *Handb.* II, 2, 1, p. 5, Boeckh *üb. d. kosm. Syst. des Platon* p. 127 sqq. Omnes ad Pythagoreos propensiores erant, praeeunte, ut videtur, ipso Platone seniore.

a. Speusippus.

289 **Diog. L. IV, 1.** *Διεδέξατο δ' αὐτὸν* (sc. *Πλάτωνα*) *Σπεύσιππος — Ἀθηναῖος, — υἱὸς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Πωτώνης. καὶ ἐσχολάρχησεν ἔτη ὀκτώ, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος.*

H. e. ab a. 347, quo anno discessit Plato, usque ad a. 339. Ipse et successores, Xenocrates et Polemo, in horto Platonis prope Academiam habitabant, qui etiam inferioribus temporibus in possessione scholae mansit, v. Diog. L. IV, 1. 7, Plutarch. de exil. 10, Damasc. v. Isidori 158, Suid. v. *Πλάτων*, Zumpt in Commentatt. Acad. Berol. 1844, p. 32 sqq.

290 **Diog. L. IV, 2.** *Οὗτος πρῶτος — ἐν τοῖς μαθήμασιν ἐθεάσατο τὸ κοινὸν καὶ συνῳκείωσε καθόσον ἦν δυνατὸν ἀλλήλοις.*

Eodem redeunt quae scribit Themistius in Aristot. Anal. post. II, 13, Schol. in Arist. p. 248 a. *Σπεύσιππος δὲ οὐ καλῶς λέγει φάσκων ἀναγκαῖον εἶναι τὸν ὁριζόμενον πάντα εἰδέναι· δεῖ γάρ, φησίν, γιγνώσκειν τὰς διαφορὰς αὐτοῦ πάσας, αἷς τῶν ἄλλων διενήνοχεν.* Inter libros, qui recensentur ap. Diog. L. IV, 4. 5, *τὰ Ὅμοια* decem libris comprehensa et frequenter citata apud Athenaeum erant potissimum de rebus naturalibus.

291 **Sext. Emp. adv. Math. VII, 145.** *Σπεύσιππος δέ, ἐπεὶ τῶν πραγμάτων τὰ μὲν αἰσθητὰ τὰ δὲ νοητά, τῶν μὲν νοητῶν κριτήριον ἔλεξεν εἶναι τὸν ἐπιστημονικὸν λόγον, τῶν δὲ αἰσθητῶν τὴν ἐπιστημονικὴν αἴσθησιν. ἐπιστημονικὴν δὲ αἴσθησιν ὑπείληφε καθεστάναι τὴν μεταλαμβάνουσαν τῆς κατὰ τὸν λόγον ἀληθείας.* **146.** *ὥσπερ γὰρ οἱ τοῦ αὐλητοῦ ἢ ψάλτου δάκτυλοι τεχνικὴν μὲν εἶχον ἐνέργειαν, οὐκ ἐν αὐτοῖς δὲ προηγουμένως τελειουμένην, ἀλλ' ἐκ τῆς πρὸς τὸν λογισμὸν συνασκήσεως*

ἀπαρτιζομένην, καὶ ὡς ἡ τοῦ μουσικοῦ αἴσθησις ἐνάργειαν μὲν εἶχεν ἀντιληπτικὴν τοῦ τε ἡρμοσμένου καὶ τοῦ ἀναρμόστου, ταύτην δὲ οὐκ αὐτοφυῆ, ἀλλ' ἐκ λογισμοῦ περιγεγονυῖαν, οὕτω καὶ ἡ ἐπιστημονικὴ αἴσθησις φυσικῶς παρὰ τοῦ λόγου τῆς ἐπιστημονικῆς μεταλαμβάνει τριβῆς πρὸς ἀπλανῆ τῶν ὑποκειμένων διάγνωσιν.

Contrarium est inter id quod nobis innatum et semper in nobis est, velut ratio, et id quod exercitatione acquiritur, cf. Plato de Rep. VII, p. 518 supra in n. 282, not. Videtur igitur Speusippus sensibus plus quam magister tribuisse.

Arist. Met. *Z*, **2.** *Πλάτων τά τε εἴδη καὶ τὰ μαθηματικὰ δύο οὐσίας (οἴεται εἶναι), τρίτην δὲ τὴν τῶν αἰσθητῶν σωμάτων οὐσίαν. Σπεύσιππος δὲ καὶ πλείους οὐσίας ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ἀρξάμενος, καὶ ἀρχὰς ἑκάστης οὐσίας ἄλλην μὲν ἀριθμῶν, ἄλλην δὲ μεγεθῶν, ἔπειτα ψυχῆς· καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐπεκτείνει τὰς οὐσίας.* 292

De Platone v. supra n. 266, not. c, de Speusippo F. Ravaisson, Speusippi de primis rerum principiis placita, Paris. 1838, Brandis *Handb.* II, 2, 1, p. 10 sq. Numeros nonnisi mathematicos statuisse videtur, sublatis idealibus, v. Brandis ib. p. 15 sq.

Arist. Met. *Λ*, **7.** *Ὅσοι δὲ ὑπολαμβάνουσιν, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Σπεύσιππος, τὸ κάλλιστον καὶ ἄριστον μὴ ἐν ἀρχῇ εἶναι, διὰ τὸ καὶ τῶν φυτῶν καὶ τῶν ζῴων τὰς ἀρχὰς αἴτια μὲν εἶναι, τὸ δὲ καλὸν καὶ τέλειον ἐν τοῖς ἐκ τούτων, οὐκ ὀρθῶς οἴονται· τὸ γὰρ σπέρμα ἐξ ἑτέρων ἐστὶ προτέρων τελείων, καὶ τὸ πρῶτον οὐ σπέρμα ἐστίν, ἀλλὰ τὸ τέλειον.* 293

Vides eum diligentissimum rerum naturalium observatorem fuisse (cf. n. 290) et perfectum non id esse statuisse, unde inciperet natura, sed quod una cum rebus naturalibus perficeretur: unde profectus non solum unum esse idem atque bonum negabat, sed ne substantiam quidem ad unum referendam esse censebat, v. Arist. Met. *N*, 5. *διὸ καὶ ἐπὶ τῶν πρώτων οὕτως ἔχειν φησίν, ὥστε μηδὲ ὄν τι εἶναι τὸ ἓν αὐτό.* Consentaneum erat ut intellectum divinum h. e. deum et ab uno et a bono separandum esse

contenderet, v. Stob. Ecl. I, p. 58. *Σπεύσιππος τὸν νοῦν οὔτε τῷ ἑνὶ οὔτε τῷ ἀγαθῷ τὸν αὐτόν, ἰδιοφυῆ δέ.* Eodem faciunt quae leguntur ap. Cic. N. D. I, 13, 32. *nec multo secus Speusippus — — vim quandam dicens qua omnia regantur, eamque animalem, evellere ex animis conatur cognitionem deorum.* Cf. Krische *Forsch.* p. 250 sqq.

294 **Seneca Ep. 85, 15. Xenocrates et Speusippus putant beatum vel sola virtute fieri posse, non tamen unum bonum esse quod honestum est. Clem. Alex. Strom. II, p. 418 D.** Σπεύσιππος — τὴν εὐδαιμονίαν φησὶν ἕξιν εἶναι τελείαν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν, ἢ ἕξιν ἀγαθῶν· ἧς δὴ καταστάσεως ἅπαντας μὲν ἀνθρώπους ὄρεξιν ἔχειν, στοχάζεσθαι δὲ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς ἀοχλησίας· εἶεν δ' ἂν αἱ ἀρεταὶ τῆς εὐδαιμονίας ἀπεργαστικαί.

Videtur vetus Academia, cuius princeps est Speusippus, bona externa aliquanti aestimasse, sed non tanti ut ea ad beate vivendum necessaria putaverit, verum ut fere similiter statuerit atque Antiochus ap. Cic. Acad. pr. II, 43. 44. Neque de moribus quidquam inter Peripateticos et veterem Academiam differre arbitrabatur Cicero de Orat. III, 18, Acad. post. I, 4.

b. Xenocrates.

295 **Diog. L. IV, 6.** Ξενοκράτης — Χαλκηδόνιος· οὗτος ἐκ νέου Πλάτωνος ἤκουσεν, ἀλλὰ καὶ εἰς Σικελίαν αὐτῷ συναπεδήμησεν. ἦν δὲ τὴν φύσιν νωθρός, ὥστε λέγειν τὸν Πλάτωνα συγκρίνοντα αὐτὸν Ἀριστοτέλει· Τῷ μὲν μύωπος δεῖ, τῷ δὲ χαλινοῦ [a]. **10.** πρὸς δὲ τὸν μήτε μουσικὴν μήτε γεωμετρίαν μήτε ἀστρονομίαν μεμαθηκότα, βουλόμενον δὲ παρ' αὐτὸν φοιτᾶν· Πορεύου, ἔφη, λαβὰς γὰρ οὐκ ἔχεις φιλοσοφίας. **14.** διεδέξατο δὲ Σπεύσιππον καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη ἐπὶ Λυσιμαχίδου ἀρξάμενος κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος [b].

a) Diligentia compensabat quod ingenio deerat, v. Plut. de Rect. Rat. Aud. 18. Etiam morum integritate ac severitate admodum inter cives spectabilis erat. Platonem in Siciliam proficiscentem etiam Speusippus comitatus erat, v. Plut. Dio 17. 22. — b) Ab

a. 339 usque ad a. 315. De libris, quibus et dialecticam et physicam et moralem attigerat, inter quas philosophiae partes primus accuratius distinxisse dicitur (n. 257), v. Diog. L. IV, 11—14, Brandis *Handb.* II, 2, 1, p. 36.

Sext. Empir. adv. Math. VII, 147. *Ξενοκράτης δὲ τρεῖς φησὶν οὐσίας εἶναι, τὴν μὲν αἰσθητήν, τὴν δὲ νοητήν, τὴν δὲ σύνθετον καὶ δοξαστήν· ὧν αἰσθητὴν μὲν εἶναι τὴν ἐντὸς οὐρανοῦ, νοητὴν δὲ πάντων τῶν ἐκτὸς οὐρανοῦ, δοξαστὴν δὲ καὶ σύνθετον τὴν αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ· ὁρατὴ μὲν γάρ ἐστι τῇ αἰσθήσει, νοητὴ δὲ δι' ἀστρολογίας.* **148.** *τούτων μέντοι τοῦτον ἐχόντων τὸν τρόπον τῆς μὲν ἐκτὸς οὐρανοῦ καὶ νοητῆς οὐσίας κριτήριον ἀπεφαίνετο τὴν ἐπιστήμην, τῆς δὲ ἐντὸς οὐρανοῦ καὶ αἰσθητῆς αἴσθησιν, τῆς δὲ μικτῆς τὴν δόξαν· καὶ τούτων κοινῶς τὸ μὲν διὰ τοῦ ἐπιστημονικοῦ λόγου κριτήριον βέβαιόν τε ὑπάρχειν καὶ ἀληθές, τὸ δὲ διὰ τῆς αἰσθήσεως ἀληθὲς μέν, οὐχ οὕτω δὲ ὡς τὸ διὰ τοῦ ἐπιστημονικοῦ λόγου, τὸ δὲ σύνθετον κοινὸν ἀληθοῦς τε καὶ ψευδοῦς ὑπάρχειν·* **149.** *τῆς γὰρ δόξης τὴν μέν τινα ἀληθῆ εἶναι, τὴν δὲ ψευδῆ· ὅθεν καὶ τρεῖς Μοίρας παραδεδόσθαι, Ἄτροπον μὲν τὴν τῶν νοητῶν ἀμετάθετον οὖσαν, Κλωθὼ δὲ τὴν τῶν αἰσθητῶν, Λάχεσιν δὲ τὴν τῶν δοξαστῶν* [a]. 296

a) Cf. Plat. de Rep. X, p. 617 B sqq., ubi eadem facultas Atropo tribuitur, reddendi *τὰ ἐπικλωσθέντα ἀμετάστροφα.* Facit haec doctrina eodem quo antecedentia placita, ut sensibus plus tribuatur quam Plato iis concesserat, cf. n. 291. Neque id Platonicae doctrinae consentaneum, quod inter tres illos cogitandi modos distinguitur velut inter partes discretas et separatas.

Stob. Ecl. I, p. 62. *Ξενοκράτης — τὴν μονάδα καὶ τὴν δυάδα θεούς, τὴν μὲν ὡς ἄρρενα πατρὸς ἔχουσαν τάξιν ἐν οὐρανῷ βασιλεύουσαν, ἥντινα προσαγορεύει καὶ Ζῆνα καὶ περιττὸν καὶ νοῦν, ὅστις ἐστὶν αὐτῷ πρῶτος θεός· τὴν δὲ ὡς θήλειαν μητρὸς θεῶν δίκην τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν λήξεως ἡγουμένην, ἥτις ἐστὶν αὐτῷ ψυχὴ* 297

τοῦ παντός [a]. θεὸν δὲ εἶναι καὶ τὸν οὐρανόν, καὶ τοὺς ἀστέρας πυρώδεις Ὀλυμπίους θεούς [b], καὶ ἑτέρους ὑποσελήνους δαίμονας ἀοράτους. ἀρέσκει δὲ αὐτῷ καὶ θεῶν δυνάμεις ἐνδιήκειν ἐν τοῖς ὑλικοῖς στοιχείοις *)· τούτων δὲ τὴν μὲν δι' ἀέρος **) Ἥραν προσαγορεύει, τὴν δὲ διὰ τοῦ ὑγροῦ Ποσειδῶνα, τὴν δὲ διὰ τῆς γῆς φυτοσπόρου ***) Δήμητραν [c]. ταῦτα δὲ χορηγήσας τοῖς Στωϊκοῖς τὰ πρότερα παρὰ τοῦ Πλάτωνος μεταπέφρακεν.

a) Aliud contrarium indicatur Clem. Alex. Strom. V, p. 604 C. Ξενοκράτης — τὸν μὲν ὕπατον Δία, τὸν δὲ νέατον καλῶν ἔμφασιν πατρὸς ἀπολείπει καὶ υἱοῦ, h. e. Dei patris et Dei filii. Sequebatur in hoc Pythagoreos, sicut in multis. *Ζεὺς νέατος* est Pluto, cf. Lobeck Agl. p. 1098. Aliter Plutarch. Plat. Qu. IX, 1. Ξενοκράτης Δία τὸν ἐν μὲν τοῖς κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσιν ὕπατον καλεῖ, νέατον δὲ τὸν ὑπὸ σελήνην. A Platone eo differt quod dyadi divinum honorem tribuebat, tanquam fundamento rerum materialium: quo pertinet quod malos daemonas esse statuebat, lustrationibus et mysticis sacrificiis placandos, v. Plut. de Is. et Osir. 25. 26, et quod fabulam de Zagrei per Titanas dilaceratione ad animae cum corpore coniunctionem retulisse perhibetur, v. Comment. ined. in Platon. Phaed. ap. Cousin *Journ. d. Savans.* 1835, p. 145. Tertull. ad Nat. II, 2. *Xenocrates Academicus bifariam facit* (formam divinitatis), *Olympios et Titanios, qui de caelo et terra.* — b) Cf. Cic. de Nat. Deor. I, 13, 34, Krische *Forschungen* p. 311 sqq. Paulo secus Clem. Alex. Protr. p. 44 A. Ξενοκράτης ἑπτὰ μὲν θεοὺς τοὺς πλανήτας, ὄγδοον δὲ τὸν ἐκ τῶν ἀπλανῶν †) συνεστῶτα κόσμον αἰνίττεται. — c) Mythologia Xenocratis prorsus alia fuisse videtur atque Platonis. De daemonibus quidem similiter statuebat, Arist. Top. II, 6. Ξενοκράτης φησὶν εὐδαίμονα εἶναι τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα σπουδαίαν· ταύτην γὰρ ἑκάστου εἶναι δαίμονα. Stob. Serm. CIV, 24, cf. Plat. de Rep. X, p. 617 D. Sed alienum a Platone quod malos daemonas esse volebat, sacris publicis colendos, et quod daemonas per universam rerum naturam et per ipsa elementa corporum pertinere accipiebat, in quo erat superstitiosior.

*) In libris est ἀρέσκεται δὲ καὶ αὐτὸς καὶ ἐνδιήκειν vel ἐνδιοικεῖν τ. ὑλ. στ. Cf. Sext. Emp. adv. Math. VIII, 41. αἱ ἐνδιήκουσαι ἐν τοῖς κατὰ μέρος κοινότητες. Paulo aliter Krische *Forsch.* p. 323. — **) Vulg. τὴν μὲν ἀειδῆ προσαγ. Emend. Heeren. — ***) Vulg. φυτοσπόρον. — †) Vulg. πάντων αὐτῶν. Emend. Dawis ad Cic. N. D. l. c.

Plut. de Anim. Procr. in Timaeo 1. *Ἐπεὶ δὲ τῶν* 298
δοκιμωτάτων ἀνδρῶν τοὺς μὲν Ξενοκράτης προσηγάγετο, τῆς ψυχῆς τὴν οὐσίαν ἀριθμὸν αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ κινούμενον ἀποφηνάμενος, οἱ δὲ Κράντορι τῷ Σολιεῖ προσέθεντο μιγνύντι τὴν ψυχὴν ἔκ τε τῆς νοητῆς καὶ τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστῆς φύσεως, οἶμαί τι τὴν τούτων ἀνακαλυφθέντων σαφήνειαν ἐνδόσιμον ἡμῖν παρέχειν 2. *οἱ μὲν γὰρ οὐδὲν ἢ γένεσιν ἀριθμοῦ δηλοῦσθαι νομίζουσι τῇ μίξει τῆς ἀμερίστου καὶ μεριστῆς οὐσίας· ἀμέριστον μὲν γὰρ εἶναι τὸ ἕν, μεριστὸν δὲ τὸ πλῆθος, ἐκ δὲ τούτων γίγνεσθαι τὸν ἀριθμὸν τοῦ ἑνὸς ὁρίζοντος τὸ πλῆθος καὶ τῇ ἀπειρίᾳ πέρας ἐντιθέντος, ἣν καὶ δυάδα καλοῦσιν ἀόριστον. — — τοῦτον δὲ μήπω ψυχὴν τὸν ἀριθμὸν εἶναι· τὸ γὰρ κινητικὸν καὶ τὸ κινητὸν ἐνδεῖν αὐτῷ. τοῦ δὲ ταὐτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου συμμιγέντων, ὧν τὸ μέν ἐστι κινήσεως ἀρχὴ καὶ μεταβολῆς, τὸ δὲ μονῆς, ψυχὴν γεγονέναι, μηδὲν ἧττον τοῦ ἱστάναι καὶ ἵστασθαι δύναμιν ἢ τοῦ κινεῖσθαι καὶ κινεῖν οὖσαν. οἱ δὲ περὶ τὸν Κράντορα κτλ — —* 3. *ὁμαλῶς δὲ πάντες οὗτοι χρόνῳ μὲν οἴονται τὴν ψυχὴν μὴ γεγονέναι μηδ' εἶναι γεννητήν, πλείονας δὲ δυνάμεις ἔχειν, εἰς ἃς ἀναλύοντα θεωρίας ἕνεκα τὴν οὐσίαν αὐτῆς τὸν Πλάτωνα γιγνομένην ὑποτίθεσθαι καὶ συγκεραννυμένην.*

Spectant haec Platonis Timaeum p. 35 A, cf. Aristot. de Coelo I, 10 cum Scholiis Simplicii (supra n. 268, not. a). Animae definitio, qua dicitur esse numerus se ipse movens, identidem commemoratur apud Aristotelem, sed Xenocrate non nominato, De An. I, 2. 4; Anal. post. II, 4. De dyade infinita cf. supra n. 110 et n. 266 not. e.

Clem. Alex. Strom. V, p. 590 C. *Καθόλου γοῦν τὴν* 299
περὶ τοῦ θείου ἔννοιαν Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος οὐκ ἀπελπίζει καὶ ἐν τοῖς ἀλόγοις ζῴοις.

Cf. Olympiodor. in Plat. Phaed. ap. Cousin *Journ. d. Sav.* 1835, p. 145. *οἱ δὲ μέχρι τῆς ἀλογίας (ἀποθανατίζουσιν), ὡς τῶν*

παλαιῶν Ξενοκράτης καὶ Σπεύσιππος: ut animalibus etiam animas immortales et divini intellectus partem tribuerit, cf. n. 293, not.

300 Simpl. Phys. fol. 30 a. *Τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ φησὶ* (sc. *Ἀλέξανδρος ὁ Ἀφροδισιεὺς*) *τῷ περὶ τὰς διχοτομίας ἐνδοῦναι Ξενοκράτη τὸν Χαλκηδόνιον δεξάμενον μὲν τὸ πᾶν τὸ διαιρετὸν πολλὰ εἶναι (τὸ γὰρ μέρος ἕτερον εἶναι τοῦ ὅλου), καὶ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ταὐτὸν ἕν τε ἅμα καὶ πολλὰ εἶναι (διὰ τὸ μὴ συναληθεύεσθαι τὴν ἀντίφασιν) μηκέτι συγχωρεῖν πᾶν μέγεθος διαιρετὸν εἶναι καὶ μέρος ἔχειν· εἶναι γάρ τινας ἀτόμους γραμμάς, ἐφ' ὧν οὐκέτι ἀληθεύεσθαι τὸ πολλὰς ταύτας εἶναι· οὕτω γὰρ ᾤετο τὴν τοῦ ἑνὸς εὑρίσκειν φύσιν καὶ φεύγειν τὴν ἀντίφασιν διὰ τοῦ μήτε τὸ διαιρετὸν ἓν εἶναι ἀλλὰ πολλά, μήτε τὰς ἀτόμους γραμμὰς πολλὰ ἀλλ' ἓν μόνον.*

Ab aliis haec de lineis insecabilibus doctrina revocatur ad dubitationes de dichotomia corporum a Zenone excitatas, v. Aristot. de Lin. Insec. in. Quas dubitationes etiamsi evitare studuerit Xenocrates, tamen non sequebatur ut assereret insecabile lineam esse: quod placitum ad eam potius Platonis doctrinam referendum videtur, qua elementa ad triangula laterum disparium revocabantur, cf. Brandis *Handb.* II, 2, 1, p. 30 sq. Ex eadem triangulorum discrepantia Xenocrates differentiam deorum et daemonum et mortalium derivandam putabat, Plut. de Orac. Def. 13.

301 Clem. Alex. Strom. II, p. 419 A. *Ξενοκράτης — τὴν εὐδαιμονίαν ἀποδίδωσι κτῆσιν τῆς οἰκείας ἀρετῆς καὶ τῆς ὑπηρετικῆς αὐτῇ δυνάμεως. εἶτα ὡς μὲν ἐν ᾧ γίγνεται φαίνεται λέγων τὴν ψυχήν, ὡς δ' ὑφ' ὧν τὰς ἀρετάς, ὡς δὲ ἐξ ὧν ὡς μερῶν τὰς καλὰς πράξεις καὶ τὰς σπουδαίας ἕξεις τε καὶ διαθέσεις καὶ κινήσεις καὶ σχέσεις, ὡς τούτων οὐκ ἄνευ τὰ σωματικὰ καὶ τὰ ἐκτός.*

Bonam vitam et beatam vitam eodem venire putabat, v. Arist. Top. VII, 1, Cic. Tusc. V, 13, sed praeter bonas res et malas etiam tales admisit, quae neque bonae neque malae essent, Sext. Empir. adv. Math. XI, 4 sqq. Neque sapientiam (*σοφίαν*) et prudentiam (*φρόνησιν*) cum Platone eandem esse putabat, sed illam theoreticam hanc practicam, v. Clem. Alex. Strom. II, p. 369 C. *ἐπεὶ καὶ*

Ξενοκράτης ἐν τῷ περὶ φρονήσεως τὴν σοφίαν ἐπιστήμην τῶν πρώτων αἰτίων καὶ τῆς νοητῆς οὐσίας εἶναί φησιν, τὴν φρόνησιν ἡγούμενος διττήν, τὴν μὲν πρακτικὴν τὴν δὲ θεωρητικήν, ἣν δὴ σοφίαν ὑπάρχειν ἀνθρωπίνην. διόπερ ἡ μὲν σοφία φρόνησις, οὐ μὴν πᾶσα φρόνησις σοφία. Cf. Cic. Acad. II, 44. Praeclara eius sententia est, *μηδὲν διαφέρειν ἢ τοὺς πόδας ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν τιθέναι,* Aelian. V. H. XIV, 42.

c. Polemo, Crates, Crantor.

Cic. Acad. post. I, 9, 34. Speusippus autem et Xenocrates, qui primi Platonis rationem auctoritatemque susceperunt, et post hos Polemo [a] et Crates [b] unaque Crantor [c] in Academia congregati diligenter ea quae a superioribus acceperant tuebantur. 302

a) Polemo Atheniensis cum adolescens dissolutis moribus esset, Xenocratis gravitate ac sermonibus motus resipiscere coepit eique mox in Academia successit, Diog. L. IV, 16 sqq., Horat. Satir. II, 3, 253 sqq., Lucian. Bis Accus. 16, Valer. Max. VI, 9, 15, al. Scholae praefuisse videtur ab a. 315 usque ad a. 270, v. Clinton F. H. ad a. 315. In doctrina nihil mutasse, sed moralem maxime partem coluisse videtur, cf. Diog. L. IV, 18. *ἔφασκε δὲ ὁ Πολέμων δεῖν ἐν τοῖς πράγμασι γυμνάζεσθαι καὶ μὴ ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς θεωρήμασι.* Cic. Acad. pr. II, 42. *Honeste — vivere, fruentem rebus iis, quas primas homini natura conciliet, et vetus Academia censuit, ut indicant scripta Polemonis, quem Antiochus probat maxime, et Aristoteles* etc., cf. De Fin. II, 11, IV, 6, al. — b) Crates Atheniensis Polemoni coniunctissimus erat eique in schola successit, v. Diog. L. IV, 21, Clinton F. H. ad a. 287, 278. Eum in Academia secutus est Arcesilas, v. infra n. 437. — c) Crantor Solensis Xenocratem una cum Polemone audiverat, sed ante Polemonem et Cratetem mortuus est, v. Diog. L. IV, 24 sq. Hic primus librorum Platonicorum interpres fuisse dicitur, v. Procl. in Tim. p. 24 et supra n. 298. Scripserat librum celeberrimum *περὶ πένθους,* v. Cic. Acad. pr. II, 44, 135. *Legimus omnes Crantoris, veteris Academici, de luctu. Est enim non magnus, verum aureolus et ut Tuberoni Panaetius praecipit ad verbum ediscendus libellus.* Cf. F. Kayser de Crantore Academico, Heidelb. 1841.

CAPUT VII.

ARISTOTELES ET PERIPATETICI.

1. Aristoteles.

a. De vita eius ac scriptis.

303 **Dionys. Hal. Ep. I. ad Ammaeum c. 5.** *Ἀριστοτέλης υἱὸς μὲν ἦν Νικομάχου τὸ γένος καὶ τὴν τέχνην ἀναφέροντος εἰς Μαχάονα τὸν Ἀσκληπιοῦ* [a], *μητρὸς δὲ Φαιστίδος, ἀπογόνου τινὸς τῶν ἐκ Χαλκίδος τὴν ἀποικίαν ἀναγαγόντων εἰς Στάγειρα* [b]. *ἐγεννήθη δὲ κατὰ τὴν ἐνενηκοστὴν καὶ ἐννάτην Ὀλυμπιάδα, Διοτρεφοῦς Ἀθήνησιν ἄρχοντος* [c]. — — *ἐπὶ δὲ Πολυζήλου ἄρχοντος τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχων εἰς Ἀθήνας ἦλθε καὶ συσταθεὶς Πλάτωνι χρόνον εἰκοσαετῆ διέτριψε σὺν αὐτῷ* [d]. *ἀποθανόντος δὲ Πλάτωνος ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέως τύραννον* [e] *καὶ τριετῆ χρόνον παρ' αὐτοῦ τρίψας ἐπ' Εὐβούλου ἄρχοντος εἰς Μυτιλήνην ἐχωρίσθη. ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Φίλιππον ἤρχετο, κατὰ Πυθόδοτον ἄρχοντα, καὶ διέτριψε χρόνον ὀκταετῆ παρ' αὐτῷ καθηγούμενος Ἀλεξάνδρου* [f]. *μετὰ δὲ τὴν Φιλίππου τελευτὴν ἐπ' Εὐαινέτου ἄρχοντος ἀφικόμενος εἰς Ἀθήνας ἐσχόλαξεν ἐν Λυκείῳ χρόνον ἐτῶν δώδεκα. τῷ δὲ τρισκαιδεκάτῳ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτήν, ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος, ἐπάρας εἰς Χαλκίδα* [g] *νόσῳ τελευτᾷ, τρία πρὸς τοῖς ἑξήκοντα βιώσας ἔτη.*

a) Quae gens sequebatur professionem medicinae et physicae, ut harum artium scientia Aristoteli patria fuerit, cf. Suid. s. v. *Νικόμαχος*. Pater Aristotelis erat medicus Amyntae, regis Macedonici, Philippi patris, Diog. L. V, 1. — b) Inde Aristoteles Stagirita. — c) H. e. Ol. 99, 1, cf. Diog. L. V, 9 sq., ex quo loco apparet omnes illas notationes chronologicas ex Apollodoro sumtas esse. — d) Diog. L. l. l. Aristotelem perhibet decimo septimo aetatis anno ad Platonem perrexisse. Platone vero non continuo utebatur; iste enim eo

ipso anno in Siciliam ad Dionysium profectus est, neque Aristoteles inter comites nominatur, neque in secunda neque in tertia peregrinatione. Quod affirmant multi, Aristotelem in simultate cum magistro fuisse, natum videtur ex eo quod in multis postea contradicebat Platoni; invidiae vero calumniaeque, quae multa turpiter de Aristotele finxit, tribuendum quod memoratur ingrato animo in magistrum fuisse, v. Aristocl. ap. Euseb. Pr. Ev. XV, 2, Brandis *Handb.* II, 2, 1, p. 50 sqq., 63 sqq. — e) Hermias eunuchus erat et servus Eubuli, qui ex trapezita evaserat Atarnensium et Assensium tyrannus. Huius negotia procurans Athenas venit Hermias, ubi Platonem audiebat. Deinde Eubulum in illa tyrannide sequebatur Aristotelemque et Xenocratem ad se vocabat. Aristoteli fratris filiam in matrimonium dedit, ex qua ille filiam suscepit, qui has regiones tunc demum deseruit cum periisset Hermias per Memnonem proditus, v. Strab. XIII, p. 610; Diog. L. V, 3; Boeckh in Commentatt. Acad. Berol. 1853, p. 133 sqq. Carmen ab Aristotele in honorem Hermiae compositum servavit Diog. L. V, 7. Praeter filiam ex Pythiade susceptam filium habuit Nicomachum ex Harpyllide concubina, quam ei Hermias concessisse traditur, v. Diog. L. V, 1. 4; Suid. s. v. Ἀριστοτέλης. — f) De Alexandro ab Aristotele instituto v. Plut. V. Alex. c. 7 sqq., qui tamen magis coniecturas quam certam memoriam sequi videtur. Alexander magistrum accepit tredecim annos natus; sed non continuo eo usus esse videtur, cum Philippus mature filium ad civitatem administrandam adhiberet. Multa traduntur de beneficiis ab Alexandro in Aristotelem collatis, inprimis de praesidiis historiae naturalis, quae ei rex ex intima Asia misisse perhibetur, Plin. H. N. VIII, 16; Athen. IX, p. 398 E. Qua gratia ante mortem Alexandri excidit propter Callisthenem, v. Diog. L. V, 10; Plut. V. Alex. c. 8. 55. Sunt qui narrent venenum, quo Alexandrum necatum tradunt, ab Aristotele subministratum esse, v. Plut. V. Alex. 77. — g) Chalcidem, quae urbs prae ceteris litteris florebat, teste Dicaearcho fragm. p. 30 Buttm., concessisse fertur cum esset impietatis accusatus propter carmen illud in Hermiam compositum, quod paeanem dicebant accusatores, v. Phavorin. ap. Diog. L. V, 5 coll. Athen. XV, p. 696 sq., qui ipsum Aristotelem citat ἐν τῇ ἀπολογίᾳ τῆς ἀσεβείας, quae scriptio erat subditicia. Accusatio ista incidit in tempora belli Lamiaci, cum Aristoteles studeret partibus Antipatri, unde omnis illa invidia conflata esse videtur.

Gellius Noct. Att. XX, 5. Commentationum suarum artiumque, quas discipulis tradebat, Aristoteles philoso- 304

phus — duas species habuisse dicitur: alia erant quae nominabat ἐξωτερικά, alia quae appellabat ἀκροατικά. Ἐξωτερικὰ dicebantur quae ad rhetoricas meditationes facultatemque argutiarum civiliumque rerum notitiam conducebant, ἀκροατικὰ autem vocabantur in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur quaeque ad naturae contemplationes disceptationesve dialecticas pertinebant. Huic disciplinae quam dixi ἀκροατικῇ tempus exercendae dabat in Lycio matutinum, nec ad eam quemquam temere admittebat nisi quorum ante ingenium et eruditionis elementa atque in discendo studium laboremque explorasset. Illas vero exotericas auditiones exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat easque vulgo iuvenibus sine delectu praebebat; atque eum δειλινὸν περίπατον appellabat, illum alterum supra ἑωθινόν: utroque enim tempore ambulans disserebat. Libros quoque suos, earum omnium rerum commentarios, seorsum divisit, ut alii exoterici dicerentur, partim acroatici.

Insignis auctoritas huius loci est, quum in sequentibus provocet ad Andronicum, de quo v. loc. sq. Ad exercitationes exotericas pertinet quod dicit Cicero Orat. 14, 60. *In hac* (quaestione a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem traducta) *Aristoteles adolescentes non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in utramque partem, ut ornatius et uberius dici possit, exercuit*: de quibus exercitationibus πρὸς θέσεις instituendis (cf. in Protagora p. 184, not. c), quibus post Aristotelem praeerat Theophrastus, cf. M. Schmidt de Theophrasto rhetore p. 28 sq. Nomen ἐξωτερικοὶ λόγοι identidem reperitur in libris Aristotelicis, non vero ἀκροατικά, ἐσωτερικά, vel tale quid. Ex Eth. Nic. I, 13 apparet ἐξωτερικοὺς λόγους esse disputationes minus accuratas, parum ad normam scientiae exactas; sed ambiguum eodem loco est utrum hi λόγοι fuerint perscripti an sermones extra scholam habiti, cf. Madvig ad Cic. de Fin. Exc. VII, p. 851 sqq., Brandis l. c. p. 101 sq. Ad libros exotericos retuleris dialogos, qui erant populariter scripti, v. Cic. de Fin. V, 5; ad Att. IV, 16, 2; cf. ad Att. XIII, 19, 4; ad Famil. I, 9, 23; Plut. adv. Colot. c. 14; Ammon. Herm. ad Arist. Cat. AA, fol. 2 b Ald. A Simplicio Phys. fol. 2 b etiam historici libri Aristotelis ad exote-

φαντάσματος ἡ ψυχή. — e) Sensus interprete Trendelenburgio ad Arist. An. p. 172, Elem. log. p. 153 sq.: A generali aliqua notitia ad generalius proceditur, dum ad ultima perveniatur (*τὰ ἀμερῆ καὶ τὰ καθόλου*). Sensu animal percipitur individuum; pluribus eiusdem formae perceptis certum animalium genus cogitatur (*τοιονδὶ ζῷον*); pluribus generibus collatis ad ultimam universi animalis notitiam acceditur. *Ἀμερὲς* est id quod partibus vacat, sive spatio continentur sive notione; nam *μέρος* etiam notionis dicitur, Met. Δ, 25. *ἔτι τὰ ἐν τῷ λόγῳ τῷ δηλοῦντι ἕκαστον καὶ ταῦτα μόρια τοῦ ὅλου· διὸ τὸ γένος τοῦ εἴδους καὶ μέρος λέγεται, ἄλλως δὲ τὸ εἶδος τοῦ γένους μέρος,* cf. Z, 10. Phys. II, 3. Quo quid magis generale est, eo pauciores in se ipso notas complectitur. Hae notae quoniam notionis partes sunt, summum genus *ἀμερὲς* est, reliqua vero comparate *ἀμερῆ* dici possunt. — f) Scientia, quoniam tota posita est in syllogismis et demonstrationibus, primum aliquid postulat unde et syllogismus et demonstratio deducatur, cf. n. 317. Ipsa igitur cum summum veritatis principium esse nequeat, veritatis fides aut nulla est aut penes intellectum, non illum quidem e sensuum comparatione et inductione pendentem et quasi patientem, sed agentem illum et divinum, de quo dicetur infra n. 329. 330.

d. Prima philosophia.

Met. Γ, 1. *Ἔστιν ἐπιστήμη τις ἣ θεωρεῖ τὸ ὂν ᾗ ὂν* 320
καὶ τὰ τούτῳ ὑπάρχοντα καθ' αὑτό. αὕτη δ' ἐστὶν οὐδεμιᾷ τῶν ἐν μέρει λεγομένων ἡ αὐτή· οὐδεμία γὰρ τῶν ἄλλων ἐπισκοπεῖ καθόλου περὶ τοῦ ὄντος ᾗ ὄν, ἀλλὰ μέρος αὐτοῦ τι ἀποτεμόμεναι περὶ τούτου θεωροῦσι τὸ συμβεβηκός, οἷον αἱ μαθηματικαὶ τῶν ἐπιστημῶν. ἐπεὶ δὲ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἀκροτάτας αἰτίας ζητοῦμεν, δῆλον ὡς φύσεώς τινος αὐτὰς ἀναγκαῖον εἶναι καθ' αὑτήν *). *εἰ οὖν καὶ οἱ τὰ στοιχεῖα τῶν ὄντων ζητοῦντες ταύτας τὰς ἀρχὰς ἐζήτουν, ἀνάγκη καὶ τὰ στοιχεῖα τοῦ ὄντος εἶναι μὴ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλ' ᾗ ὄντα* **)· *διὸ καὶ ἡμῖν τοῦ ὄντος ᾗ ὂν τὰς πρώτας αἰτίας ληπτέον.*

Prima philosophia in primas inquirit causas et in summa principia, cf. n. 308. Sequitur ut versetur in cognoscendis causis

*) Alex. vel *καθ' αὑτὰς* vel *καθ' αὑτό* in textu habuisse videtur. — **) Bonitz comm. p. 172 scrib. censet *ᾗ ὄν*.

non accidentis cuiusquam (*κατὰ συμβεβηκός*), sed naturae cuiusdam (*φύσεώς τινος*) h. e. substantiae per se existentis. Huius igitur substantiae (*τοῦ ὄντος*) causae perinde nobis sunt investigandae atque veteres physiologi rerum omnium (*τῶν ὄντων*) quaesiverunt elementa, h. e. tanquam ultima et summa principia.

321 Met. Γ, 2. *Τὸ δὲ ὂν λέγεται μὲν πολλαχῶς, ἀλλὰ πρὸς ἓν καὶ μίαν τινὰ φύσιν, καὶ οὐχ ὁμωνύμως, ἀλλ' ὥσπερ καὶ τὸ ὑγιεινὸν ἅπαν πρὸς ὑγίειαν, τὸ μὲν τῷ φυλάττειν, τὸ δὲ τῷ ποιεῖν, τὸ δὲ τῷ σημεῖον εἶναι τῆς ὑγιείας, τὸ δ' ὅτι δεκτικὸν αὐτῆς. — — οὕτω δὲ καὶ τὸ ὂν λέγεται πολλαχῶς μέν, ἀλλ' ἅπαν πρὸς μίαν ἀρχήν· τὰ μὲν γὰρ ὅτι οὐσίαι ὄντα λέγεται, τὰ δ' ὅτι πάθη οὐσίας, τὰ δ' ὅτι ὁδὸς εἰς οὐσίαν, ἢ φθοραὶ ἢ στερήσεις ἢ ποιότητες ἢ ποιητικὰ ἢ γεννητικὰ οὐσίας, ἢ τῶν πρὸς τὴν οὐσίαν λεγομένων, ἢ τούτων τινὸς ἀποφάσεις ἢ οὐσίας· διὸ καὶ τὸ μὴ ὂν εἶναι μὴ ὄν φαμεν. καθάπερ οὖν καὶ τῶν ὑγιεινῶν ἁπάντων μία ἐπιστήμη ἐστίν, ὁμοίως τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. οὐ γὰρ μόνον τῶν καθ' ἓν λεγομένων ἐπιστήμης ἐστὶ θεωρῆσαι μιᾶς, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸς μίαν λεγομένων φύσιν· καὶ γὰρ ταῦτα τρόπον τινὰ λέγεται καθ' ἕν. δῆλον οὖν ὅτι καὶ τὰ ὄντα μιᾶς θεωρῆσαι ᾗ ὄντα. πανταχοῦ δὲ κυρίως τοῦ πρώτου ἡ ἐπιστήμη, καὶ ἐξ οὗ τὰ ἄλλα ἤρτηται, καὶ δι' ὃ λέγονται. εἰ οὖν τοῦτ' ἐστὶν ἡ οὐσία, τῶν οὐσιῶν ἂν δέοι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας ἔχειν τὸν φιλόσοφον.*

In sequentibus primam philosophiam certissima omnium principia sequi debere demonstrat; certissimum autem omnium esse illud principium, quo idem eidem rei non posse simul et inesse et non inesse ponatur, v. n. 314. Quod principium qui verum esse infitietur, ab eo omnem rerum veritatem ac substantiam tolli, ut nihil nisi per accidens praedicari possit, Met. Γ, 4. *ὅλως δ' ἀναιροῦσιν οἱ τοῦτο λέγοντες οὐσίαν καὶ τὸ τί ἦν εἶναι. πάντα γὰρ ἀνάγκη συμβεβηκέναι φάσκειν αὐτοῖς, καὶ τὸ ὅπερ ἀνθρώπῳ εἶναι ἢ ζώῳ εἶναι τί ἦν εἶναι μὴ εἶναι.* Inde sequi ut omnia sint idem et alia absurda.

Cat. 5. Οὐσία δέ ἐστιν ἡ κυριώτατά τε καὶ πρώτως 322
καὶ μάλιστα λεγομένη, ἣ μήτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται μήτ' ἐν ὑποκειμένῳ τινί ἐστιν, οἷον ὁ τὶς ἄνθρωπος ἢ ὁ τὶς ἵππος. δεύτεραι δὲ οὐσίαι λέγονται, ἐν οἷς εἴδεσιν αἱ πρώτως οὐσίαι λεγόμεναι ὑπάρχουσι. ταῦτά τε καὶ τὰ τῶν εἰδῶν τούτων γένη, οἷον ὁ τὶς ἄνθρωπος ἐν εἴδει μὲν ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ, γένος δὲ τοῦ εἴδους ἐστὶ τὸ ζῷον· δεύτεραι οὖν αὗται λέγονται οὐσίαι, οἷον ὅ τε ἄνθρωπος καὶ τὸ ζῷον. — — Τῶν δὲ δευτέρων οὐσιῶν μᾶλλον οὐσία τὸ εἶδος τοῦ γένους· ἔγγιον γὰρ τῆς πρώτης οὐσίας ἐστίν. ἐὰν γὰρ ἀποδιδῷ τις τὴν πρώτην οὐσίαν τί ἐστι, γνωριμώτερον καὶ οἰκειότερον ἀποδώσει τὸ εἶδος ἀποδιδοὺς ἤπερ τὸ γένος, οἷον τὸν τινὰ ἄνθρωπον ἀποδιδοὺς γνωριμώτερον ἂν ἀποδοίη ἄνθρωπον ἢ ζῷον ἀποδιδούς· τὸ μὲν γὰρ ἴδιον μᾶλλον τοῦ τινὸς ἀνθρώπου, τὸ δὲ κοινότερον. — — Πᾶσα δὲ οὐσία δοκεῖ τόδε τι σημαίνειν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων οὐσιῶν ἀναμφισβήτητον καὶ ἀληθές ἐστιν ὅτι τόδε τι σημαίνει· ἄτομον γὰρ καὶ ἓν ἀριθμῷ τὸ δηλούμενόν ἐστιν· ἐπὶ δὲ τῶν δευτέρων οὐσιῶν φαίνεται μὲν ὁμοίως τῷ σχήματι τῆς προσηγορίας τόδε τι σημαίνειν, ὅταν εἴπῃ ἄνθρωπον ἢ ζῷον, οὐ μὴν ἀληθές γε, ἀλλὰ μᾶλλον ποιόν τι σημαίνει· οὐ γὰρ ἕν ἐστι τὸ ὑποκείμενον ὥσπερ ἡ πρώτη οὐσία, ἀλλὰ κατὰ πολλῶν ὁ ἄνθρωπος λέγεται καὶ τὸ ζῷον. — — Μάλιστα δὲ ἴδιον τῆς οὐσίας δοκεῖ εἶναι τὸ ταὐτὸν καὶ ἓν ἀριθμῷ ὂν τῶν ἐναντίων εἶναι δεκτικόν, οἷον ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐκ ἂν ἔχοι τις τὸ τοιοῦτο προενεγκεῖν, ὅσα μή εἰσιν οὐσίαι, ὃ ἓν ἀριθμῷ ὂν τῶν ἐναντίων δεκτικόν ἐστιν, οἷον τὸ χρῶμα, ὅ ἐστιν ἓν καὶ ταὐτὸν τῷ ἀριθμῷ, οὐκ ἔσται λευκὸν καὶ μέλαν, οὐδ' ἡ αὐτὴ πρᾶξις καὶ μία τῷ ἀριθμῷ οὐκ ἔσται φαύλη καὶ σπουδαία· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅσα μή εἰσιν οὐσίαι. ἡ δέ γε οὐσία ἓν καὶ ταὐτὸν ἀριθμῷ ὂν δεκτικὸν τῶν ἐναντίων ἐστίν, οἷον ὁ τὶς ἄνθρωπος, εἷς καὶ ὁ αὐ-

τὸς ὤν, ὁτὲ μὲν λευκὸς ὁτὲ δὲ μέλας γίγνεται, καὶ θερμὸς καὶ ψυχρός, καὶ φαῦλος καὶ σπουδαῖος.

De singulis cf. Trendelenburg *Gesch. d. Kateg. L.* p. 53 sqq. In universum notandum Aristotelis illam de substantiis et de omni substantia doctrinam oppositam esse Platonicae de ideis doctrinae, substantias praeter res sensibiles esse statuenti, cf. n. 319, not. b. Quam ita maxime impugnat, ut absurda et repugnantia inde sequi demonstret, v. Met. *Z*, 14. *τἀναντία γὰρ ἅμα ὑπάρξει αὐτῷ ἑνὶ καὶ τῷδέ τινι ὄντι.* Ib. 15. 16. *Ἔτι τὸ ἓν πολλαχῇ οὐκ ἂν εἴη ἅμα, τὸ δὲ κοινὸν ἅμα πολλαχῇ ὑπάρχει· ὥστε δῆλον ὅτι οὐθὲν τῶν καθόλου ὑπάρχει παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα χωρίς· ἀλλ' οἱ τὰ εἴδη λέγοντες εἶναι τῇ μὲν ὀρθῶς λέγουσι χωρίζοντες αὐτά, εἴπερ οὐσίαι εἰσί, τῇ δ' οὐκ ὀρθῶς, ὅτι τὸ ἓν ἐπὶ πολλῶν εἶδος λέγουσιν. αἴτιον δ' ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἀποδοῦναι τίνες αἱ τοιαῦται οὐσίαι αἱ ἄφθαρτοι παρὰ τὰς καθ' ἕκαστα καὶ αἰσθητάς. ποιοῦσιν οὖν τὰς αὐτὰς τῷ εἴδει τοῖς φθαρτοῖς (ταύτας γὰρ ἴσμεν), αὐτοάνθρωπον καὶ αὐτόϊππον, προστιθέντες τοῖς αἰσθητοῖς τὸ ῥῆμα τὸ αὐτό*: quibus deinde subiicit haec: *ὅτι μὲν οὖν οὔτε τῶν καθόλου λεγομένων οὐθὲν οὐσία, οὔτ' ἐστὶν οὐσία οὐδεμία ἐξ οὐσιῶν, δῆλον.* Ponit igitur generale verum esse, sine quo vera scientia esse nequeat, ut quae semper versetur in generali; generale vero non reperiri putabat nisi in rebus singulis. Anal. post. I, 11. *Εἴδη μὲν οὖν εἶναι ἢ ἕν τι παρὰ τὰ πολλὰ οὐκ ἀνάγκη, εἰ ἀπόδειξις ἔσται, εἶναι μέντοι ἓν κατὰ πολλῶν ἀληθὲς εἰπεῖν ἀνάγκη· οὐ γὰρ ἔσται τὸ καθόλου, ἂν μὴ τοῦτο ᾖ· ἐὰν δὲ τὸ καθόλου μὴ ᾖ, τὸ μέσον οὐκ ἔσται, ὥστ' οὐδ' ἀπόδειξις.* Sequebatur ut negaret eam substantiam, quae cernitur in ipsis rebus et mutabilis est, ad veram scientiam informari posse. Ib. c. 8. *Φανερὸν δὲ καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ προτάσεις καθόλου ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός, ὅτι ἀνάγκη καὶ τὸ συμπέρασμα ἀΐδιον εἶναι τῆς τοιαύτης ἀποδείξεως καὶ τῆς ἁπλῶς εἰπεῖν ἀποδείξεως. οὐκ ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις τῶν φθαρτῶν οὐδ' ἐπιστήμη ἁπλῶς, ἀλλ' οὕτως ὥσπερ κατὰ συμβεβηκός, ὅτι οὐ καθόλου αὐτοῦ ἐστίν, ἀλλὰ ποτὲ καὶ πῶς.* Cf. Met. *B*, 4 init. Verum enimvero putabat etiam aliud generale statuendum, quod esset intelligibile et aeternum. Met. *B*, 4. *εἰ μὲν οὖν μηθέν ἐστι παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα, οὐθὲν ἂν εἴη νοητὸν ἀλλὰ πάντα αἰσθητὰ καὶ ἐπιστήμη οὐθενός, εἰ μή τις εἶναι λέγει τὴν αἴσθησιν ἐπιστήμην. ἔτι δ' οὐδ' ἀΐδιον οὐθὲν οὐδ' ἀκίνητον· τὰ γὰρ αἰσθητὰ πάντα φθείρεται καὶ ἐν κινήσει ἐστίν. ἀλλὰ μὴν εἴ γε ἀΐδιον οὐθέν ἐστιν, οὐδὲ γένεσιν εἶναι δυνατόν· ἀνάγκη γὰρ εἶναί τι τὸ γιγνόμενον καὶ ἐξ οὗ γίγνεται καὶ τούτων τὸ ἔσχατον ἀγένητον, εἴπερ ἵσταταί τε καὶ ἐκ μὴ ὄντος γενέσθαι ἀδύνατον.* Cf. n. 328.

Met. Z, 12. *Νῦν δὲ λέγωμεν πρῶτον ἐφ' ὅσον ἐν* 323 *τοῖς Ἀναλυτικοῖς περὶ ὁρισμοῦ μὴ εἴρηται* [a]· *ἡ γὰρ ἐν ἐκείνοις ἀπορία λεχθεῖσα πρὸ ἔργου περὶ τῆς οὐσίας ἐστὶ λόγοις. λέγω δὲ ταύτην τὴν ἀπορίαν, διὰ τί ποτε ἕν ἐστιν οὗ τὸν λόγον ὁρισμὸν εἶναί φαμεν, οἷον τοῦ ἀνθρώπου τὸ ζῷον δίπουν· ἔστω γὰρ οὗτος αὐτοῦ λόγος. διὰ τί δὴ τοῦτο ἕν ἐστιν ἀλλ' οὐ πολλά, ζῷον καὶ δίπουν; — — δεῖ δέ γε ἓν εἶναι ὅσα ἐν τῷ ὁρισμῷ· ὁ γὰρ ὁρισμὸς λόγος τίς ἐστιν εἷς καὶ οὐσίας, ὥσθ' ἑνός τινος δεῖ αὐτὸν εἶναι λόγον· καὶ γὰρ ἡ οὐσία ἕν τι καὶ τόδε τι σημαίνει, ὡς φαμέν. δεῖ δ' ἐπισκοπεῖν πρῶτον περὶ τῶν κατὰ τὰς διαιρέσεις ὁρισμῶν* [b]. *οὐθὲν γὰρ ἕτερόν ἐστιν ἐν τῷ ὁρισμῷ πλὴν τό τε πρῶτον λεγόμενον γένος καὶ αἱ διαφοραί· τὰ δ' ἄλλα γένη ἐστὶ τό τε πρῶτον καὶ μετὰ τούτου αἱ συλλαμβανόμεναι διαφοραί, οἷον τὸ πρῶτον ζῷον, τὸ δ' ἐχόμενον ζῷον δίπουν, καὶ πάλιν ζῷον δίπουν ἄπτερον· ὁμοίως δὲ κἂν διὰ πλειόνων λέγηται. ὅλως δ' οὐθὲν διαφέρει διὰ πολλῶν ἢ δι' ὀλίγων λέγεσθαι, ὥστ' οὐδὲ δι' ὀλίγων ἢ διὰ δυοῖν· τοῖν δυοῖν δὲ τὸ μὲν διαφορὰ τὸ δὲ γένος, οἷον τοῦ ζῷον δίπουν τὸ μὲν ζῷον γένος, διαφορὰ δὲ θάτερον. εἰ οὖν τὸ γένος ἁπλῶς μὴ ἔστι παρὰ τὰ ὡς γένους εἴδη, ἢ εἰ ἔστι μὲν ὡς ὕλη δ' ἐστίν (ἡ μὲν γὰρ φωνὴ γένος καὶ ὕλη, αἱ δὲ διαφοραὶ τὰ εἴδη καὶ τὰ στοιχεῖα ἐκ ταύτης ποιοῦσιν), φανερὸν ὅτι ὁ ὁρισμός ἐστιν ὁ ἐκ τῶν διαφορῶν λόγος* [c].

Ib. H, 6. *Ὁ δ' ὁρισμὸς λόγος ἐστὶν εἷς οὐ συνδέσμῳ καθάπερ ἡ Ἰλιάς, ἀλλὰ τῷ ἑνὸς εἶναι. τί οὖν ἐστιν ὃ ποιεῖ ἓν τὸν ἄνθρωπον, καὶ διὰ τί ἓν ἀλλ' οὐ πολλά, οἷον τό τε ζῷον καὶ τὸ δίπουν. — εἰ δ' ἐστίν, ὥσπερ λέγομεν, τὸ μὲν ὕλη τὸ δὲ μορφή, καὶ τὸ μὲν δυνάμει τὸ δ' ἐνεργείᾳ* [d], *οὐκέτι ἀπορία δόξειεν ἂν εἶναι τὸ ζητούμενον. ἔστι γὰρ αὕτη ἡ ἀπορία ἡ αὐτὴ κἂν εἰ ὁ ὅρος εἴη ἱματίου ὁ στρογγύλος χαλκός. εἴη γὰρ ἂν σημεῖον τοὔνομα τοῦτο τοῦ λόγου, ὥστε τὸ ζητούμενόν ἐστι τί αἴτιον τοῦ*

ἓν εἶναι τὸ στρογγύλον καὶ τὸν χαλκόν. οὐκέτι δ' ἡ ἀπορία φαίνεται, ὅτι τὸ μὲν ὕλη τὸ δὲ μορφή. τί οὖν τούτου αἴτιον τοῦ τὸ δυνάμει ὂν ἐνεργείᾳ εἶναι, παρὰ τὸ ποιῆσαν, ἐν ὅσοις ἐστὶ γένεσις; οὐθὲν γάρ ἐστιν αἴτιον ἕτερον τοῦ τὴν δυνάμει σφαῖραν ἐνεργείᾳ εἶναι σφαῖραν, ἀλλὰ τοῦτ' ἦν τὸ τί ἦν εἶναι [e] ἑκατέρῳ. — — ἔστι δ', ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἡ ἐσχάτη ὕλη καὶ ἡ μορφὴ ταὐτὸ καὶ δυνάμει, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ [f]. ὥστε ὅμοιον τὸ ζητεῖν τοῦ ἑνὸς τί αἴτιον καὶ τοῦ ἓν εἶναι· ἓν γάρ τι ἕκαστον, καὶ τὸ δυνάμει καὶ τὸ ἐνεργείᾳ ἕν πώς ἐστιν. ὥστε αἴτιον οὐθὲν ἄλλο πλὴν εἴ τι ὡς κινῆσαν ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν.

a) Cf. n. 318. *Οἱ περὶ τῆς οὐσίας λόγοι* sunt primae philosophiae, illud *οὐ τὸν λόγον ὁρισμὸν εἶναί φαμεν* est genus quod definitur. — b) Primum se rem investigaturum dicit in iis definitionibus, quae dividendo et partiendo genere conficiantur, cf. Anal. post. II, 13. *χρὴ δὲ ὅταν ὅλον τι πραγματεύηταί τις διελεῖν τὸ γένος εἰς τὰ ἄτομα τῷ εἴδει τὰ πρῶτα, οἷον ἀριθμὸν εἰς τριάδα καὶ δυάδα.* Item absoluta disputatione addit *τοσαῦτα εἰρήσθω τὴν πρώτην*, ut eum ad alium locum lectores ablegare appareat, cf. Met. *Z*, 13, *H*, 6, *Θ*, 10, quamquam nullo loco rem perfecisse videtur. — c) Genus materiam specierum dicit, quia genus per differentias distinguitur ac definitur perinde atque materia per formam, Met. *Δ*, 28. *τὸ μὲν οὖν γένος τοσαυταχῶς λέγεται, τὸ μὲν κατὰ γένεσιν συνεχῆ τοῦ αὐτοῦ εἴδους, τὸ δὲ κατὰ τὸ πρῶτον κινῆσαν ὁμοειδές, τὸ δ' ὡς ὕλη. οὐ γὰρ ἡ διαφορὰ καὶ ἡ ποιότης ἐστί, τοῦτ' ἔστι τὸ ὑποκείμενον, ὃ λέγομεν ὕλην.* Cf. G. Engel Mus. Rhen. Philol. 1850, p. 391 sqq. — d) *Μορφὴ* est forma, deinde i. q. *εἶδος* h. e. species, qua genus velut formatur, Met. *I*, 1. *τὸ ὅλον καὶ ἔχον τινὰ μορφὴν καὶ εἶδος*, ubi *τὸ ὅλον* est id quod ad certam formam definitum est et perfectum, cf. *K*, 2. Quapropter utrumque, et *εἶδος* et *μορφή*, ad *ἐνέργειαν* et *ἐντελέχειαν* referuntur, cf. De An. II, 2. *τριχῶς λεγομένης τῆς οὐσίας —, ὧν τὸ μὲν εἶδος τὸ δὲ ὕλη τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν, τούτων ἡ μὲν ὕλη δύναμις τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια.* Met. *H*, 2. *τὸ μὲν ὑποκείμενον ὡς ὕλη ἡ θάλαττα, ἡ δ' ἐνέργεια καὶ ἡ μορφὴ ἡ ὁμαλότης*, itemque ad causam finalem, cf. Met. *Δ*, 24 et infra n. 325, not. De eo quod sit *δυνάμει* s. *κατὰ δύναμιν* cf. Met. *Θ*, 7, unde perspicitur *δύναμιν* dici eam rei facultatem, qua res fieri potest omnesque fiendi conditiones iam suppetunt; veluti

aedificium est δυνάμει, si nihil neque ab aedificante neque a materia obstat quo minus aedificetur, similiterque semen tum demum dicitur δυνάμει homo, quum nactum iam sit idoneam in qua nascatur homo materiam. Contra ἐνέργεια, quae saepe confunditur cum ἐντελεχείᾳ, ea est actio et mutatio, qua quid ex mera possibilitate ad plenam essentiam enititur atque perducitur, cf. infra n. 325, not., et Trendelenburg ad Arist. De An. p. 295 sqq., *Gesch. d. Kateg. L.* p. 157 sqq. — e) *Τὸ τί ἦν εἶναι* quid sit explicatissime perquiritur Met. *Z*, 4 sqq. In universum fere idem significat atque *τὸ τί ἐστι* h. e. id quod aliqua res est secundum notionem suam (Met. *Z*, 7. *λέγω δ' οὐσίαν ἄνευ ὕλης τὸ τί ἦν εἶναι*) et substantiam definitione circumscribendam (n. 318). Differunt ita ut *τὸ τί ἐστι* ad genus potissimum spectet, *τὸ τί ἦν εἶναι* ad formam et differentias: unde etiam Imperfectum illud repetendum videtur (*τὸ εἶναι τί ἦν* h. e. quod est idem atque erat), quo velut divina aliqua substantia atque causa pridem existens significatur, res singulas ex inerti materia ad certam formam atque ad vitam et actionem individuam (*τὸ ἴδιον*) movens et excitans, cum *τὸ τί ἐστι* nihil sit nisi quod aliqua res est quatenus cogitatur et definitur. Itaque *τὸ τί ἐστι* interdum opponitur *τῷ τί ἦν εἶναι* et diserte ab eo distinguitur, cf. Anal. post. I, 22; II, 6; Top. VII, 3; De An. III, 6; Met. *Z*, 4. Quamquam aliis locis hae formulae vel ita coniunguntur vel inter se permutantur, ut nihil interesse videatur, v. Anal. post. II, 3, Top. I, 4. 8, al. Cf. Trendelenburg Mus. Rhen. Phil. 1828, p. 547 sq., ad Arist. De An. p. 192 sq., *Gesch. d. Kateg.* p. 34—53, Bonitz ad Arist. Met. p. 311 sq. — f) *Τὸ δὲ* requirit *τὸ μέν*, quod supplendum est ante vocem *δυνάμει*, quae ellipsis Aristoteli non insueta est, cf. Phys. VIII, 1, p. 251 b, 1 et 3, al. *Ἐσχάτη ὕλη* dicitur eodem sensu quo Met. *Z*, 10, p. 1035 b, 30, ubi materia carnis et ossium singulorum, ex quibus hic vel ille homo consistit, opponitur *τῇ ὕλῃ ὡς καθόλου* h. e. hominis universe dicti. Sic etiam aliis locis adiectivo *ἔσχατος* ita utitur, ut fere idem significet ac *τὸ καθ' ἕκαστον*. Cf. Bonitz ad Metaph. p. 336.

Universum locum si sequimur, duo insunt tam in definitione quam in substantia: in definitione genus et differentia, in substantia materia et forma (*εἶδος, μορφή*). Genus est materia, unde res ad particulares substantias efformantur. Met. *Z*, 8. *τὸ γὰρ τόδε τι ποιεῖν ἐκ τοῦ ὅλως ὑποκειμένου τόδε ποιεῖν ἐστίν.* Hanc ipsam ob causam *ἄπειρον* est Phys. III, 7. *φανερὸν ὅτι ὡς ὕλη τὸ ἄπειρόν ἐστιν αἴτιον.* Forma vero est ea differentia, qua genus, quod per se infinitum est, sive materia, fit certum aliquid et finitum; de Part. An. I, 3. *ἔστι δ' ἡ διαφορὰ τὸ εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ.* Inde sequitur ut quaecunque substantia finita est composita sit ex forma at-

que materia. Genus autem sive notio generalis id significat quod potest dumtaxat esse; quippe est illud id quod inter oppositos substantiae modos fluctuatur; eiuscemodi autem est materia. Met. *Λ*, 2. *τὸ μὲν ὑπομένει, τὸ δ' ἐναντίον οὐχ ὑπομένει· ἔστιν ἄρα τι τρίτον παρὰ τὰ ἐναντία, ἡ ὕλη.* Prima materia igitur per se nihil est, Met. *Θ*, 7, omnis materia nihil nisi fundamentum rerum singularum inde velut ad certam formam emergentium, Met. *H*, 1. *ὕλην δὲ λέγω ἣ μὴ τόδε τι οὖσα ἐνεργείᾳ δυνάμει ἐστὶ τόδε τι.* Est illa non ens, neque igitur cognosci potest, sed nonnisi secundum analogiam ex sua ad substantiam ratione iudicari. Phys. I, 7. *ἡ δ' ὑποκειμένη φύσις ἐπιστητὴ κατ' ἀναλογίαν· ὡς γὰρ πρὸς ἀνδριάντα χαλκὸς ἢ πρὸς κλίνην ξύλον ἢ πρὸς τῶν ἄλλων τι τῶν ἐχόντων μορφὴν ἡ ὕλη καὶ τὸ ἄμορφον ἔχει πρὶν λαβεῖν τὴν μορφήν, οὕτως αὕτη πρὸς οὐσίαν ἔχει καὶ τὸ τόδε τι καὶ τὸ ὄν.* Differentia denique est actus quatenus opponitur potentiae, siquidem res singulae non sunt nisi oppositis aliis. Propterea nostro loco *ἡ ὕλη* ponitur esse *δυνάμει ὄν, ἡ μορφὴ* vero *ἐνεργείᾳ ὄν* h. e. id quod est actu. Neque tamen illud, quod in singulis rebus forma est, unquam invenitur purum et a materia discretum, v. Phys. II, 1, ubi loquitur de natura: *ἡ μορφὴ καὶ τὸ εἶδος οὐ χωριστὸν ὂν ἀλλ' ἢ κατὰ τὸν λόγον*, neque exprimi potest nisi secundum analogiam; v. Met. *Θ*, 6. *δῆλον δ' ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα τῇ ἐπαγωγῇ ὃ βουλόμεθα λέγειν, καὶ οὐ δεῖ παντὸς ὅρον ζητεῖν ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνάλογον συνορᾶν, ὅτι ὡς τὸ οἰκοδομοῦν πρὸς τὸ οἰκοδομικόν, καὶ τὸ ἐγρηγορὸς πρὸς τὸ καθεῦδον, καὶ τὸ ὁρῶν πρὸς τὸ μύον μὲν ὄψιν δὲ ἔχον, καὶ τὸ ἀποκεκριμένον ἐκ τῆς ὕλης πρὸς τὴν ὕλην, καὶ τὸ ἀπειργασμένον πρὸς τὸ ἀνέργαστον. ταύτης δὲ τῆς διαφορᾶς θάτερον μόριον ἔστω ἡ ἐνέργεια ἀφωρισμένη, θατέρῳ δὲ τὸ δυνατόν.* Ex quibus intelligitur Aristoteli notionem formae non modo corporalem formam comprehendere, sed ad id vel maxime pertinere, quod non extrinsecus in aliquam rem informatur, sed ipsa rei notio est atque substantia. Documento est quod negat cadaveribus notionem vel formam animalis tribui posse, etiamsi habeant speciem animalis; eandemque rationem esse putabat dissectorum animalis membrorum. De Part. An. I, 1. *ἡ γὰρ κατὰ τὴν μορφὴν φύσις κυριωτέρα τῆς ὑλικῆς φύσεως. εἰ μὲν οὖν τῷ σχήματι καὶ τῷ χρώματι ἕκαστόν ἐστι τῶν τε ζῴων καὶ τῶν μορίων, ὀρθῶς ἂν Δημόκριτος λέγοι· φαίνεται γὰρ οὕτως ὑπολαβεῖν. φησὶ γοῦν παντὶ δῆλον εἶναι οἷόν τι τὴν μορφήν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὡς ὄντος αὐτοῦ τῷ τε σχήματι καὶ τῷ χρώματι γνωρίμου. καίτοι καὶ ὁ τεθνεὼς ἔχει τὴν αὐτὴν τοῦ σχήματος μορφήν, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος κτλ.* Cf. Met. *Z*, 10. *λεκτέον γὰρ τὸ εἶδος καὶ ᾗ εἶδος ἕκαστον, τὸ δ' ὑλικὸν οὐδέποτε καθ' αὑτὸ λεκτέον.* Ib. 11. Forma igitur Aristoteli principale in sub-

stantia esse videbatur: quo pertinet etiam illud quod definitionem formae revocat ad differentiam, in quo haud procul a Platonis de ideis doctrina abest. Sed putabat Aristoteles materiam singulis ac mutabilibus rebus necessariam esse, quippe ut hae possent contraria in se recipere, De Gen. et Corr. 4. *ἔστι δὲ ὕλη μάλιστα μὲν καὶ κυρίως τὸ ὑποκείμενον γενέσεως καὶ φθορᾶς δεκτικόν, τρόπον δέ τινα καὶ τὸ ταῖς ἄλλαις μεταβολαῖς, ὅτι πάντα δεκτικὰ τὰ ὑποκείμενα ἐναντιώσεών τινων.* Neque vero differentia per se substantia est, sed eatenus dumtaxat quatenus inest in materia. Top. IV, 2. *οὐδεμία γὰρ διαφορὰ σημαίνει τί ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον ποιόν τι, καθάπερ τὸ πεζὸν καὶ τὸ δίπουν. — οὐδὲ δοκεῖ μετέχειν ἡ διαφορὰ τοῦ γένους· πᾶν γὰρ τὸ μετέχον τοῦ γένους ἢ εἶδος ἢ ἄτομόν ἐστιν, ἡ δὲ διαφορὰ οὔτε εἶδος οὔτε ἄτομόν ἐστιν.* Singulae igitur substantiae efficiuntur consociatione generis et differentiae h. e. eius quod potentia est et eius quod actu est. Quocirca si rationem eius consociationis, qualis cernitur in singulis substantiis, explicare volumus, id maxime spectandum est, ut causam moventem (*τὸ ποιῆσαν, αἴτιον τοῦ ἓν εἶναι τὸ στρογγύλον καὶ τὸν χαλκόν, τὸ κινῆσαν ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν*) qua quaeque substantia efficiatur investigemus.

Met. *Z*, 7. *Πάντα δὲ τὰ γιγνόμενα ὑπό τέ τινος γί-* 324
γνεται καὶ ἔκ τινος καὶ τί. — — τὸ δ' ἐξ οὗ γίγνεται ἣν λέγομεν ὕλην· τὸ δ' ὑφ' οὗ τῶν φύσει τι ὄντων· τὸ δὲ τὶ ἄνθρωπος ἢ φυτὸν ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἃ δὴ μάλιστα λέγομεν οὐσίας εἶναι. ἅπαντα δὲ τὰ γιγνόμενα ἢ φύσει ἢ τέχνῃ ἔχει ὕλην· δυνατὸν γὰρ καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι ἕκαστον αὐτῶν, τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ ὕλη. — — καὶ ὑφ' οὗ ἡ κατὰ τὸ εἶδος λεγομένη φύσις ἡ ὁμοειδής· αὕτη δ' ἐν ἄλλῳ· ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ.

Causa movens (*τὸ ὑφ' οὗ*) est forma, quae eo discrepat a causa formali, quod est in re alia atque extra id posita quod per eam efficitur: Met. Λ, 4. *οὐ μόνον τὰ ἐνυπάρχοντα αἴτια, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκτὸς οἷον τὸ κινοῦν.* Sunt autem eiusdem semper generis ea forma (*ἡ ὁμοειδής*), per quam aliquid efficitur, atque ea quae est in alio, quod per illam efficitur, tam in natura quam in arte; naturalis enim generatio ita comparata est, ut quodque individuum alterum sui generis individuum producat; itemque in arte factis forma illa, quae arte exprimitur, antequam exprimatur existit, vi-

delicet insidens in mente artificis. Met. *Z*, 7. *ἀπὸ τέχνης δὲ γίγνεται ὅσων τὸ εἶδος ἐν τῇ ψυχῇ. — ὥστε συμβαίνει τρόπον τινὰ ἐξ ὑγιείας τὴν ὑγίειαν γίγνεσθαι καὶ τὴν οἰκίαν ἐξ οἰκίας, τῆς ἄνευ ὕλης τὴν ἔχουσαν ὕλην· ἡ γὰρ ἰατρική ἐστι καὶ οἰκοδομικὴ τὸ εἶδος τῆς ὑγιείας καὶ τῆς οἰκίας.* Causa igitur movens ei quod per eam efficitur genere affinis est, sed numero diversa, siquidem eadem idem efficit etiam in alia materia aliove individuo. Met. *Z*, 8. *φανερὸν ὅτι τὸ γεννῶν τοιοῦτον μὲν οἷον τὸ γεννώμενον, οὐ μέντοι τὸ αὐτό γε, οὐδ' ἓν τῷ ἀριθμῷ ἀλλὰ τῷ εἴδει, οἷον ἐν τοῖς φυσικοῖς· ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ.* Praeter causas moventes, quae vel in natura vel in arte cernuntur, casus quoque, *τὸ αὐτόματον*, ab Aristotele inter causas numeratur, sed non nisi *κατὰ συμβεβηκός*, Phys. II, 5.

325 **Phys. II, 3.** *Διωρισμένων δὲ τούτων ἐπισκεπτέον περὶ τῶν αἰτίων, ποῖά τε καὶ πόσα τὸν ἀριθμόν ἐστιν. ἐπεὶ γὰρ τοῦ εἰδέναι χάριν ἡ πραγματεία, εἰδέναι δ' οὐ πρότερον οἰόμεθα ἕκαστον πρὶν ἂν λάβωμεν τὸ διὰ τί περὶ ἕκαστον (τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λαβεῖν τὴν πρώτην αἰτίαν), δῆλον ὅτι καὶ ἡμῖν τοῦτο ποιητέον καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς καὶ πάσης τῆς φυσικῆς μεταβολῆς, ὅπως εἰδότες αὐτῶν τὰς ἀρχὰς ἀνάγειν εἰς αὐτὰς πειρώμεθα τῶν ζητουμένων ἕκαστον. ἕνα μὲν οὖν τρόπον αἴτιον λέγεται τὸ ἐξ οὗ γίγνεταί τι ἐνυπάρχοντος, οἷον ὁ χαλκὸς τοῦ ἀνδριάντος καὶ ὁ ἄργυρος τῆς φιάλης καὶ τὰ τούτων γένη, ἄλλον δὲ τὸ εἶδος καὶ τὸ παράδειγμα*[a]*· τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι καὶ τὰ τούτου γένη, οἷον τοῦ διὰ πασῶν*[b] *τὰ δύο πρὸς ἕν, καὶ ὅλως ὁ ἀριθμὸς καὶ τὰ μέρη τὰ ἐν τῷ λόγῳ. ἔτι ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἡ πρώτη ἢ τῆς ἠρεμήσεως, οἷον ὁ βουλεύσας αἴτιος, καὶ ὁ πατὴρ τοῦ τέκνου, καὶ ὅλως τὸ ποιοῦν τοῦ ποιουμένου καὶ τὸ μεταβάλλον τοῦ μεταβαλλομένου. ἔτι ὡς τὸ τέλος· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ οὗ ἕνεκα, οἷον τοῦ περιπατεῖν ἡ ὑγίεια· διὰ τί γὰρ περιπατεῖ; φαμὲν ἵνα ὑγιαίνῃ. καὶ εἰπόντες οὕτως οἰόμεθα ἀποδεδωκέναι τὸ αἴτιον. καὶ ὅσα δὴ κινήσαντος ἄλλου μεταξὺ γίγνεται τοῦ τέλους*[c]*, οἷον τῆς ὑγιείας ἡ ἰσχνασία ἢ ἡ κάθαρσις ἢ τὰ*

φάρμακα ἢ τὰ ὄργανα· πάντα γὰρ ταῦτα τοῦ τέλους ἕνεκά ἐστι, διαφέρει δ' ἀλλήλων ὡς ὄντα τὰ μὲν ἔργα τὰ δ' ὄργανα.

a) Consulto utitur hac voce Platonica, *παράδειγμα*, ne dubitetur quin id quod *εἶδος* sive *μορφή* ab eo dicitur idem sit atque *παράδειγμα* sive *ἰδέα* Platonis. Naturam generantem cum artifice comparat, qui speciem rei conficiendae in animo habeat insitam. — b) De formula *τί ἦν εἶναι* cf. n. 323, not. e; *διὰ πασῶν* est musicorum vocabulum. Plene dicitur *ἡ διὰ πασῶν χορδῶν ἁρμονία* s. *συμφωνία*, octava quam nos vocamus, quae iudicatur ratione sonorum ipsa comprehensorum, numeris consignatorum. — c) Cave *τοῦ τέλους* referas ad *τὸ μεταξύ*, tanquam numeretur quintum genus causarum. Potius supplendum *ἐστί*, scil. *ὅσα — γίγνεται — τοῦ τέλους ἐστί.*

Cf. Met. *Δ*, 2, ubi de iisdem quatuor causis iisdem verbis. Ad has quatuor causas omnium quaecunque fiunt principia ab Aristotele revocantur. Cf. Anal. post. II, 11; de Gener. An. I, 1; Met. *A*, 3; *H*, 4. Causa finalis (*τὸ τέλος, τὸ οὗ ἕνεκα*) cum causa movente coniuncta est propterea quod, ubicunque fit aliquid, finis propositus sit necesse est, propter quem illud fiat, non solum in arte verum etiam in natura. De Part. An. I, 1. *ἡ φύσις ἕνεκά του ποιεῖ πάντα.* Met. *A*, 3. *τέλος γὰρ γενέσεως καὶ κινήσεως πάσης τοῦτ' ἐστιν* (sc. *τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τἀγαθόν*). Id autem quod fit, sive finis generationis, est actus (*ἐνέργεια*) formae, ideoque forma sive substantia in actu idem est quod causa finalis. De Part. An. I, 1. *ἡ γὰρ γένεσις ἕνεκα τῆς οὐσίας ἐστίν, ἀλλ' οὐχ ἡ οὐσία ἕνεκα τῆς γενέσεως.* De Gen. An. V, 1. Eadem consecutione fit ut energia et finis Aristoteli fere idem significent et ut energiae non modo finis et actus tribuatur, sed etiam motus. Met. *Θ*, 8. *ἔτι ἡ ὕλη ἐστὶ δυνάμει, ὅτι ἔλθοι ἂν εἰς τὸ εἶδος· ὅταν δέ γ' ἐνεργείᾳ ᾖ, τότε ἐν τῷ εἴδει ἐστίν. — — τὸ γὰρ ἔργον τέλος, ἡ δὲ ἐνέργεια τὸ ἔργον. διὸ καὶ τοὔνομα ἐνέργεια λέγεται κατὰ τὸ ἔργον, καὶ συντείνει πρὸς τὴν ἐντελέχειαν. ἐπεὶ δ' ἐστὶ τῶν μὲν ἔσχατον ἡ χρῆσις, οἷον ὄψεως ἡ ὅρασις, καὶ οὐθὲν γίγνεται παρὰ ταύτην ἕτερον ἀπὸ τῆς ὄψεως ἔργον, ἀπ' ἐνίων δὲ γίγνεταί τι, οἷον ἀπὸ τῆς οἰκοδομικῆς οἰκία παρὰ τὴν οἰκοδόμησιν, ὅμως οὐθὲν ἧττον ἔνθα μὲν τέλος ἔνθα δὲ μᾶλλον τέλος τῆς δυνάμεώς ἐστιν. ἡ γὰρ οἰκοδόμησις ἐν τῷ οἰκοδομουμένῳ, καὶ ἅμα γίγνεται καὶ ἔστι τῇ οἰκίᾳ. ὅσων μὲν οὖν ἕτερόν τί ἐστι παρὰ τὴν χρῆσιν τὸ γιγνόμενον, τούτων μὲν ἡ ἐνέργεια ἐν τῷ ποιουμένῳ ἐστίν, οἷον ἥ τε οἰκοδόμησις ἐν τῷ οἰκοδομουμένῳ καὶ ἡ ὕφανσις ἐν τῷ ὑφαινομένῳ, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ*

τῶν ἄλλων, καὶ ὅλως ἡ κίνησις ἐν τῷ κινουμένῳ· ὅσων δὲ μή ἐστιν ἄλλο τι ἔργον παρὰ τὴν ἐνέργειαν, ἐν αὐτοῖς ὑπάρχει ἡ ἐνέργεια, οἷον ἡ ὅρασις ἐν τῷ ὁρῶντι καὶ ἡ θεωρία ἐν τῷ θεωροῦντι καὶ ἡ ζωὴ ἐν τῇ ψυχῇ. διὸ καὶ ἡ εὐδαιμονία· ζωὴ γάρ ποιά τίς ἐστιν. ὥστε φανερὸν ὅτι ἡ οὐσία καὶ τὸ εἶδος ἐνέργειά ἐστιν. Quo loco indicatur differentia inter energiam et entelechiam, quae vel diversitate nominum significatur, cf. Trendelenburg ad Arist. de An. p. 296, Bonitz ad Metaph. p. 387. Nimirum ἐντελέχεια, ut descendit ab adiectivo ἐντελεχής i. e. plenus perfectus, ita ipsam perfectionem rei significat, ἐνέργεια vero, derivatum illud a verbo ἐνεργεῖν, eam actionem et eum motum, quo quid ex possibilitate ad perfectionem enititur, cf. Met. Θ, 3, p. 1047 a, 30, ib. 8, p. 1050 a, 23, ubi ἐνέργειαν peculiarem locum habere dicit sicubi agatur de mutatione et motu, eandemque dicit pertinere et tendere, συντείνειν, συντεθεῖσθαι, ad ἐντελέχειαν h. e. ad perfectum rei statum, qui inde efficiatur: ut alterum proprie nisum, alterum finem significet. Quid intersit inter ἐνέργειαν et κίνησιν explicatur Met. Θ, 6. πᾶσα γὰρ κίνησις ἀτελής, ἰσχνασία, μάθησις, βάδισις, οἰκοδόμησις· αὗται δὴ*) κινήσεις, καὶ ἀτελεῖς γε. οὐ γὰρ ἅμα βαδίζει καὶ βεβάδικεν, οὐδ' οἰκοδομεῖ καὶ ᾠκοδόμηκεν, οὐδὲ γίγνεται καὶ γέγονεν, ἢ κινεῖ τε**) καὶ κεκίνηκεν· ἀλλ' ἕτερον καὶ κινεῖ καὶ κεκίνηκεν***). ἑώρακε δὲ καὶ ὁρᾷ ἅμα τὸ αὐτό, καὶ νοεῖ καὶ νενόηκεν. τὴν μὲν οὖν τοιαύτην ἐνέργειαν λέγω, ἐκείνην δὲ κίνησιν. τὸ μὲν οὖν ἐνεργείᾳ τί τέ ἐστι καὶ ποῖον, ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιούτων δῆλον ἡμῖν ἔστω: unde intelligitur κίνησιν eam modo viam significare, qua quid a potentia ad perfectionem perducitur, ἐνέργειαν autem eam actionem, quae causam suam et finem simul complectitur nec desinit esse tum cum finem assecuta est, cf. Bonitz p. 396. Denique sequitur ex iisdem ut forma et finis revera unum idemque sit. Verum tamen et causa movens et finis, etiamsi oppositi sint tanquam initium et finis motus, Met. Λ, 3, tamen quodam modo ad idem revocari possunt. Phys. II, 7. Ἔρχεται δὲ τὰ τρία εἰς τὸ ἓν πολλάκις· τὸ μὲν γὰρ τί ἐστι καὶ τὸ οὗ ἕνεκα ἕν ἐστι, τὸ δ' ὅθεν ἡ κίνησις πρῶτον τῷ εἴδει ταὐτὸ τούτοις· ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ. καὶ ὅλως ὅσα κινούμενα κινεῖ. Discrepat illa ab eo quod movetur non forma sed numero, v. not. ad n. 324. Materia contra tribus istis causis opposita est: quod contrarium ab Aristotele eodem quo a Platone modo ad contrarium inter bonum sive finem et necessitatem refertur. Phys. II, 9. ἐν γὰρ τῇ ὕλῃ τὸ ἀναγκαῖον, τὸ δ' οὗ ἕνεκα ἐν τῷ λόγῳ. Cf. de Part. An. I, 1. Materiam nil nisi

---

*) δὴ pro vulg. δὲ scribendum esse vidit Bonitz. — **) Idem pro vulg. κινεῖται. — ***) Idem ex Cod. A[b] pro vulg. κινεῖται.

medium esse iudicabat, Phys. l. l.; Met. Θ, 8. Est illa insuper causa imperfecti quod existit in mundo vicissitudinumque quibus res fluctuantur origo; neque tamen causa motus. Met. Θ, 8. *κατά τε δὴ τοῦτον τὸν λόγον φανερὸν ὅτι πρότερον τῇ οὐσίᾳ ἐνέργεια δυνάμεως. — — ἀλλὰ μὴν καὶ κυριωτέρως· τὰ μὲν γὰρ ἀΐδια πρότερα τῇ οὐσίᾳ τῶν φθαρτῶν, ἔστι δ' οὐθὲν δυνάμει ἀΐδιον. λόγος δὲ ὅδε. πᾶσα δύναμις ἅμα τῆς ἀντιφάσεώς ἐστιν· τὸ μὲν γὰρ μὴ δυνατὸν ὑπάρχειν οὐκ ἂν ὑπάρξειεν οὐθενί, τὸ δυνατὸν δὲ πᾶν ἐνδέχεται μὴ ἐνεργεῖν. τὸ ἄρα δυνατὸν εἶναι ἐνδέχεται καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι· τὸ αὐτὸ ἄρα δυνατὸν καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι. τὸ δὲ δυνατὸν μὴ εἶναι ἐνδέχεται μὴ εἶναι· τὸ δ' ἐνδεχόμενον μὴ εἶναι φθαρτόν:* ubi *τὸ ἐνδεχόμενον μὴ εἶναι* est quod et esse potest et non esse, oppositis aeternis substantiis, quae non possunt non esse. De malo cf. ib. 9. *ὕστερον γὰρ τῇ φύσει τὸ κακὸν τῆς δυνάμεως.* Phys. I, 9. Propterea materia non est *τὸ μὴ ὂν καθ' αὑτό*, sed *τὸ μὴ ὂν κατὰ συμβεβηκός*, distinguiturque ab Aristotele inter *στέρησιν* et materiam. Phys. I, 9. *Ἡμεῖς μὲν γὰρ ὕλην καὶ στέρησιν ἕτερόν φαμεν εἶναι, καὶ τούτων τὸ μὲν οὐκ ὂν εἶναι κατὰ συμβεβηκός, τὴν ὕλην, τὴν δὲ στέρησιν καθ' αὑτήν. — — ὄντος γάρ τινος θείου καὶ ἀγαθοῦ καὶ ἐφετοῦ, τὸ μὲν ἐναντίον αὐτῷ φαμὲν εἶναι* (intellige *τὴν στέρησιν*), *τὸ δὲ ὃ πέφυκεν ἐφίεσθαι καὶ ὀρέγεσθαι αὐτοῦ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν* (intellige materiam). Met. Λ, 2 extr. *Τρία δὴ τὰ αἴτια καὶ τρεῖς αἱ ἀρχαί, δύο μὲν ἡ ἐναντίωσις, ἧς τὸ μὲν λόγος καὶ εἶδος τὸ δὲ στέρησις, τὸ δὲ τρίτον ἡ ὕλη.*

Met. Η, 4. *Ὅταν δή τις ζητῇ τί τὸ αἴτιον, ἐπεὶ πλεοναχῶς τὰ αἴτια λέγεται, πάσας δεῖ λέγειν τὰς ἐνδεχομένας αἰτίας. οἷον ἀνθρώπου τίς αἰτία ὡς ὕλη; ἆρα τὰ καταμήνια* [a]; *τί δ' ὡς κινοῦν; ἆρα τὸ σπέρμα; τί δ' ὡς τὸ εἶδος; τὸ τί ἦν εἶναι. τί δ' ὡς οὗ ἕνεκα; τὸ τέλος.* **Ib. Β, 2.** *Ἐνδέχεται γὰρ τῷ αὐτῷ πάντας τοὺς τρόπους τῶν αἰτίων ὑπάρχειν, οἷον οἰκίας ὅθεν μὲν ἡ κίνησις ἡ τέχνη καὶ ὁ οἰκοδόμος, οὗ δ' ἕνεκα τὸ ἔργον* [b], *ὕλη δὲ γῆ καὶ λίθοι, τὸ δ' εἶδος ὁ λόγος.* 326

a) Menstrua Aristoteli videbantur esse materia animalium, semen causa movens, Met. Λ, 6, De Gen. An. I, 19. 20, quapropter ad patrem potius quam ad matrem originem stirpis referendam esse iudicat, Met. Α, 6, Δ, 28, Η, 4; De Gen. An. II, 1, 4. — b) Opus intelligendum non aedificatoris, sed aedificii, *ἡ τῆς οἰκίας ἐνέργεια*, videlicet ut sit *ἀγγεῖον σκεπαστικὸν σωμάτων καὶ χρημάτων*, Met. Η, 2. De An. I, 1.

327 Phys. VIII, 1. *Φαμὲν δὴ τὴν κίνησιν εἶναι ἐντελέχειαν τοῦ κινητοῦ ᾗ κινητόν. ἀναγκαῖον ἄρα ὑπάρχειν τὰ πράγματα τὰ δυνάμενα κινεῖσθαι καθ' ἑκάστην κίνησιν. καὶ χωρὶς δὲ τοῦ τῆς κινήσεως ὁρισμοῦ, πᾶς ἂν ὁμολογήσειεν ἀναγκαῖον εἶναι κινεῖσθαι τὸ δυνατὸν κινεῖσθαι καθ' ἑκάστην κίνησιν, οἷον ἀλλοιοῦσθαι μὲν τὸ ἀλλοιωτόν, φέρεσθαι δὲ τὸ κατὰ τόπον μεταβλητόν, ὥστε δεῖ πρότερον καυστὸν εἶναι πρὶν κάεσθαι καὶ καυστικὸν πρὶν κάειν. οὐκοῦν καὶ ταῦτα ἀναγκαῖον ἢ γενέσθαι ποτὲ οὐκ ὄντα ἢ ἀΐδια εἶναι. εἰ μὲν τοίνυν ἐγένετο τῶν κινητῶν ἕκαστον, ἀναγκαῖον πρότερον τῆς ληφθείσης ἄλλην γενέσθαι μεταβολὴν καὶ κίνησιν, καθ' ἣν ἐγένετο τὸ δυνατὸν κινηθῆναι ἢ κινῆσαι. εἰ δ' ὄντα προϋπῆρχεν ἀεὶ κινήσεως μὴ οὔσης, ἄλογον μὲν φαίνεται καὶ αὐτόθεν ἐπιστήσασιν, οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον ἔτι προϊοῦσι τοῦτο συμβαίνειν ἀναγκαῖον. εἰ γὰρ τῶν μὲν κινητῶν ὄντων τῶν δὲ κινητικῶν ὁτὲ μὲν ἔσται τι πρῶτον κινοῦν, τὸ δὲ κινούμενον, ὁτὲ δ' οὐθέν, ἀλλ' ἠρεμεῖ, ἀναγκαῖον τοῦτο μεταβάλλειν πρότερον· ἦν γάρ τι αἴτιον τῆς ἠρεμίας· ἡ γὰρ ἠρέμησις στέρησις τῆς κινήσεως. ὥστε πρὸ τῆς πρώτης μεταβολῆς ἔσται μεταβολὴ προτέρα. — — — — ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ ἄφθαρτον εἶναι τὴν κίνησιν· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ γενέσθαι κίνησιν συνέβαινε προτέραν εἶναί τινα μεταβολὴν τῆς πρώτης, οὕτως ἐνταῦθα ὑστέραν τῆς τελευταίας· οὐ γὰρ ἅμα παύεται κινούμενον καὶ κινητὸν ὄν, οἷον καόμενον καὶ καυστὸν ὄν (ἐνδέχεται γὰρ καυστὸν εἶναι μὴ καόμενον), οὐδὲ κινητικὸν καὶ κινοῦν. καὶ τὸ φθαρτὸν δὲ δεήσει φθαρῆναι, ὅταν φθείρηται· καὶ τὸ τούτου φθαρτικὸν πάλιν ὕστερον· καὶ γὰρ ἡ φθορὰ μεταβολή τις ἐστίν. εἰ δὴ ταῦτ' ἀδύνατα, δῆλον ὡς ἔστιν ἀΐδιος κίνησις, ἀλλ' οὐχ ὁτὲ μὲν ἦν ὁτὲ δ' οὔ.*

Eodem loco alia insuper quibus motum infinitum esse probetur argumenta expromuntur, partim ab infinitate temporis sumta, quod

sit nil nisi *πάθος* motus, partim ea quae a nobis apposita sunt copiosius persequentia. Cf. Met. *Λ*, 6. Est haec consecutio doctrinae, qua statuitur necesse esse quodque habeat suam causam moventem in alio quopiam quod actu sit positam, hoc autem rursus in alio, et ita in infinitum. Sequitur ut id quod actu est prius existat eo quod potentia est, saltem secundum notionem suam. Ib. 7. Infinitum rerum motum velut sempiternam naturae vitam esse docebat. Phys. VIII, 1 init. In quo loco eorum doctrina ei refellenda erat, qui initium motus repetebant ab anima, quippe se ipsam movente. Ib. 5. *Ἔτι διώρισται ὅτι κινεῖται τὸ κινητόν· τοῦτο δ' ἐστὶ δυνάμει κινούμενον, οὐκ ἐντελεχείᾳ· τὸ δὲ δυνάμει εἰς ἐντελέχειαν βαδίζει. ἔστι δ' ἡ κίνησις ἐντελέχεια κινητοῦ ἀτελής. τὸ δὲ κινοῦν ἤδη ἐνεργείᾳ ἐστίν, οἷον θερμαίνει τὸ θερμὸν καὶ ὅλως γεννᾷ τὸ ἔχον τὸ εἶδος. — — τὸ μὲν ἄρα κινεῖ τὸ δὲ κινεῖται τοῦ αὐτὸ αὐτὸ κινοῦντος. ὅτι δ' οὐκ ἔστιν αὐτὸ αὐτὸ κινεῖν οὕτως ὥσθ' ἑκάτερον ὑφ' ἑκατέρου κινεῖσθαι, ἐκ τῶνδε φανερόν. οὔτε γὰρ ἔσται πρῶτον κινοῦν οὐδέν, εἴ γε ἑκάτερον κινήσει ἑκάτερον· τὸ γὰρ πρότερον αἰτιώτερον τοῦ κινεῖσθαι τοῦ ἐχομένου καὶ κινήσει μᾶλλον.* De Anim. I, 4, 16. *πολὺ δὲ τῶν εἰρημένων ἀλογώτατον τὸ λέγειν ἀριθμὸν εἶναι τὴν ψυχὴν κινοῦνθ' ἑαυτόν. — — πῶς γὰρ χρὴ νοῆσαι μονάδα κινουμένην, καὶ ὑπὸ τίνος, καὶ πῶς, ἀμερῆ καὶ ἀδιάφορον οὖσαν; εἰ γάρ ἐστι κινητικὴ καὶ κινητή, διαφέρειν δεῖ.* Ib. III, 10, 7.

Phys. VIII, 6. *Ἐπεὶ δὲ δεῖ κίνησιν ἀεὶ εἶναι καὶ μὴ* 328
διαλείπειν, ἀνάγκη εἶναί τι ὃ πρῶτον κινεῖ, εἴτε ἓν εἴτε πλείω, καὶ τὸ πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον. ἕκαστον μὲν οὖν ἀΐδιον εἶναι τῶν ἀκινήτων μὲν κινούντων δὲ οὐδὲν πρὸς τὸν νῦν λόγον· ὅτι δ' ἀναγκαῖον εἶναί τι τὸ ἀκίνητον μὲν αὐτὸ πάσης τῆς ἐκτὸς μεταβολῆς, καὶ ἁπλῶς καὶ κατὰ συμβεβηκός, κινητικὸν δ' ἑτέρου, δῆλον ὧδε σκοποῦσιν. ἔστω δ', εἴ τις βούλεται, ἐπί τινων ἐνδεχόμενον ὥστ' εἶναί ποτε καὶ μὴ εἶναι ἄνευ γενέσεως καὶ φθορᾶς· τάχα γὰρ ἀναγκαῖον, εἴ τι ἀμερὲς ὁτὲ μὲν ἔστιν ὁτὲ δὲ μή ἐστιν ἄνευ τοῦ μεταβάλλειν, ὁτὲ μὲν εἶναι ὁτὲ δὲ μὴ εἶναι πᾶν τὸ τοιοῦτον. καὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ἀκινήτων μὲν κινητικῶν δ' ἐνίας ὁτὲ μὲν εἶναι ὁτὲ δὲ μὴ εἶναι, ἐνδεχέσθω καὶ τοῦτο. ἀλλ' οὔ τι πάσας γε δυνατόν· δῆλον γὰρ ὡς αἴτιόν τι τοῖς αὐτὰ ἑαυτὰ κινοῦσίν ἐστι τοῦ

ὁτὲ μὲν εἶναι ὁτὲ δὲ μή. τὸ μὲν γὰρ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν ἅπαν ἔχειν ἀνάγκη μέγεθος, εἰ μηδὲν κινεῖται ἀμερές, τὸ δὲ κινοῦν οὐδεμία ἀνάγκη ἐκ τῶν εἰρημένων [a]. *τοῦ δὴ τὰ μὲν γίγνεσθαι τὰ δὲ φθείρεσθαι, καὶ τοῦτ' εἶναι συνεχῶς, οὐδὲν αἴτιον τῶν ἀκινήτων μὲν μὴ ἀεὶ δ' ὄντων, οὐδ' αὖ τῶν ἀεὶ μὲν ταδὶ κινούντων, τούτων δ' ἕτερα. τοῦ γὰρ ἀεὶ καὶ συνεχοῦς οὔτε ἕκαστον αὐτῶν αἴτιον οὔτε πάντα· τὸ μὲν γὰρ οὕτως ἔχειν ἀΐδιον καὶ ἐξ ἀνάγκης, τὰ δὲ πάντα ἄπειρα, καὶ οὐχ ἅμα πάντα ὄντα* [b]. *δῆλον τοίνυν ὅτι, εἰ καὶ μυριάκις ἔνιαι ἀρχαὶ τῶν ἀκινήτων μὲν κινουσῶν δέ, καὶ πολλὰ τῶν αὐτὰ ἑαυτὰ κινούντων φθείρεται, τὰ δ' ἐπιγίγνεται, καὶ τόδε μὲν ἀκίνητον ὂν τόδε κινεῖ, ἕτερον δὲ τοδί· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἔστι τι ὃ περιέχει, καὶ τοῦτο παρ' ἕκαστον, ὅ ἐστιν αἴτιον τοῦ τὰ μὲν εἶναι τὰ δὲ μὴ καὶ τῆς συνεχοῦς μεταβολῆς· καὶ τοῦτο μὲν τούτοις, ταῦτα δὲ τοῖς ἄλλοις αἴτια κινήσεως. εἴπερ οὖν ἀΐδιος ἡ κίνησις, ἀΐδιον καὶ τὸ κινοῦν ἔσται πρῶτον, εἰ ἕν· εἰ δὲ πλείω, πλείω τὰ ἀΐδια. ἓν δὲ μᾶλλον ἢ πολλὰ καὶ πεπερασμένα ἢ ἄπειρα δεῖ νομίζειν. τῶν αὐτῶν γὰρ συμβαινόντων ἀεὶ τὰ πεπερασμένα μᾶλλον ληπτέον· ἐν γὰρ τοῖς φύσει δεῖ τὸ πεπερασμένον καὶ τὸ βέλτιον, ἂν ἐνδέχηται, ὑπάρχειν μᾶλλον. ἱκανὸν δὲ καὶ εἰ ἕν, ὃ πρῶτον τῶν ἀκινήτων ἀΐδιον ὂν ἔσται ἀρχὴ τοῖς ἄλλοις κινήσεως. φανερὸν δὲ καὶ ἐκ τοῦδε ὅτι ἀνάγκη εἶναί τι ἓν καὶ ἀΐδιον τὸ πρῶτον κινοῦν. δέδεικται γὰρ ὅτι ἀνάγκη ἀεὶ κίνησιν εἶναι. εἰ δὲ ἀεί, ἀνάγκη καὶ συνεχῆ εἶναι· καὶ γὰρ τὸ ἀεὶ συνεχές, τὸ δ' ἐφεξῆς οὐ συνεχές. ἀλλὰ μὴν εἴ γε συνεχής, μία. μία δ', εἰ ὑφ' ἑνός τε τοῦ κινοῦντος καὶ ἑνὸς τοῦ κινουμένου* [c]· *εἰ γάρ τι ἄλλο καὶ ἄλλο κινήσει, οὐ συνεχὴς ἡ ὅλη κίνησις, ἀλλ' ἐφεξῆς.*

a) Cf. Met. *Λ*, 7. *Δέδεικται δὲ καὶ ὅτι μέγεθος οὐθὲν ἔχειν ἐνδέχεται ταύτην τὴν οὐσίαν* (sc. *τὴν ἀΐδιον καὶ ἀκίνητον καὶ κεχωρισμένην τῶν αἰσθητῶν*), *ἀλλ' ἀμερὴς καὶ ἀδιαίρετός ἐστιν. κινεῖ*

γὰρ τὸν ἄπειρον χρόνον, οὐθὲν δ' ἔχει δύναμιν ἄπειρον πεπερασμένον. ἐπεὶ δὲ πᾶν μέγεθος ἢ ἄπειρον ἢ πεπερασμένον, πεπερασμένον μὲν διὰ τοῦτο οὐκ ἂν ἔχοι μέγεθος, ἄπειρον δ' ὅτι ὅλως οὐκ ἔστιν οὐθὲν ἄπειρον μέγεθος. De iisdem copiosius Phys. VIII, 10. Primum movens, ut aeternum et immotum, e temporis quoque finibus exemtum est. Phys. IV, 12. — b) Disputat contra id quod quispiam statuerit, motum in mundo a singularum rerum ratione vel anima proficisci. Quem contra monet has deinceps alias post alias existere, infinita temporum serie orientes et numero infinitas. Explicatius Phys. VIII, 6. Ὁρῶμεν δὲ καὶ φανερῶς ὄντα τοιαῦτα ἃ κινεῖ αὐτὰ ἑαυτά, οἷον τὸ τῶν ἐμψύχων καὶ τὸ τῶν ζῴων γένος. ταῦτα δὴ καὶ δόξαν παρεῖχε μή ποτ' ἐνδέχεται κίνησιν ἐγγίγνεσθαι μὴ οὖσαν ὅλως, διὰ τὸ ἐν τούτοις ὁρᾶν ἡμᾶς τοῦτο συμβαῖνον· ἀκίνητα γάρ ποτε ὄντα κινεῖται πάλιν, ὡς δοκεῖ. τοῦτο δὴ δεῖ λαβεῖν, ὅτι μίαν κίνησιν αὐτὰ κινεῖ, καὶ ὅτι ταύτην οὐ κυρίως. Animalia enim nonnisi eum motum habent, qui fit in loco, et eum ipsum non κυρίως h. e. ita ut sibi ipsis principium movendi sint, sed extrinsecus mota. — c) Ἓν κινούμενον est coelum, quod cernitur ex Physica Aristotelis; v. infra n. 331. In universum notandum Aristotelem statuere primam causam esse eius motus, qui semper sibi constans est, velut coeli motus, praeter eam autem aliam causam esse eius, qui inconstans est, quae simul causa est nascendi et occidendi; haec est coelum, quod et movetur et movet, quodque quia movetur temporibus variis varie operatur. Primus igitur motor partim per se operatur partim per aliud. Met. Λ, 6. εἰ δὴ τὸ αὐτὸ ἀεὶ περιόδῳ, δεῖ τι ἀεὶ μένειν ὡσαύτως ἐνεργοῦν. εἰ δὲ μέλλει γένεσις καὶ φθορὰ εἶναι, ἄλλο δεῖ εἶναι ἀεὶ ἐνεργοῦν ἄλλως καὶ ἄλλως. ἀνάγκη ἄρα ὡδὶ μὲν καθ' αὑτὸ ἐνεργεῖν, ὡδὶ δὲ κατ' ἄλλο· ἤτοι ἄρα καθ' ἕτερον ἢ κατὰ τὸ πρῶτον. ἀνάγκη δὴ κατὰ τοῦτο· πάλιν γὰρ ἐκεῖνο αὐτῷ τε αἴτιον κἀκείνῳ. οὐκοῦν βέλτιον τὸ πρῶτον· καὶ γὰρ αἴτιον ἦν ἐκεῖνο τοῦ ἀεὶ ὡσαύτως, τοῦ δ' ἄλλως ἕτερον· τοῦ δ' ἀεὶ ἄλλως ἄμφω δηλονότι. οὐκοῦν οὕτως καὶ ἔχουσιν αἱ κινήσεις.

Primus motor Aristoteli deus appellatur, Met. Λ, 7. 8: unde prima philosophia appellatur et theologia, ib. E, 1. Non veretur ille, quemadmodum Plato, deum sive primum motorem substantiam esse dicere. Met. Λ, 6. Ἀνάγκη εἶναί τινα ἀΐδιον οὐσίαν ἀκίνητον. αἵ τε γὰρ οὐσίαι πρῶται τῶν ὄντων, καὶ εἰ πᾶσαι φθαρταί, πάντα φθαρτά. Primus motor materiae expers est, ib. ἐνδέχεται δὲ τὸ δυνάμει ὂν μὴ εἶναι. δεῖ ἄρα εἶναι ἀρχὴν τοιαύτην, ἧς ἡ οὐσία ἐνέργεια, neque propterea sensibus percipitur, verum est νοητὸν et νοῦς, nam idem est νοητὸν atque νοῦς; cf. De Anim. III, 4, 12.

ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄνευ ὕλης τὸ αὐτό ἐστι τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον· ἡ γὰρ ἐπιστήμη ἡ θεωρητικὴ καὶ τὸ οὕτως ἐπιστητὸν τὸ αὐτό ἐστιν. Cf. n. 330.

329 Met. *Λ*, 7. Ἔστι τοίνυν τι καὶ ὃ κινεῖ. ἐπεὶ δὲ τὸ κινούμενον καὶ κινοῦν καὶ μέσον, τοίνυν ἔστι τι ὃ οὐ κινούμενον κινεῖ [a], ἀΐδιον καὶ οὐσία καὶ ἐνέργεια οὖσα· κινεῖ δὲ ὧδε τὸ ὀρεκτόν, καὶ τὸ νοητὸν κινεῖ οὐ κινούμενον. τούτων τὰ πρῶτα τὰ αὐτά [b]. ἐπιθυμητὸν μὲν γὰρ τὸ φαινόμενον καλόν, βουλητὸν δὲ πρῶτον τὸ ὂν καλόν. ὀρεγόμεθα δὲ διότι δοκεῖ μᾶλλον ἢ δοκεῖ διότι ὀρεγόμεθα. ἀρχὴ δὲ ἡ νόησις. νοῦς δὲ ὑπὸ τοῦ νοητοῦ κινεῖται, νοητὴ δὲ ἡ ἑτέρα συστοιχία καθ' αὑτήν· καὶ ταύτης ἡ οὐσία πρώτη, καὶ ταύτης ἡ ἁπλῆ καὶ κατ' ἐνέργειαν [c]. — — ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ δι' αὑτὸ αἱρετὸν ἐν τῇ αὐτῇ συστοιχίᾳ· καὶ ἔστιν ἄριστον ἀεὶ ἢ ἀνάλογον τὸ πρῶτον. ὅτι δ' ἔστι τὸ οὗ ἕνεκα ἐν τοῖς ἀκινήτοις, ἡ διαίρεσις δηλοῖ. ἔστι γὰρ διττὸν *) τὸ οὗ ἕνεκα, ὧν τὸ μὲν ἔστι τὸ δ' οὐκ ἔστι, κινεῖ δὲ ὡς ἐρώμενον, κινούμενον δὲ τἆλλα κινεῖ [d]. εἰ μὲν οὖν τι κινεῖται, ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν. — — ἐπεὶ δ' ἐστί τι κινοῦν αὐτὸ ἀκίνητον ὄν, ἐνεργείᾳ ὄν, τοῦτο οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν οὐδαμῶς. — ἐξ ἀνάγκης ἄρα ἐστὶν ὄν· καὶ ᾗ ἀνάγκῃ, καλῶς, καὶ οὕτως ἀρχή. τὸ γὰρ ἀναγκαῖον τοσαυταχῶς, τὸ μὲν βίᾳ, ὅτι παρὰ τὴν ὁρμήν, τὸ δὲ οὗ οὐκ ἄνευ τὸ εὖ, τὸ δὲ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἀλλ' ἁπλῶς [e]. ἐκ τοιαύτης ἄρα ἀρχῆς ἤρτηται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ φύσις.

a) Haec corrupta esse demonstrat Bonitz Observat. crit. ad Arist. Metaph. p. 125. Idem in Comm. ad Metaph. p. 495 ita legendum esse censet: *ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν κινούμενον καὶ μὴ κινοῦν, τὸ δὲ κινούμενον καὶ κινοῦν, καὶ τρίτον τοίνυν ἔστι τι* etc. — b) Sensus: Hunc in modum (*ὧδε* i e. *αὐτὸ ἀκίνητον ὄν*) movet *τὸ ὀρεκτόν*, id quod est appetibile; itemque cogitabile (*τὸ νοητόν*) ita movet, ut ipsum sit immotum. Cf. De An. III, 10. *εὐλόγως ταῦτα*

*) Vulg. *ἔστι γάρ τινι.* Coni. corr. Schwegler.

δύο φαίνεται τὰ κινοῦντα, ὄρεξις καὶ διάνοια πρακτική· τὸ ὀρεκτὸν γὰρ κινεῖ, καὶ διὰ τοῦτο ἡ διάνοια κινεῖ, ὅτι ἀρχὴ αὐτῆς ἐστὶ τὸ ὀρεκτόν. Haec autem duo, τὸ ὀρεκτὸν et τὸ νοητόν, si sua et primaria vi utrumque acceperis, ad idem redeunt (τούτων τὰ πρῶτα τὰ αὐτά). Namque ὀρεκτὸν per se est τὸ ὂν καλόν, idemque ὂν καλὸν principem inter τὰ νοητὰ locum habet. — c) Respicit disputationem de reducendis contrariis omnibus ad contrarietatem primam ac summam multitudinis, quam Met. Γ, 2 appellat τὴν ἐκλογὴν τῶν ἐναντίων, I, 3 et nostro loco in seqq. διαίρεσιν τῶν ἐναντίων, cf. Met. I, 4, K, 3, ubi eandem disputationem respicit. Fuisse eam secundi libri de bono Alexander Aphrodisiensis ad singulos hos locos significat, cf. Schol. Aristot. p. 805 a. Nostro igitur loco hoc dicit: Quum duae sint rerum series, quales distinctae sunt in libris de bono, cogitabilis per se ea est series, quae substantiam et formam et reliqua per affirmationem definita continet: quae enim in altera serie enumerantur negativa, ea non per se (καθ' αὑτήν), sed per accidens cogitationi subiiciuntur. Atqui in illa serie prima est substantia ea, quae simplex est, ab omni materiae et potentiae ambiguitate immunis, ipse actus; sed cum ea substantia coniunctum est in eadem serie id quod sua natura appetibile est et pulchrum. Cf. Bonitz ad l. c. — d) Quod primum est in aliqua serie, id praecipue eam habet qualitatem, quae in reliqua cernitur serie; ergo prima illa substantia est τὸ ἄριστον. Itaque sicuti ὀρεκτὸν πρῶτον est τὸ ὂν καλόν, ita etiam νοητὸν πρῶτον est τὸ καλόν, τὸ δι' αὑτὸ αἱρετόν, τὸ ἄριστον, sive τὸ οὗ ἕνεκα. Id vero quod a primo illo motore motum accipit (τὸ κινούμενον h. e. inerrantium stellarum sphaera, v. n. 338) eum motum deinde ad reliqua propagat. Pro vulg. ἔστι γάρ τινι etc. cum Schweglero et Bonitzio l. c. p. 499 legendum videtur: ἔστι γὰρ διττὸν τὸ οὗ ἕνεκα; ὧν τὸ μὲν ἔστι τὸ δὲ οὐκ ἔστι, quod collatis aliis locis, velut De An. II, 2. τὸ δ' οὗ ἕνεκα διττόν, τὸ μὲν οὗ τὸ δὲ ᾧ, De Gen. An. II, 6, Phys. II, 2, ita explicandum videtur, ut alterum genus h. e. τὸ οὗ, quippe quod immobile sit et immutabile, nihil obstet quominus in substantiis immobilibus numeretur, alterum vero, τὸ ᾧ, ut quod per mutationem sui ipsius ad illud accedat, non possit haberi ἐν τοῖς ἀκινήτοις. Et hoc quidem brevissime significari videtur illis verbis: ὧν τὸ μὲν (τὸ οὗ) ἔστιν (ἐν τοῖς ἀκινήτοις), τὸ δ' (τὸ ᾧ) οὐκ ἔστιν. — e) Ita exemptum ab omni potentiae ambiguitate (cf. n. 325, not.) summum principium movens necessario tale est quale est: quae quidem necessitas ei non extrinsecus per vim illata est, sed cum ipsa eius naturae dignitate coniuncta et absoluta, cf. Met. Δ, 5, ubi quatuor τοῦ ἀναγκαίου genera esse dicuntur: quae vulgo ἀναγκαῖα dicantur ad vivendum neces-

saria, cf. n. 306, not. b, deinde *τὸ βίαιον καὶ ἡ βία*, quod nostro loco dicitur esse *παρὰ τὴν ὁρμὴν* h. e. ubi vis adhibeatur (eo facit illud *τὸ δὲ οὗ οὐκ ἄνευ τοῦ εὖ*), tertio loco *τὸ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν ἀναγκαῖον· καὶ κατὰ τοῦτο τὸ ἀναγκαῖον καὶ τἄλλα λέγεταί πως ἅπαντα τὰ ἀναγκαῖα* h. e. illud quod nostro loco dicitur *τὸ μὴ ἐνδεχόμενον ἁπλῶς*, denique quarto loco ea quae in colligendo et demonstrando cernatur necessitas, *ἡ ἀπόδειξις τῶν ἀναγκαίων, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν, εἰ ἀποδέδεικται ἁπλῶς*, cf. n. 315 initio et n. 317, not. b.

Summum igitur principium est substantia aeterna, immobilis, actus ipse, necessaria, cogitabilis eademque appetibilis, eaque propter id ipsum, quia est appetibilis, motum efficit. Latissime enim patet hoc placitum Aristotelis, unamquamque rem appetere id quod bonum, quod divinum, quod aeternum est, quamque rem pro sua indole ac facultate ad id ferri, cf. De Gen. et Corr. II, 9; de An. II, 4, 2. *Φυσικώτατον γὰρ τῶν ἔργων τοῖς ζῶσιν, ὅσα τέλεια καὶ μὴ πηρώματα ἢ τὴν γένεσιν αὐτομάτην ἔχει, τὸ ποιῆσαι ἕτερον οἷον αὐτό, ζῷον μὲν ζῷον, φυτὸν δὲ φυτόν, ἵνα τοῦ ἀεὶ καὶ τοῦ θείου μετέχωσιν ᾗ δύνανται· πάντα γὰρ ἐκείνου ὀρέγεται κἀκείνου ἕνεκα πράττει ὅσα πράττει κατὰ φύσιν. — — ἐπεὶ οὖν κοινωνεῖν ἀδυνατεῖ τοῦ ἀεὶ καὶ τοῦ θείου τῇ συνεχείᾳ, διὰ τὸ μηδὲν ἐνδέχεσθαι τῶν φθαρτῶν ταὐτὸ καὶ ἓν ἀριθμῷ διαμένειν, ᾗ δύναται μετέχειν ἕκαστον κοινωνεῖ ταύτῃ, τὸ μὲν μᾶλλον τὸ δ' ἧττον· καὶ διαμένει οὐκ αὐτὸ ἀλλ' οἷον αὐτό, ἀριθμῷ μὲν οὐχ ἕν, εἴδει δ' ἕν.* Ipsum deum ab omni materia separatum, sed non extra mundum positum esse statuebat; imo ubicunque intellectus et intelligibilia deprehenderentur, ibi et ipsum tanquam causam primam et agentem adesse arbitrabatur, cf. Eth. Eud. VII, 14. *τὸ δὲ ζητούμενον τοῦτ' ἔστι, τίς ἡ τῆς κινήσεως ἀρχὴ ἐν τῇ ψυχῇ· δῆλον δή, ὥσπερ ἐν τῷ ὅλῳ θεός, καὶ πᾶν ἐκείνῳ. κινεῖ γάρ πως πάντα τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον. λόγου δ' ἀρχὴ οὐ λόγος, ἀλλά τι κρεῖττον. τί οὖν ἂν κρεῖττον καὶ ἐπιστήμης εἴποι* (videtur scribendum *εἴη που*) *πλὴν θεός*; et quae infra disputabuntur de intellectu agente, n. 343. — Propterea *τὸ κινοῦν ἀκίνητον* etiam ad singulas scientias refertur, velut ad artem medicam, De Gen. et Corr. I, 7. Praecipuum vero et velut suum locum habet in coelo, Phys. VIII, 10. *Ἀνάγκη δὴ ἢ ἐν μέσῳ ἢ ἐν κύκλῳ εἶναι· αὗται γὰρ αἱ ἀρχαί. ἀλλὰ τάχιστα κινεῖται τὰ ἐγγύτατα τοῦ κινοῦντος. τοιαύτη δ' ἡ τοῦ ὅλου κίνησις· ἐκεῖ ἄρα τὸ κινοῦν.* De Coelo I, 9. *εἰώθαμεν γὰρ τὸ ἔσχατον καὶ τὸ ἄνω μάλιστα καλεῖν οὐρανόν, ἐν ᾧ καὶ τὸ θεῖον πᾶν ἱδρῦσθαί φαμεν.* Inde Sext. Emp. Hyp. Pyrrh. III, 218. *Ἀριστοτέλης μὲν ἀσώματον εἶπε τὸν θεὸν εἶναι καὶ πέρας τοῦ οὐρανοῦ.* Cf. adv. Math. X, 33 et infra n. 338.

Met. *Λ*, **7.** *Διαγωγὴ δ' ἔστιν (νοῦ) οἵα ἡ ἀρίστη μικρὸν χρόνον ἡμῖν· οὕτω γὰρ ἀεὶ ἐκεῖνό ἐστιν (ἡμῖν μὲν γὰρ ἀδύνατον), ἐπεὶ καὶ ἡδονὴ ἡ ἐνέργεια τούτου· καὶ διὰ τοῦτο ἐγρήγορσις αἴσθησις νόησις ἥδιστον, ἐλπίδες δὲ καὶ μνῆμαι διὰ ταῦτα*[a]. *ἡ δὲ νόησις ἡ καθ' αὑτὴν τοῦ καθ' αὑτὸ ἀρίστου, καὶ ἡ μάλιστα τοῦ μάλιστα· αὑτὸν δὲ νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ· νοητὸς γὰρ γίγνεται θιγγάνων καὶ νοῶν, ὥστε ταὐτὸν νοῦς καὶ νοητόν· τὸ γὰρ δεκτικὸν τοῦ νοητοῦ καὶ τῆς οὐσίας νοῦς*[b]. *ἐνεργεῖ δὲ ἔχων· ὥστ' ἐκεῖνο μᾶλλον τούτου ὃ δοκεῖ ὁ νοῦς θεῖον ἔχειν, καὶ ἡ θεωρία τὸ ἥδιστον καὶ ἄριστον. εἰ οὖν οὕτως εὖ ἔχει ὡς ἡμεῖς ποτὲ ὁ θεὸς ἀεί, θαυμαστόν· εἰ δὲ μᾶλλον, ἔτι θαυμασιώτερον. ἔχει δὲ ὡδί. καὶ ζωὴ δέ γε ὑπάρχει· ἡ γὰρ νοῦ ἐνέργεια ζωή, ἐκεῖνος δὲ ἡ ἐνέργεια· ἐνέργεια δὲ ἡ καθ' αὑτὴν ἐκείνου ζωὴ ἀρίστη καὶ ἀΐδιος. φαμὲν δὲ τὸν θεὸν εἶναι ζῷον ἀΐδιον ἄριστον, ὥστε ζωὴ καὶ αἰὼν συνεχὴς καὶ ἀΐδιος ὑπάρχει τῷ θεῷ· τοῦτο γὰρ ὁ θεός*[c]. 330

a) *Ἡ διαγωγὴ* solet opponi necessitati vitae, *τοῖς ἀναγκαίοις*, cf. supra n. 306, Bonitz ad Met. *Λ*, 1, p. 45, ut hoc loco intelligenda sit vita ac beatitudo intellectus divini, quae ut qualis sit significetur cum summa quae homini contingere possit beatitudine comparatur. Eam esse vitae contemplativae, quippe quae finem in se ipsa contineat, non extra se positum habeat, hoc cum aliis locis explicat (cf. n. 306, n. 345, not.) tum iis quae leguntur Eth. Nic. X, 7, ubi inter alia: *ὁ δὲ τοιοῦτος ἂν εἴη βίος κρείττων ἢ κατ' ἄνθρωπον· οὐ γὰρ ᾗ ἄνθρωπός ἐστιν οὕτω βιώσεται, ἀλλ' ᾗ θεῖόν τι ἐν αὐτῷ ὑπάρχει. — εἰ δὴ θεῖον ὁ νοῦς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὁ κατὰ τοῦτον βίος θεῖος πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον. οὐ χρὴ δὲ κατὰ τοὺς παραινοῦντας* (Rhet. II, 21) *ἀνθρώπινα φρονεῖν ἄνθρωπον ὄντα οὔτε θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἀθανατίζειν.* Cf. ib. 8, ubi in deum nullam actionem (*πρᾶξιν*) convenire praeter contemplationem (*θεωρίαν*) uberius demonstratur, quae demonstratio concluditur hisce: *ὥστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια μακαριότητι διαφέρουσα θεωρητικὴ ἂν εἴη.* Adde De Coelo II, 12. *τῷ δ' ὡς ἄριστα ἔχοντι οὐθὲν δεῖ πράξεως· ἔστι γὰρ αὐτὸ τὸ οὗ ἕνεκα.* Illa igitur beatitudine nos quidem raro tantum, quandoque quasi sublati sumus ad divinam naturam, possumus frui, quoniam humanus intellectus po-

νὸν πολιτεύηται συμφέρον, καλεῖται τὸ κοινὸν ὄνομα πασῶν τῶν πολιτειῶν, πολιτεία. συμβαίνει δ' εὐλόγως· ἕνα μὲν γὰρ διαφέρειν κατ' ἀρετὴν ἢ ὀλίγους ἐνδέχεται, πλείους δ' ἤδη χαλεπὸν ἠκριβῶσθαι πρὸς πᾶσαν ἀρετήν, ἀλλὰ μάλιστα τὴν πολεμικήν· αὕτη γὰρ ἐν πλήθει γίγνεται. διόπερ κατὰ ταύτην τὴν πολιτείαν κυριώτατον τὸ προπολεμοῦν, καὶ μετέχουσιν αὐτῆς οἱ κεκτημένοι τὰ ὅπλα [b]. παρεκβάσεις δὲ τῶν εἰρημένων τυραννὶς μὲν βασιλείας, ὀλιγαρχία δὲ ἀριστοκρατίας, δημοκρατία δὲ πολιτείας. ἡ μὲν γὰρ τυραννίς ἐστι μοναρχία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τοῦ μοναρχοῦντος, ἡ δ' ὀλιγαρχία πρὸς τὸ τῶν εὐπόρων, ἡ δὲ δημοκρατία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τῶν ἀπόρων· πρὸς δὲ τὸ τῷ κοινῷ λυσιτελοῦν οὐδεμία αὐτῶν. **Ib. 17.** Βασιλευτὸν μὲν οὖν τὸ τοιοῦτόν ἐστι πλῆθος ὃ πέφυκε φέρειν γένος ὑπερέχον κατ' ἀρετὴν πρὸς ἡγεμονίαν πολιτικήν, ἀριστοκρατικὸν δὲ [πλῆθος ὃ πέφυκε φέρειν] πλῆθος ἄρχεσθαι δυνάμενον *) τὴν τῶν ἐλευθέρων ἀρχὴν ὑπὸ τῶνκατ' ἀρετὴν ἡγεμονικῶν πρὸς πολιτικὴν ἀρχήν, πολιτικὸν δὲ πλῆθος ἐν ᾧπέφυκε [καὶ ἓν] ἐγγίγνεσθαι πλῆθος πολεμικὸν δυνάμενον ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν κατὰ νόμον τὸν κατ' ἀξίαν διανέμοντα τοῖς εὐπόροις [c] τὰς ἀρχάς. **Ib. IV, 8.** Δοκεῖ δὲ ἀριστοκρατία μὲν εἶναι μάλιστα τὸ τὰς τιμὰς νενεμῆσθαι κατ' ἀρετήν· ἀριστοκρατίας μὲν γὰρ ὅρος ἀρετή [d], ὀλιγαρχίας δὲ πλοῦτος, δήμου δ' ἐλευθερία. — — Ἐπεὶ δὲ τρία ἐστὶ τὰ ἀμφισβητοῦντα τῆς ἰσότητος τῆς πολιτείας, ἐλευθερία, πλοῦτος, ἀρετή (τὸ γὰρ τέταρτον, ὃ καλοῦσιν εὐγένειαν, ἀκολουθεῖ τοῖς δυσίν· ἡ γὰρ εὐγένειά ἐστιν ἀρχαῖος πλοῦτος καὶ ἀρετή), φανερὸν ὅτι τὴν μὲν τοῖν δυοῖν μῖξιν, τῶν εὐπόρων καὶ τῶν ἀπόρων, πολιτείαν λεκτέον, τὴν δὲ τῶν τριῶν ἀριστοκρατίαν μάλιστα τῶν ἄλλων παρὰ τὴν ἀληθινὴν καὶ πρώτην.

---

*) Delenda videntur quae uncinis inclusimus.

a) Pol. IV, 14. *Ἔστι δὴ τρία μόρια τῶν πολιτειῶν πασῶν. — — ἔστι δὲ τῶν τριῶν τούτων ἓν μέν τι τὸ βουλευόμενον περὶ τῶν κοινῶν, δεύτερον δὲ τὸ περὶ τὰς ἀρχάς (τοῦτο δ' ἐστὶν ἃς δεῖ καὶ τίνων εἶναι κυρίας, καὶ ποίαν τινὰ δεῖ γίγνεσθαι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν), τρίτον δὲ τί τὸ δικάζον. κύριον δ' ἐστὶ τὸ βουλευόμενον περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης καὶ συμμαχίας καὶ διαλύσεως, καὶ περὶ νόμων, καὶ περὶ θανάτου καὶ φυγῆς καὶ δημεύσεως, καὶ τῶν εὐθυνῶν.* — b) *Πολιτεία* per excellentiam dicitur ubi id quod difficillimum est efficitur, ut maior civium numerus virtute emineat, quae virtus solet esse bellica, cf. quae citantur ex Pol. III, 17. *πολιτικὸν πλῆθος ἐν ᾧ πέφυκε ἐγγίγνεσθαι πλῆθος πολεμικόν.* — c) *Εὔποροι* sunt etiam *οἱ κεκτημένοι τὰ ὅπλα*, v. n. 349. Pol. VII, 9. Quocirca politia nonnunquam et timocratia appellatur, Eth. Nic. VIII, 12, quamquam alio loco, Rhet. I, 8, eodem nomine dicuntur oligarchia et timocratia, et ad universam quidem rationem rectius. — d) Pro *ἀρετῇ* aliis locis ponitur *παιδεία*, v. Pol. IV, 12, p. 1296 b, l. 18. Apparet nostro loco aristocratiam alia significatione appellari atque Pol. III, 6, sicuti etiam in sequentibus prima et vera aristocratia distinguitur ab ea quam dicit *ἀριστοκρατίαν μάλιστα τῶν ἄλλων*. Vera autem s. optima aristocratia est ea civitas, quam gubernat virtus. Pol. IV, 2. 3. *ἀληθέστερον δὲ καὶ βέλτιον ὡς ἡμεῖς διείλομεν, δυοῖν ἢ μιᾶς οὔσης τῆς καλῶς συνεστηκυίας* (sc. *πολιτείας*) *τὰς ἄλλας εἶναι παρεκβάσεις, τὰς μὲν τῆς εὖ κεκραμένης ἁρμονίας, τὰς δὲ τῆς ἀρίστης πολιτείας, ὀλιγαρχικὰς μὲν τὰς συντονωτέρας καὶ δεσποτικωτέρας, τὰς δ' ἀνειμένας καὶ μαλακὰς δημοτικάς*: quo loco populare imperium cum cautione tantum inter bonas civitates numeratur (propterea quod illud non universam virtutem fovet, sed nonnisi bellicam), aristocratia autem et regnum ad unum optimae civitatis genus revocantur. Omnino Aristoteles regno favet, quia in hac una forma virtus excellens id quo digna sit assequi et ad supremam potentiam eniti possit: ideoque regnum diserte optima civitas esse dicitur, Eth. Nic. VIII, 12; Pol. IV, 2. Aristocratiam quae vulgo dicitur eam civitatem intelligit, in qua tria illa, quibus hominis dignitas aestimatur, in honoribus distribuendis respiciantur, libertas et divitiae et virtus; politiam, in qua divitiae non spectentur, sed virtus tantum et libertas, ut pauperes et divites promiscue ad rempublicam administrandam admittantur, id quod probatur Aristoteli, Pol. IV, 12; cf. ib. 3, qui locus laudatur supra, ubi *ἡ εὖ κεκραμένη ἁρμονία* respicit politiam.

351 Pol. IV, 11. *Τίς δ' ἀρίστη πολιτεία καὶ τίς ἄριστος βίος ταῖς πλείσταις πόλεσι καὶ τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρώ-*

πων, μήτε πρὸς ἀρετὴν συγκρίνουσι τὴν ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας, μήτε πρὸς παιδείαν ἣ φύσεως δεῖται καὶ χορηγίας τυχηρᾶς, μήτε πρὸς πολιτείαν τὴν κατ' εὐχὴν γιγνομένην, ἀλλὰ βίον τε τὸν τοῖς πλείστοις κοινωνῆσαι δυνατὸν καὶ πολιτείαν ἧς τὰς πλείστας πόλεις ἐνδέχεται μετασχεῖν; — — ἡ δὲ δὴ κρίσις περὶ ἁπάντων τούτων ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων ἐστίν. εἰ γὰρ καλῶς ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται τὸ τὸν εὐδαίμονα βίον εἶναι τὸν κατ' ἀρετὴν ἀνεμπόδιστον, μεσότητα δὲ τὴν ἀρετήν, τὸν μέσον ἀναγκαῖον βίον εἶναι βέλτιστον, τῆς ἑκάστοις ἐνδεχομένης τυχεῖν μεσότητος. τοὺς δὲ αὐτοὺς τούτους ὅρους ἀναγκαῖον εἶναι καὶ πόλεως ἀρετῆς καὶ κακίας καὶ πολιτείας· ἡ γὰρ πολιτεία βίος τίς ἐστι πόλεως. ἐν ἁπάσαις δὴ ταῖς πόλεσίν ἐστι τρία μέρη τῆς πόλεως, οἱ μὲν εὔποροι σφόδρα, οἱ δὲ ἄποροι σφόδρα, οἱ δὲ τρίτοι οἱ μέσοι τούτων. ἐπεὶ τοίνυν ὁμολογεῖται τὸ μέτριον ἄριστον καὶ τὸ μέσον, φανερὸν ὅτι καὶ τῶν εὐτυχημάτων ἡ κτῆσις ἡ μέση βελτίστη πάντων· ῥᾴστη γὰρ τῷ λόγῳ πειθαρχεῖν. ὑπέρκαλον δὲ ἢ ὑπερίσχυρον ἢ ὑπερευγενῆ ἢ ὑπερπλούσιον, ἢ τἀναντία τούτοις, ὑπέρπτωχον ἢ ὑπερασθενῆ καὶ σφόδρα ἄτιμον, χαλεπὸν τῷ λόγῳ ἀκολουθεῖν. — — Δῆλον ἄρα ὅτι καὶ ἡ κοινωνία ἡ πολιτικὴ ἀρίστη ἡ διὰ τῶν μέσων, καὶ τὰς τοιαύτας ἐνδέχεται εὖ πολιτεύεσθαι πόλεις ἐν αἷς δὴ πολὺ τὸ μέσον, καὶ κρεῖττον μάλιστα μὲν ἀμφοῖν, εἰ δὲ μή, θατέρου μέρους· προστιθέμενον γὰρ ποιεῖ ῥοπὴν καὶ κωλύει γίγνεσθαι τὰς ἐναντίας ὑπερβολάς. — — τίς μὲν οὖν ἀρίστη πολιτεία, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν, ἐκ τούτων φανερόν· τῶν δ' ἄλλων πολιτειῶν, ἐπειδὴ πλείους δημοκρατίας καὶ πλείους ὀλιγαρχίας φαμὲν εἶναι, ποίαν πρώτην θετέον καὶ δευτέραν καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐχομένην τῷ τὴν μὲν εἶναι βελτίω τὴν δὲ χείρω, διωρισμένης τῆς ἀρίστης οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν. δεῖ γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι βελτίω τὴν ἐγγύτατα ταύτης, χείρω δὲ τὴν ἀφεστηκυῖαν τοῦ μέσου

πλεῖον. Ib. 12. Τίς δὲ πολιτεία τίσι καὶ ποία συμφέρει ποίοις, ἐχόμενόν ἐστι τῶν εἰρημένων διελθεῖν. ληπτέον δὴ πρῶτον περὶ πασῶν καθόλου ταὐτόν· δεῖ γὰρ κρεῖττον εἶναι τὸ βουλόμενον μέρος τῆς πόλεως τοῦ μὴ βουλομένου μένειν τὴν πολιτείαν. ἔστι δὲ πᾶσα πόλις ἔκ τε τοῦ ποιοῦ καὶ ποσοῦ. λέγω δὲ ποιὸν μὲν ἐλευθερίαν, πλοῦτον, παιδείαν, εὐγένειαν, ποσὸν δὲ τὴν τοῦ πλήθους ὑπεροχήν. ἐνδέχεται δὲ τὸ μὲν ποιὸν ὑπάρχειν ἑτέρῳ μέρει τῆς πόλεως, ἐξ ὧν συνέστηκε μερῶν ἡ πόλις, ἄλλῳ δὲ μέρει τὸ ποσόν, οἷον πλείους τὸν ἀριθμὸν εἶναι τῶν γενναίων τοὺς ἀγεννεῖς ἢ τῶν πλουσίων τοὺς ἀπόρους, μὴ μέντοι τοσοῦτον ὑπερέχειν τῷ ποσῷ ὅσον λείπεσθαι τῷ ποιῷ. διὸ ταῦτα πρὸς ἄλληλα συγκριτέον. ὅπου μὲν οὖν ὑπερέχει τὸ τῶν ἀπόρων πλῆθος τὴν εἰρημένην ἀναλογίαν, ἐνταῦθα πέφυκεν εἶναι δημοκρατίαν. — — ὅπου δὲ τὸ τῶν εὐπόρων καὶ γνωρίμων μᾶλλον ὑπερτείνει τῷ ποιῷ ἢ λείπεται τῳ ποσῷ, ἐνταῦθα δὲ ὀλιγαρχίαν. — — δεῖ δ' ἀεὶ τὸν νομοθέτην ἐν τῇ πολιτείᾳ προσλαμβάνειν τοὺς μέσους· ἄν τε γὰρ ὀλιγαρχικοὺς τοὺς νόμους τιθῇ, στοχάζεσθαι χρὴ τῶν μέσων, ἐάν τε δημοκρατικούς, προσάγεσθαι τοῖς νόμοις τούτους. ὅπου δὲ τὸ τῶν μέσων ὑπερτείνει πλῆθος ἢ συναμφοτέρων τῶν ἄκρων ἢ καὶ θατέρου μόνον, ἐνταῦθ' ἐνδέχεται πολιτείαν εἶναι μόνιμον. οὐθὲν γὰρ φοβερὸν μή ποτε συμφωνήσωσιν οἱ πλούσιοι τοῖς πένησιν ἐπὶ τούτους· οὐδέποτε γὰρ ἅτεροι βουλήσονται δουλεύειν τοῖς ἑτέροις, κοινοτέραν δ' ἂν ζητῶσιν, οὐδεμίαν εὑρήσουσιν ἄλλην ταύτης. ἐν μέρει γὰρ ἄρχειν οὐκ ἂν ὑπομείνειαν διὰ τὴν ἀπιστίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους. πανταχοῦ δὲ πιστότατος ὁ διαιτητής, διαιτητὴς δ' ὁ μέσος. ὅσῳ δ' ἂν ἄμεινον ἡ πολιτεία μιχθῇ, τοσούτῳ μονιμωτέρα.

Politicus igitur non solum optimam civitatem circumspicere debet, verum etiam in datis quibusque conditionibus quae possit constitui optima. Pol. IV, 1. οὐ γὰρ μόνον τὴν ἀρίστην (sc. πολι-

τεῖαν) δεῖ θεωρεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν δυνατήν, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ῥᾴω καὶ κοινοτέραν ἁπάσαις. Ipse Aristoteles quibuslibet conditionibus accommodatissimam esse existimat politiam; quae ut constituatur etiam in democratia et aristocratia agendum esse dicit ut mediis civibus quam maxime prospiciatur; per hos enim civitatem stabilitum iri. Omnino id maxime legislatori spectandum, ut civitas fulciatur et stabilis reddatur, nam ut quisque sit pessimae indolis, ita maxime amare rerum inclinationes et conversiones. Eth. Nic. VII, 15. *μεταβολὴ δὲ πάντων γλυκύτατον, κατὰ τὸν ποιητήν, διὰ πονηρίαν τινά· ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος εὐμετάβολος ὁ πονηρός, καὶ ἡ φύσις ἡ δεομένη μεταβολῆς.* Perseverandum in legibus quam diutissime. Pol. III, 16. *ὁ μὲν οὖν τὸν νόμον**) *κελεύων ἄρχειν δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους, ὁ δ' ἄνθρωπον κελεύων προστίθησι καὶ θηρίον.* Quamquam concedit leges non omnibus ac singulis casibus prospicere posse ib. 11, cf. supra n. 347, not.

Pol. VIII, 1. *Ὅτι μὲν οὖν τῷ νομοθέτῃ μάλιστα πραγματευτέον περὶ τὴν τῶν νέων παιδείαν, οὐδεὶς ἂν ἀμφισβητήσειεν· καὶ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν οὐ γιγνόμενον τοῦτο βλάπτει τὰς πολιτείας. δεῖ γὰρ πρὸς ἑκάστην πολιτεύεσθαι. τὸ γὰρ ἦθος τῆς πολιτείας ἑκάστης τὸ οἰκεῖον καὶ φυλάττειν εἴωθε τὴν πολιτείαν καὶ καθίστησιν ἐξ ἀρχῆς, οἷον τὸ μὲν δημοκρατικὸν δημοκρατίαν, τὸ δ' ὀλιγαρχικὸν ὀλιγαρχίαν· ἀεὶ δὲ τὸ βέλτιστον ἦθος βελτίονος αἴτιον πολιτείας. ἔτι δὲ πρὸς πάσας δυνάμεις καὶ τέχνας ἔστιν ἃ δεῖ προπαιδεύεσθαι καὶ προεθίζεσθαι πρὸς τὰς ἑκάστων ἐργασίας, ὥστε δῆλον ὅτι καὶ πρὸς τὰς τῆς ἀρετῆς πράξεις. ἐπεὶ δ' ἓν τὸ τέλος τῇ πόλει πάσῃ, φανερὸν ὅτι καὶ τὴν παιδείαν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον εἶναι πάντων καὶ ταύτης τὴν ἐπιμέλειαν εἶναι κοινὴν καὶ μὴ κατ' ἰδίαν, ὃν τρόπον νῦν ἕκαστος ἐπιμελεῖται τῶν αὑτοῦ τέκνων ἰδίᾳ τε καὶ μάθησιν ἰδίαν, ἣν ἂν δόξῃ, διδάσκων. δεῖ δὲ τῶν κοινῶν κοινὴν ποιεῖσθαι καὶ τὴν ἄσκησιν.* 352

De singulis ad educationem politicam praeceptis non est quod commemoremus. Videtur autem hanc politicae partem minore

---

*) Bekk. cum sex codd. *τὸν νοῦν*.

quam ceteras cura persecutus esse. In universum hoc maxime attinet, quod sicut omnem doctrinam moralem partem politicae esse statuit (n. 344), ita etiam leges quam maxime ad virtutem iuvenibus informandam pertinere arbitrabatur, Eth. N. II, 1. *οἱ γὰρ νομοθέται τοὺς πολίτας ἐθίζοντες ποιοῦσιν ἀγαθούς.* X, 10. *γίγνεσθαι δ' ἀγαθοὺς οἴονται οἱ μὲν φύσει οἱ δ' ἔθει οἱ δὲ διδαχῇ. τὸ μὲν οὖν τῆς φύσεως δῆλον ὡς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχει, ἀλλὰ διά τινας θείας αἰτίας τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐτυχέσιν ὑπάρχει· ὁ δὲ λόγος καὶ ἡ διδαχὴ μή ποτ' οὐκ ἐν ἅπασιν ἰσχύῃ, ἀλλὰ δέῃ προδιειργάσθαι τοῖς ἔθεσι τὴν τοῦ ἀκροατοῦ ψυχὴν πρὸς τὸ καλῶς χαίρειν καὶ μισεῖν, ὥσπερ γῆν τὴν θρέψουσαν τὸ σπέρμα. οὐ γὰρ ἂν ἀκούσειε λόγου ἀποτρέποντος οὐδ' αὖ συνείη ὁ κατὰ πάθος ζῶν· τὸν δ' οὕτως ἔχοντα πῶς οἷόν τε μεταπεῖσαι; ὅλως τ' οὐ δοκεῖ λόγῳ ὑπείκειν τὸ πάθος, ἀλλὰ βίᾳ. δεῖ δὴ τὸ ἦθος προϋπάρχειν πως οἰκεῖον τῆς ἀρετῆς, στέργον τὸ καλὸν καὶ δυσχεραῖνον τὸ αἰσχρόν. ἐκ νέου δ' ἀγωγῆς ὀρθῆς τυχεῖν πρὸς ἀρετὴν χαλεπὸν μὴ ὑπὸ τοιούτοις τραφέντα νόμοις· τὸ γὰρ σωφρόνως καὶ καρτερικῶς ζῆν οὐχ ἡδὺ τοῖς πολλοῖς, ἄλλως τε καὶ νέοις. διὸ νόμοις δεῖ τετάχθαι τὴν τροφὴν καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα· οὐκ ἔσται γὰρ λυπηρὰ συνήθη γιγνόμενα. οὐχ ἱκανὸν δ' ἴσως νέους ὄντας τροφῆς καὶ ἐπιμελείας τυχεῖν ὀρθῆς, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἀνδρωθέντας δεῖ ἐπιτηδεύειν αὐτὰ καὶ ἐθίζεσθαι, καὶ περὶ ταῦτα δεοίμεθ' ἂν νόμων, καὶ ὅλως δὴ περὶ πάντα τὸν βίον.* Cum Platone in hoc conspirat, quod civitatis curam etiam ad liberorum procreationem pertinere idque cum maxime existimat, v. Pol. VII, 16.

2. Aristotelis discipuli.

a. Eudemus et Theophrastus.

353 **Gellius Noct. Att. XIII, 5. Aristoteles philosophus annos iam fere natus duo et sexaginta corpore aegro affectoque ac spe vitae tenui fuit. Tunc omnis eius sectatorum cohors ad eum accedit orantes obsecrantesque ut ipse deligeret loci sui et magisterii successorem, quo post summum eius diem proinde ut ipso uterentur ad studia doctrinarum complenda excolendaque, quibus ab eo imbuti fuissent. Erant tunc in eius ludo boni multi, sed praecipui duo, Theophrastus et Eudemus*). Ingenio**

*) Vulgo *Menedemus*, et ita deinceps.

hi atque doctrinis ceteros praestabant; alter ex insula Lesbo fuit, Eudemus autem Rhodo. Aristoteles respondit facturum esse quod vellent cum id sibi foret tempestivum. Postea brevi tempore cum iidem illi, qui de magistro destinando petierant, praesentes essent, vinum ait, quod tum biberet, non esse id ex valetudine sua, sed insalubre esse atque asperum, ac propterea quaeri debere exoticum, vel Rhodium aliquod vel Lesbium; id sibi utrumque ut curarent petivit usurumque eo dixit, quod sese magis iuvisset. Eunt, curant, inveniunt, afferunt. Tum Aristoteles Rhodium petit, degustat. Firmum, inquit, hercle vinum et iucundum. Petit mox Lesbium. Quo item degustato utrumque, inquit, oppido bonum, sed ἡδίων ὁ Λέσβιος. Id ubi dixit, nemini fuit dubium quin lepide simul et verecunde successorem illa voce sibi, non vinum delegisset. Is erat e Lesbo Theophrastus, suavitate homo insigni linguae pariter atque vitae. Itaque non diu post Aristotele vita defuncto ad Theophrastum omnes concesserunt.

Eudemus multa scripsit, quibus Aristotelis doctrinam explicaverat, in quibus erant et Physica. Simpl. Phys. f. 29 a. *ὁ Εὔδημος τῷ Ἀριστοτέλει πάντα κατακολουθῶν.* f. 201 b. *Εὔδημος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ φυσικοῖς παραφράζων τὰ τοῦ Ἀριστοτέλους*, et quae leguntur similia ib. f. 279 a. Eiusdem Ethica Eudemia esse videntur, quae etiam nunc exstant inter opera Aristotelis, cf. Spengel diss. ad n. 310 cit. p. 506 sq. Sequuntur ea doctrinam Aristotelis, in paucis tantum neque nisi leviter ab ea declinantia. Neque Eudemum in gravioribus a magistro deflexisse patet ex iis quae passim de eo afferuntur. — *Theophrastus* Eresius prius Tyrtamus appellabatur. Strab. XIII, p. 618. *Ἐξ Ἐρεσοῦ δ' ἦσαν Θεόφραστός τε καὶ Φανίας οἱ ἐκ τῶν περιπάτων φιλόσοφοι, Ἀριστοτέλους γνώριμοι. Τύρταμος δ' ἐκαλεῖτο ἔμπροσθεν ὁ Θεόφραστος, μετωνόμασε δ' αὐτὸν ὁ Ἀριστοτέλης Θεόφραστον, ἅμα μὲν φεύγων τὴν τοῦ προτέρου ὀνόματος κακοφωνίαν, ἅμα δὲ τὸν τῆς φράσεως αὐτοῦ ζῆλον* (*loquendi nitor ille divinus*, Quintil. Inst. Orat. X, 1, 83) *ἐπισημαινόμενος· ἅπαντας μὲν γὰρ λογίους ἐποίησε τοὺς μαθητὰς Ἀριστοτέλης, λογιώτατον δὲ Θεόφραστον.* Cf. Steph. B. v. *Ἐρεσός.* Theophrastum cum ceteris philosophis Athenis paullisper exsulem fuisse

narrat Diog. L. V, 38. *Τοιοῦτος δὲ ὢν ὅμως ἀπεδήμησε πρὸς ὀλίγον καὶ οὗτος καὶ πάντες οἱ λοιποὶ φιλόσοφοι, Σοφοκλέους τοῦ Ἀμφικλείδου νόμον εἰσενεγκόντος μηδένα τῶν φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ· εἰ δὲ μή, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. ἀλλὰ αὖθις ἐπανῆλθον εἰς νέωτα, Φιλίωνος τὸν Σοφοκλέα γραψαμένου παρανόμων, ὅτε καὶ τὸν νόμον μὲν ἄκυρον ἐποίησαν Ἀθηναῖοι, τὸν δὲ Σοφοκλέα πέντε ταλάντοις ἐζημίωσαν, κάθοδόν τε τοῖς φιλοσόφοις ἐψηφίσαντο.* Cf. Athen. XIII, p. 610 E, Zumpt in Commentatt. Acad. Berol. a. 1842, p. 41. Neque ii quid assecuti sunt, qui *ἀσεβείας* Theophrastum accusaverant, Diog. L. V, 37; nam eximia etiam posthac laude apud Athenienses ad mortem usque florebat. Ex ingenti librorum Theophrasteorum numero, de quibus plures catalogos ex diversis auctoribus compilavit Diog. L. V, 42—50, pauci tantum aetatem tulerunt, et ii pessime habiti; cf. supra in Aristotele n. 305. Ex deperditis notabiles sunt qui erant de prioribus philosophis (cf. supra n. 167, not. f; n. 142; n. 134 sqq.; n. 69, not. c; n. 75, not.; n. 48, not.; n. 23, not. b). Quae exstant ad ipsam philosophiam nihil fere novi afferunt. Experientiam ille cum primis secutus esse videtur, et in ea latius quam magister vagatus est; namque et de plantis uberius quam Aristoteles scripserat, et de lapidibus etiam atque metallis eximia cum cura quaesiverat. Eandem viam tenuerat in iis quae disputaverat de legibus et de characteribus hominum; cf. Cic. de Fin. V, 4. Etiam rhetoricam florentissima discipulorum schola multisque operibus tractavit et accuratius magistro in quibusdam praeceptis versatus est, teste Cicerone Orat. 51, 172, cf. M. Schmidt de Theophrasto rhetore, Hal. Sax. 1839. De logicis commmentationibus Theophrasti et Eudemi, quibus magistri praecepta paucis mutatis illustraverant, v. Prantl *Gesch. d. Logik* I, p. 349 sq. De grammatica prae ceteris meruerat Praxiphanes, Theophrasti auditor et sodalis, v. L. Preller de Praxiphane Peripatetico inter antiquissimos grammaticos nobili, Dorp. 1842.

354 **Simpl. Phys. fol. 225 a.** *Ταῦτα δὲ καὶ τῷ κορυφαίῳ ἀρέσκει τῶν Ἀριστοτέλους ἑταίρων Θεοφράστῳ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ κινήσεως αὐτοῦ λέγοντι ὅτι „Αἱ μὲν ὀρέξεις καὶ αἱ ἐπιθυμίαι καὶ ὀργαὶ σωματικαὶ κινήσεις εἰσὶ καὶ ἀπὸ τούτου ἀρχὴν ἔχουσιν. ὅσαι δὲ κρίσεις καὶ θεωρίαι, ταύτας οὐκ ἔστιν εἰς ἕτερον ἀγαγεῖν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ καὶ ἡ ἐνέργεια καὶ τὸ τέλος, εἴ γε* *) *δὴ*

*) Vulgo *δέ*.

καὶ ὁ νοῦς κρεῖττόν τι μέρος καὶ θειότερον, ἅτε δὴ ἔξωθεν ἐπεισιὼν καὶ παντέλειος." καὶ τούτοις ἐπάγει· „Ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων σκεπτέον εἴ τινα χωρισμὸν ἔχει πρὸς τὸν ὅρον, ἐπεὶ τό γε κινήσεις εἶναι καὶ ταύτας ὁμολογούμενον."

De hoc (*κρίσεις* et *θεωρίας* ad motum referendas esse) minime omnes, quod affirmat Theophrastus, consentiebant, verum ipse Aristoteles eas energias esse statuerat. Sed videtur hoc ad eas dubitationes pertinere, quae Theophrasto subnatae erant, de intellectu activo et passivo; v. Themist. Paraphr. in Arist. de Anim. f. 89 b, 91 a; et ad id placitum, quo energiam quoque ad motum revocari posse censebat, v. Theophr. ap. Simpl. Phys. f. 94 a. *τὴν γὰρ τοῦ δυνάμει ὄντος ᾗ τοιοῦτον ἐντελέχειαν κίνησιν* (sc. *φαμέν*). De deo atque intellectu similiter atque Aristoteles statuisse videtur, cf. Cic. N. D. I, 13, 35, Clem. Al. Protr. p. 44 B, Krische *Forschungen* p. 345.

Cic. ad Att. II, 16. Nunc prorsus hoc statui ut, 355
quoniam tanta controversia est Dicaearcho familiari tuo cum Theophrasto amico meo, ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν [a], utrique a me mos gestus esse videatur. **Acad. post. I, 9.** Theophrastus autem, vir et oratione suavis et ita moratus ut prae se probitatem quandam et ingenuitatem ferat, vehementius etiam fregit quodam modo auctoritatem veteris disciplinae; spoliavit enim virtutem suo decore imbecillamque reddidit, quod negavit in ea sola positum esse beate vivere. **De Fin. V, 5, 12.** Sed quum beata vita quaeratur idque sit unum quod philosophia spectare et sequi debeat, sitne ea tota sita in potestate sapientis an possit aut labefactari aut eripi rebus adversis, in eo nonnunquam variari inter eos (sc. Peripateticos) et dubitari videtur. Quod maxime efficit Theophrasti de beata vita liber [b], in quo multum admodum fortunae datur. **Tusc. V, 9.** Vexatur idem Theophrastus et libris et scholis omnium philosophorum,

quod in Callisthene suo laudarit illam sententiam: Vitam regit fortuna, non sapientia [c].

a) Tantum vitae theoreticae tribuebat, ut ad neglectum practicae incitare videretur, cf. Hieron. adv. Iovin. I, p. 190 ed. Bened. — b) Graece inscriptus erat *περὶ εὐδαιμονίας*, cf. Madvig ad Cic. de Fin. l. c. Eodem libro illud de vita theoretica iudicium expositum fuisse videtur. — c) *Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους* librum inscripserat in memoriam familiaris et condiscipuli ab Alexandro M. occisi, cf. Krische l. c. p. 340.

Theophrastum de moribus parum severe praecepisse cernitur etiam ex iis quae ex libro de amicitia inscripto servavit Gellius N. A. I, 3. Divitiis atque cultui elegantiori multum ab eo tributum fuisse constat ex Cic. de Off. II, 6, 56, aliis, v. M. Schmidt de Theophrasto rhet. p. 15.

b. Aristoxenus.

356 **Cic. Tusc. I, 10. Aristoxenus musicus idemque philosophus ipsius corporis intentionem quandam (sc. animam esse dixit); velut in cantu et fidibus quae harmonia dicitur, sic ex corporis totius natura et figura varios motus cieri, tamquam in cantu sonos.**

Tali doctrinae adversatur Aristoteles De Anima I, 1. Sed Aristoxenus Tarentinus multa ex Pythagoreorum doctrina adscivisse videtur, et scripserat de eorundem vitis et scriptis; v. supra n. 91 sqq.; itemque musicam ab his edoctus esse videtur, in qua tantum excelluit, ut Musicus per excellentiam et secta ab eo Aristoxeneorum appellaretur. Cf. G. L. Mahne de Aristoxeno philos. peripat. Amstelod. 1793.

c. Dicaearchus.

357 **Cic. Tusc. I, 10. Dicaearchus autem in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit doctorum hominum disputantium, primo libro multos loquentes facit, duobus Pherecratem quendam Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, disserentem inducit, nihil esse omnino animum, et hoc esse nomen totum inane, frustraque et animalia et animantes appellari; neque in homine inesse animum vel animam, nec in bestia;**

vimque omnem eam, qua vel agamus quid vel sentiamus, in omnibus corporibus vivis aequabiliter esse fusam, nec separabilem a corpore esse, quippe quae nulla sit, nec sit quidquam nisi corpus unum et simplex, ita figuratum ut temperatione naturae vigeat et sentiat.

Cf. Sext. Empir. Hyp. Pyrrh. II, 31, adv. Math. VII, 349, et de libris Dicaearchi, ad quos respicit Cicero, Th. Bergk Comm. de Com. Antiq. p. 215 sq. Alio libro, qui Lesbiacus inscriptus erat, immortalitas animi impugnabatur; v. Cic. Tusc. I, 31. Erat hic Messanae in Sicilia natus et de geographia insigniter meritus, editis et tabulis geographicis et itinerariis accuratissime perscriptis. Praecipuum opus dicebatur *Βίος Ἑλλάδος*. De ceteris cf. Osann *Beitr. zur griech. u. röm. Litter.* Vol. II.

d. Strato.

Diog. L. V, 58. *Διεδέξατο δ' αὐτοῦ* (sc. *τοῦ Θεο-* 358
φράστου) τὴν σχολὴν Στράτων — Λαμψακηνός, — — ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος καὶ φυσικὸς ἐπικληθεὶς ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν θεωρίαν ταύτην παρ' ὁντινοῦν ἐπιμελέστατα διατετριφέναι. ἀλλὰ καὶ καθηγήσατο Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου καὶ ἔλαβε, φασί, παρ' αὐτοῦ τάλαντα ὀγδοήκοντα. σχολαρχεῖν δέ, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, ἤρξατο τῇ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι, τῆς σχολῆς ἀφηγησάμενος ἔτη ὀκτωκαίδεκα.

Cic. Acad. post. I, 9. *Strato, eius* (sc. Theophrasti) *auditor, quamquam fuit acri ingenio, tamen ab ea disciplina omnino semovendus est: qui quum maxime necessariam partem philosophiae, quae posita est in virtute et in moribus, reliquisset totumque se ad investigationem naturae contulisset, in ea ipsa plurimum discedit a suis.* Cf. Cic. de Fin. V, 5, 13. In titulis tamen librorum multi sunt ethici argumenti, v. Diog. L. V, 58—60. De disserendi genere Polybius Exc. Vatic. libr. XII, 12. *παραπλήσιον γὰρ Στράτωνι τῷ φυσικῷ συμβέβηκε· καὶ γὰρ ἐκεῖνος, ὅταν ἐγχειρήσῃ τὰς τῶν ἄλλων δόξας διαστέλλεσθαι καὶ ψευδοποιεῖν, θαυμάσιός ἐστιν, ὅταν δ' ἐξ αὐτοῦ τι προφέρηται καὶ τῶν ἰδίων ἐπινοημάτων ἐξηγῆται, παρα πολὺ φαίνεται τοῖς ἐπιστήμοσιν εὐηθέστερος αὐτοῦ καὶ νωθρότερος.* Quibus ab Aristotele in physica dissenserit, patebit ex subsequentibus.

359 Simpl. Phys. fol. 225 a. *Καὶ Στράτων δὲ ὁ Λαμψακηνὸς — — τὴν ψυχὴν ὁμολογεῖ κινεῖσθαι, οὐ μόνον τὴν ἄλογον, ἀλλὰ καὶ τὴν λογικήν, κινήσεις λέγων εἶναι τὰς ἐνεργείας τῆς ψυχῆς. λέγει οὖν ἐν τῷ περὶ κινήσεως πρὸς ἄλλοις πολλοῖς καὶ τάδε· „Ἀεὶ γὰρ ὁ νοῶν κινεῖται, ὥσπερ καὶ ὁ ὁρῶν καὶ ἀκούων καὶ ὀσφραινόμενος· ἐνέργεια γὰρ ἡ νόησις τῆς διανοίας, καθάπερ καὶ ἡ ὅρασις τῆς ὄψεως." καὶ πρὸ τούτου δὲ τοῦ ῥητοῦ γέγραφεν· „Ὅτι οὖν εἰσὶν αἱ πλεῖσται τῶν κινήσεων αἰτίαι, ἃς ἡ ψυχὴ καθ' αὑτὴν κινεῖται διανοουμένη καὶ ἃς ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων ἐκινήθη πρότερον, δῆλόν ἐστιν. ὅσα γὰρ μὴ πρότερον ἑώρακε, ταῦτα οὐ δύναται νοεῖν, οἷον τόπους ἢ λιμένας ἢ γραφὰς ἢ ἀνδριάντας ἢ ἀνθρώπους ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων."*

Cf. n. 354; Sext. Empir. adv. Math. VII, 350. *Οἱ δὲ αὐτὴν* (sc. *τὴν διάνοιαν*) *εἶναι τὰς αἰσθήσεις, καθάπερ διά τινων ὀπῶν τῶν αἰσθητηρίων προκύπτουσαν· ἧς στάσεως ἦρξε Στράτων*: quae Stoam redolent. Cf. Plutarch. de Pl. Ph. IV, 5. 23.

360 Cic. de Nat. Deor. I, 13. Nec audiendus eius (sc. Theophrasti) auditor Strato, is qui physicus appellatur, qui omnem vim divinam in natura sitam esse censet, quae causas gignendi, augendi, minuendi immutandique habeat, sed careat omni sensu et figura. Acad. pr. II, 38. Negat (Strato) opera deorum se uti ad fabricandum mundum. Quaecunque sint, docet, omnia effecta esse natura; nec ut ille, qui asperis et laevibus et hamatis uncinatisque corporibus concreta haec esse dicat, interiecto inani. Somnia censet haec esse Democriti, non docentis sed optantis. Ipse autem singulas mundi partes persequens quidquid aut sit aut fiat, naturalibus fieri aut factum esse docet ponderibus et motibus. Plut. adv. Colot. 14. *Τελευτῶν τὸν κόσμον αὐτὸν οὐ ζῷον εἶναί φησι, τὸ δὲ κατὰ φύσιν ἕπεσθαι τῷ κατὰ τύχην· ἀρχὴν γὰρ ἐνδιδόναι τὸ αὐτόματον, εἶτα οὕτω περαίνεσθαι τῶν φυσικῶν παθῶν ἕκαστον.*

Cf. Seneca ap. August. de Civ. D. VI, 10; Krische *Forsch.* p. 350 sq.

Cic. de Fin. V, 5. Huius (Stratonis discipulus) Lyco, 361
oratione locuples, rebus ipsis ieiunior [a]. Concinnus deinde et elegans huius Aristo [b]; sed ea quae desideratur a magno philosopho gravitas in eo non fuit. Scripta sane et multa et polita, sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet. Praetereo multos, in his doctum hominem et suavem, Hieronymum, quem iam cur Peripateticum appellem nescio. Summum enim bonum exposuit vacuitatem doloris [c]; qui autem de summo bono dissentit, de tota philosophiae ratione dissentit. Critolaus [d] imitari voluit antiquos, et quidem est gravitate proximus et redundat oratio. At tamen ne is quidem *) in patriis institutis manet. Diodorus eius auditor adiungit ad honestatem vacuitatem doloris. Hic quoque suus est, de summoque bono dissentiens dici vere Peripateticus non potest [e].

a) Hunc Stratoni successisse constat ex Diog. L. V, 65 sq., Plut. d. Exil. 14. — b) De Aristone Coo Peripatetico ab Aristone Chio Stoico recte distinguendo cf. Haubmann in Iahnii Annal. Suppl. 1835, p. 102 sqq., Ritschl Mus. Rhen. N. F. I. p. 193 sqq., H. Sauppe Philodemi de vitiis lib. p. 6 sq. — c) De Hieronymo Rhodio, qui Arcesilae et Lyconis aequalis fuit, praeter illam sententiam nihil quod ad philosophiam attineat traditur, cf. de Fin. II, 3, Acad. pr. II, 131 cet. — d) Critolaus, qui Lyconi in schola successit, ab Atheniensibus una cum Carneade et Diogene Romam legatus missus est a. U. c. 559, v. infra n. 450. — e) Diodorus Tyrius erat Critolai auditor et in schola successor, cf. de Fin. II, 6, 19, de Orat. I, 11, Stob. Ecl. Phys. p. 58, Clem. Al. Strom. I, p. 301 B. Propter eandem de summo bono sententiam nominatur de Fin. V, 8, 21, Acad. pr. II, 131, al. De iis, quos Cicero praetermisisse videtur, et de omni successione Peripateticorum v. Zumpt Comm. Acad. Berol. a. 1842, p. 91 sq., de ethica recentiorum Peripateticorum Stob. Ecl. Eth. p. 56, Clem. Al. Strom. II, p. 415 C, de logica Prantl *Gesch. d. Logik* I, p. 529 sq.

*) *ne* ex coni. add. Madvig.

CAPUT VIII.

S C E P T I C I.

1. De vitis scriptisque Pyrrhonis et Timonis.

362 Diog. L. IX, 61. *Πύρρων Ἠλεῖος —, ὥς φησι δ' Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, πρότερον ἦν ζωγράφος* [a] *καὶ ἤκουσε Βρύσωνος τοῦ Στίλπωνος —, εἶτ' Ἀναξάρχῳ* [b] *ξυνακολουθῶν πανταχοῦ, ὡς καὶ τοῖς Γυμνοσοφισταῖς ἐν Ἰνδίᾳ* [c] *συμμῖξαι καὶ τοῖς Μάγοις.*

a) Exstabant tabulae ab eo pictae Elide in gymnasio; Diog. L. IX, 62. — b) Anaxarchus Abderita Alexandrum in orientem comitabatur et erat ex Democriteis. Diog. L. IX, 58. Et Pyrrho quoque in multis Democritum secutus esse dicitur. Diog. L. IX, 67; Aristocl. ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 18. — c) Diog. L. IX, 63. Ab iis vitam solitariam didicisse perhibetur.

Erant qui scepticismum Pyrrhonis ad vitam quoque ipsius et mores pertinuisse commemorarent, contra quos disputaverat Aenesidemus, v. Diog. L. IX, 62. Pyrrho nil scripti reliquisse dicitur; v. Aristocl. l. l.; Diog. L. prooem. 16; IX, 102. Sed carmen ad Alexandrum scriptum memoratur Sexto Emp. adv. Math. I, 282.

363 Aristocl. ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 18. *Ἐγένετο δὲ μαθητὴς* [a] *αὐτοῦ* (sc. *Πύρρωνος*) *Τίμων Φλιάσιος, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐχόρευεν ἐν τοῖς θεάτροις, ἔπειτα δ' ἐντυχὼν αὐτῷ συνέγραψεν ἀργαλέας παρῳδίας καὶ βωμολόχους, ἐν αἷς βεβλασφήμηκε πάντας τοὺς πώποτε φιλοσοφήσαντας. οὗτος γὰρ ἦν ὁ τοὺς σίλλους γράψας* [b].

a) Cf. Diog. L. IX, 109 sqq. Praeter Pyrrhonem Stilpo eius magister fuisse perhibetur, Diog. L. IX, 109, quod pugnat rationi temporum et videtur de coniunctione dumtaxat Scepticorum et Megaricorum intelligendum. Versabatur ille plerumque Athenis et Chalcedone; Diog. L. IX, 110. Medicam artem professus esse videtur, ut inferiores Sceptici, Diog. L. IX, 109, cf. n. 490, not. c. — b) Sillis maxime inclaruit, propter eos *σιλλογράφος* dictus. Diog. L. IX, 110. *καὶ γὰρ ποιήματα συνέγραφε καὶ ἔπη καὶ τραγῳδίας καὶ σατύρους καὶ δράματα κωμικὰ τριάκοντα, τραγικὰ δὲ ἑξήκοντα, σίλ-*

λους τε καὶ κιναίδους. **111.** *φέρεται δ' αὐτοῦ καὶ καταλογάδην βιβλία. τῶν δὲ σίλλων τρία ἐστίν, ἐν οἷς ὡς ἂν σκεπτικὸς ὢν πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει τοὺς δογματικοὺς ἐν παρῳδίας εἴδει. ὧν τὸ μὲν πρῶτον αὐτοδιήγητον ἔχει τὴν ἑρμηνείαν, τὸ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον ἐν διαλόγου σχήματι. φαίνεται γοῦν ἀνακρίνων Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον περὶ ἑκάστων* (v. supra n. 130, not.), *ὁ δ' αὐτῷ διηγούμενός ἐστι· καὶ ἐν μὲν τῷ δευτέρῳ περὶ τῶν ἀρχαιοτέρων, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ περὶ τῶν ὑστέρων. — τὸ δὲ πρῶτον ταὐτὰ περιέχει πράγματα, πλὴν ὅτι μονοπρόσωπός ἐστιν ἡ ποίησις.* Cf. Paul de Sillis p. 23 sqq., Weland de praecip. Parodiar. scriptt. p. 50 sqq. — Cum aliorum quoque Pyrrhonis discipulorum quae allegantur scripta (ib. 102) magnam habeant suspicionem, probabile est omnem argumentorum, quae Sceptici sequebantur, expositionem accuratiorem a recentioribus demum repetendam esse. Antiquiores, quorum disciplina mox exstincta est, ad Socraticos plerumque referebantur, Cic. de Orat. III, 17. Ceterum etiam Timo suos discipulos habuisse fertur, qui tamen inopes fuisse videntur, Diog. L. IX, 115.

2. Placita Scepticorum.

Aristocles ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 18. Ὁ δὲ — Τί- 364
μων φησὶ δεῖν τὸν μέλλοντα εὐδαιμονήσειν εἰς τρία ταῦτα βλέπειν, πρῶτον μὲν ὁποῖα πέφυκε τὰ πράγματα, δεύτερον δὲ τίνα χρὴ τρόπον ἡμᾶς πρὸς αὐτὰ διακεῖσθαι, τελευταῖον δὲ τί περιέσται τοῖς οὕτως ἔχουσι. τὰ μὲν οὖν πράγματά φησιν αὐτὸν [a] ἀποφαίνειν ἐπίσης ἀδιάφορα καὶ ἀστάθμητα καὶ ἀνέγκριτα· διὰ τοῦτο μήτε τὰς αἰσθήσεις ἡμῶν μήτε τὰς δόξας ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι. διὰ τοῦτο οὖν μηδὲ πιστεύειν αὐταῖς δεῖν, ἀλλ' ἀδοξάστους καὶ ἀκλινεῖς καὶ ἀκραδάντους εἶναι περὶ ἑνὸς ἑκάστου λέγοντας ὅτι οὐ μᾶλλον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ καὶ ἔστι καὶ οὐκ ἔστιν οὔτ' οὐκ ἔστιν [b]. τοῖς μέντοι διακειμένοις οὕτω περιέσεσθαι Τίμων φησὶ πρῶτον μὲν ἀφασίαν, ἔπειτα δ' ἀταραξίαν.

a) Pyrrhonem, ut videtur, quem loquentem induxerat in carmine, quod Pytho inscriptum erat; v. l. l. — b) Delendum videtur *οὔτ' οὐκ ἔστιν*, cf. Gell. N. A. XI, 5, 4. *οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκείνως ἢ οὐδετέρως.*

Scepticorum placita mores cumprimis et virtutem spectabant. Cic. de Fin. IV, 16. *Pyrrho —, qui virtute constituta nihil omnino quod appetendum sit relinquat.* Virtus et felicitas idem iis significant. Eodem conveniunt hi versus Timonis, quos laudat Sextus Empir. adv. Math. XI, 20:

Ἠ γὰρ ἐγὼν ἐρέω ὥς μοι καταφαίνεται εἶναι,
μῦθον ἀληθείης ὀρθὸν ἔχων κανόνα,
ὡς ἡ τοῦ θείου τε φύσις καὶ τἀγαθοῦ αἰεί,
ἐξ ὧν ἰσότατος γίνεται ἀνδρὶ βίος.

In prima quaestione, *ὁποῖα πέφυκε τὰ πράγματα*, dubitationes Scepticorum expromi solebant. De singulis argumentis parum liquet. Timo hoc maxime egisse videtur, ut prioribus dogmaticis refutandis et irridendis suo ipsius scepticismo probabilitatem adstrueret. V. n. 363, not. b; Diog. L. IX, 90.

365 **Sext. Empir. adv. Math. III, 2.** *Καὶ γὰρ ὁ Τίμων ἐν τοῖς πρὸς τοὺς φυσικοὺς τοῦτο ὑπέλαβε δεῖν ἐν πρώτοις ζητεῖν, φημὶ δὲ τὸ εἰ ἐξ ὑποθέσεώς τι ληπτέον.*

Id haud dubie pernegabat. Hypothesis autem Scepticis dicebatur quodlibet axioma, ex quo argumentum derivari posset, ideoque etiam definitio quaelibet. Diog. L. IX, 74: *Οὐδὲν ὁρίζομεν.* Ib. 90; 91. His contra formam et methodum scientiae disputabant.

366 **Diog. L. IX, 103.** *Περὶ μὲν ὧν ὡς ἄνθρωποι πάσχομεν ὁμολογοῦμεν* (sc. *ἀποκρίνονται οἱ Σκεπτικοί*)· *καὶ γὰρ ὅτι ἡμέρα ἐστὶ καὶ ὅτι ζῶμεν καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἐν τῷ βίῳ φαινομένων διαγιγνώσκομεν· περὶ δ' ὧν οἱ Δογματικοὶ διαβεβαιοῦνται τῷ λόγῳ, φάμενοι κατειλῆφθαι, περὶ τούτων ἐπέχομεν ὡς ἀδήλων, μόνα δὲ τὰ πάθη γιγνώσκομεν. τὸ μὲν γὰρ ὅτι ὁρῶμεν ὁμολογοῦμεν καὶ τὸ ὅτι τόδε νοοῦμεν γιγνώσκομεν, πῶς δ' ὁρῶμεν ἢ πῶς νοοῦμεν ἀγνοοῦμεν· καὶ ὅτι τόδε λευκὸν φαίνεται διηγηματικῶς λέγομεν, οὐ διαβεβαιούμενοι εἰ καὶ ὄντως ἐστί.* **105.** *ὅθεν καὶ ὁ Τίμων ἐν τῷ Πύθωνί φησι μὴ ἐκβεβηκέναι τὴν συνήθειαν. καὶ ἐν τοῖς Ἰνδαλμοῖς οὕτω λέγει,*

Ἀλλὰ τὸ φαινόμενον παντὶ σθένει οὗπερ ἂν ἔλθῃ *).

*) Cf. Sext. Emp. adv. Math. VII, 30.

*καὶ ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεων φησί, Τὸ μέλι *) ὅτι ἐστὶ γλυκὺ οὐ τίθημι, τὸ δὲ ὅτι φαίνεται ὁμολογῶ.* **106.** *καὶ Αἰνεσίδημος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Πυῤῥωνείων λόγων οὐδέν φησιν ὁρίζειν τὸν Πύῤῥωνα δογματικῶς διὰ τὴν ἀντιλογίαν, τοῖς δὲ φαινομένοις ἀκολουθεῖν.*

Quae sensibus apprehenduntur, ea sibimet ipsis contraria sunt, ut non ad veram fidem, verum narrando tantummodo (*διηγηματικῶς, ἱστορικῶς*) hoc vel illud iis significari pronunties, affirmare vero quicquam esse aut non esse maximo opere fugiendum sit; v. Diog. L. IX, 81. Argumentum a fallaciis sensuum ductum, si non ab antiquioribus Scepticis, saltem a recentioribus copiose enarrabatur. Eo quod sensibus percipitur veritati opposito hanc *ἄδηλον* esse contendebant. Veritatem autem concursu, quem quis dixerit, sensuum atque intellectus percipi posse negabat iam Timo, duobus testimoniis ambiguis nil ratum fieri argumentatus. Diog. L. IX, 114. *Συνεχές τ' ἐπιλέγειν εἰώθει πρὸς τοὺς τὰς αἰσθήσεις μετ' ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ νοῦ ἐγκρίνοντας· Συνῆλθεν Ἀτταγᾶς τε καὶ Νουμήνιος*, de quo proverbio v. Menag. ad h. l. Sceptici neque intelligibile neque sensibile verum esse aperte negabant, sed haesitabant de utroque, quoniam offensionem haberet tam hoc quam illud. Diog. L. IX, 76. *τῶν μὲν γὰρ πραγμάτων διαφωνούντων τῶν δὲ λόγων ἰσοσθενούντων ἀγνωσία τῆς ἀληθείας ἐπακολουθεῖ.*

Diog. L. IX, 61. *Οὐδὲν γὰρ ἔφασκεν* (sc. *ὁ Πύρ-* 367
ρων) *οὔτε καλὸν οὔτε αἰσχρὸν οὔτε δίκαιον οὔτε ἄδικον· καὶ ὁμοίως ἐπὶ πάντων μηδὲν εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, νόμῳ δὲ καὶ ἔθει πάντα τοὺς ἀνθρώπους πράττειν· οὐ γὰρ μᾶλλον τόδε ἢ τόδε εἶναι ἕκαστον.* **Sext. Emp. adv. Math. XI, 140.** *Οὔτε ἀγαθόν τί ἐστι φύσει οὔτε κακόν,*

ἀλλὰ πρὸς ἀνθρώπων ταῦτα νόῳ κέκριται

κατὰ τὸν Τίμωνα.

Cf. Diog. L. IX, 83. *Τὸ γοῦν αὐτὸ παρ' οἷς μὲν δίκαιον, παρ' οἷς δὲ ἄδικον· καὶ ἄλλοις μὲν ἀγαθόν, ἄλλοις δὲ κακόν, κτλ.* Ib. 90. 101. *Εἴ γάρ τί ἐστι φύσει ἀγαθὸν καὶ κακόν, πᾶσιν ὀφείλει ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπάρχειν, ὥσπερ ἡ χιὼν πᾶσι ψυχρόν· κοινὸν δ' οὐδὲν πάντων ἀγαθὸν ἢ κακόν ἐστιν· οὐκ ἄρα ἐστὶ φύσει ἀγαθὸν ἢ κακόν. ἤτοι γὰρ πᾶν τὸ ὑπό τινος δοξαζόμενον ῥητέον ἀγα-*

---

*) Libb. *μέν*. Corr. Fabric. ad Sext. Emp. Hyp. Pyrrh. I, 20.

θὸν ἢ οὐ πᾶν· καὶ πᾶν μὲν οὐ ῥητέον, ἐπεὶ τὸ αὐτὸ ὑφ' οὗ μὲν δοξάζεται ἀγαθόν, ὡς ἡ ἡδονὴ ὑπὸ Ἐπικούρου, ὑφ' οὗ δὲ κακόν, ὑπ' Ἀντισθένους. συμβήσεται τοίνυν τὸ αὐτὸ ἀγαθόν τ' εἶναι καὶ κακόν. εἰ δ' οὐ πᾶν λέγοιμεν τὸ ὑπό τινος δοξαζόμενον ἀγαθόν, δεήσει ἡμᾶς διακρίνειν τὰς δόξας· ὅπερ οὐκ ἐνδεχόμενόν ἐστι διὰ τὴν ἰσοσθένειαν τῶν λόγων. ἄγνωστον οὖν τὸ φύσει ἀγαθόν. Eadem consecutione efficitur res esse *ἀδιάφορα*, neque bonas neque malas, Aristocl. l. l., cf. Cic. de Fin. II, 13, 43. *quae Aristoni et Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo, ut inter optime valere et gravissime aegrotare nihil prorsus interesse dicerent.* Epictet. ap. Stob. Serm. 121, 28. *Πύρρων ἔλεγε μηδὲν διαφέρειν ζῆν ἢ τεθνάναι.*

368 **Diog. L. IX, 107.** *Οἱ Σκεπτικοί φασιν ὅτι ὅτε προσπίπτουσιν ἀλλοῖαι φαντασίαι, ἑκατέρας ἐροῦμεν φαίνεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο τὰ φαινόμενα τιθέναι ὅτι φαίνεται. τέλος δὲ οἱ Σκεπτικοί φασι τὴν ἐποχήν, ᾗ σκιᾶς τρόπον ἐπακολουθεῖ ἡ ἀταραξία, ὥς φασιν οἵ τε περὶ τὸν Τίμωνα καὶ Αἰνεσίδημον.* 108. *οὔτε γὰρ τάδε ἑλούμεθα ἢ ταῦτα φευξόμεθα ὅσα περὶ ἡμᾶς ἐστί· τὰ δ' ὅσα περὶ ἡμᾶς οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην, οὐ δυνάμεθα φεύγειν, ὡς τὸ πεινῆν καὶ διψῆν καὶ ἀλγεῖν· οὐκ ἔστι γὰρ λόγῳ περιελεῖν ταῦτα. — — ὥστε καὶ αἱρούμεθά τι κατὰ τὴν συνήθειαν καὶ φεύγομεν καὶ νόμοις χρώμεθα.*

His alteri Timonis quaestioni respondetur, cf. n. 364, ex parte etiam tertiae, de qua v. n. 370. *Ἐποχῆς* praeceptum derivatur ex quaestione *ὁποῖα τὰ πράγματα.* Neque tamen hoc praecepto eae actiones e medio tolluntur, quae fiunt secundum consuetudinem et phaenomenorum necessitatem; cf. Sext. Emp. adv. Math. VII, 30; n. 366; maxime propter necessitatem rerum, quae si non esset, de istis etiam actionibus Sceptico ambigeretur. Quocirca Pyrrho cum subito terrore correptus deprehenderetur, arduum, inquit, hominem exuere. Diog. L. IX, 66, Aristocl. l. l. — Spectat igitur *ἡ ἐποχὴ* ad vitam theoreticam: in qua quomodo illam tueri ac sustinere studuerint, indicabunt *αἱ φωναὶ* quae dicebantur Scepticorum, de quibus v. l. seq.

369 **Diog. L. IX, 74.** *Διετέλουν δὴ οἱ Σκεπτικοὶ τὰ τῶν αἱρέσεων δόγματα πάντα ἀνατρέποντες, αὐτοὶ δ' οὐδὲν ἀποφαίνοντες δογματικῶς· ἕως δὲ τοῦ προφέρεσθαι τὰ*

τῶν ἄλλων καὶ διηγεῖσθαι μηδὲν ὁρίζοντες, μηδ' αὐτὸ τοῦτο. ὥστε καὶ τὸ μὴ ὁρίζειν ἀνῄρουν, λέγοντες οἷον Οὐδὲν ὁρίζομεν, ἐπεὶ ὥριζον ἄν· προφερόμεθα δέ, φασί, τὰς ἀποφάσεις εἰς μήνυσιν τῆς ἀπροπτωσίας, ὡς εἰ καὶ νεύσαντας τοῦτο ἐνεδέχετο δηλῶσαι. διὰ τῆς οὖν Οὐδὲν ὁρίζομεν φωνῆς τὸ τῆς ἀρρεψίας πάθος δηλοῦται· ὁμοίως δὲ καὶ διὰ τῆς Οὐδὲν μᾶλλον καὶ τῆς Παντὶ λόγῳ λόγος ἀντίκειται καὶ τῶν ὁμοίων. 76. ἀναιροῦσι δ' οἱ Σκεπτικοὶ καὶ αὐτὴν τὴν Οὐδὲν μᾶλλον φωνήν· ὡς γὰρ οὐ μᾶλλόν ἐστι πρόνοια ἢ οὐκ ἔστιν, οὕτω καὶ τὸ οὐδὲν μᾶλλον οὐ μᾶλλόν ἐστιν ἢ οὐκ ἔστι. σημαίνει οὖν ἡ φωνή, καθά φησι καὶ Τίμων ἐν τῷ Πύθωνι, τὸ μηδὲν ὁρίζειν, ἀλλ' ἀπροσθετεῖν. ἡ δὲ Παντὶ λόγῳ φωνὴ καὶ αὐτὴ συνάγει τὴν ἐποχήν· τῶν μὲν γὰρ πραγμάτων διαφωνούντων τῶν δὲ λόγων ἰσοσθενούντων ἀγνωσία τῆς ἀληθείας ἐπακολουθεῖ· καὶ αὐτῷ δὲ τούτῳ τῷ λόγῳ λόγος ἀντίκειται, ὃς καὶ αὐτὸς μετὰ τὸ ἀνελεῖν τοὺς ἄλλους ὑφ' ἑαυτοῦ περιτραπεὶς ἀπόλλυται, κατ' ἴσον τοῖς καθαρτικοῖς, ἃ τὴν ὕλην προεκκρίναντα καὶ αὐτὰ ὑπεκκρίνεται καὶ ἐξαπόλλυται.

De extremis cf. Aristocl. l. l. et Sext. Emp. Hyp. Pyrrh. I, 206; II, 188. *Καθαρτικὰ φάρμακα* dicit quibus materia peccans exhauritur. Similes comparationes habes apud Sext. Emp. adv. Math. VIII, 480. De dictionibus (*φωναῖς*) Scepticorum v. Sext. Emp. Hyp. Pyrrh. I, 187 sqq.

Sext. Emp. Hyp. Pyrrh. I, 28. Καὶ οἱ Σκεπτικοὶ 370
οὖν ἤλπιζον μὲν τὴν ἀταραξίαν ἀναλήψεσθαι διὰ τοῦ τὴν ἀνωμαλίαν τῶν φαινομένων τε καὶ νοουμένων ἐπικρῖναι. μὴ δυνηθέντες δὲ ποιῆσαι τοῦτο ἐπέσχον· ἐπίσχοῦσι δὲ αὐτοῖς οἷον τεχνικῶς ἡ ἀταραξία παρηκολούθησεν, ὡς σκιὰ σώματι. οὐ μὴν ἀόχλητον πάντῃ τὸν Σκεπτικὸν εἶναι νομίζομεν, ἀλλ' ὀχλεῖσθαί φαμεν ὑπὸ τῶν κατηναγκασμένων· καὶ γὰρ ῥιγοῦν ποτε ὁμολογοῦμεν καὶ διψῆν καὶ τοιουτότροπά τινα πάσχειν. 30. ἀλλὰ

καὶ ἐν τούτοις οἱ μὲν ἰδιῶται διοσαῖς συνέχονται περιστάσεσιν, ὑπό τε τῶν παθῶν αὐτῶν καὶ οὐχ ἧττον ὑπὸ τοῦ τὰς περιστάσεις ταύτας κακὰς εἶναι φύσει δοκεῖν· ὁ δὲ Σκεπτικὸς τὸ προσδοξάζειν ὅτι ἐστὶ κακὸν τούτων ἕκαστον ὡς πρὸς τὴν φύσιν περιαιρῶν μετριώτερον καὶ ἐν τούτοις ἀπαλλάσσει. διὰ τοῦτο οὖν ἐν μὲν τοῖς δοξαστοῖς ἀταραξίαν τέλος εἶναί φαμεν τοῦ Σκεπτικοῦ, ἐν δὲ τοῖς κατηναγκασμένοις μετριοπάθειαν. τινὲς δὲ τῶν δοκίμων Σκεπτικῶν προσέθηκαν τούτοις καὶ τὴν ἐν ταῖς ζητήσεσιν ἐποχήν.

His tertiae quaestioni Timonis respondetur, v. n. 364 extr. Quo loco si Timo dixisse refertur Scepticos primum *ἀφασίᾳ*, deinde *ἀταραξίᾳ* affectum iri, in hoc illa quidem, qua efficitur *ἀταραξία*, parum accurate distinguitur ab hac, qua constat finis bonorum. Neque nobiliores illi, quos dicit noster locus, accuratiores fuisse videntur. Quare, cum antiquiores Sceptici nihil fere nisi mores respiciant, ad recentiores haec distinctio revocanda esse videtur. Antiquiores summum bonum in *ἀταραξίᾳ* posuisse certis testimoniis constat, v. n. 364. 368; Sext. Emp. adv. Math. XI, 1. *οὕτω γὰρ ἕκαστος ἡμῶν τὴν τελείαν καὶ σκεπτικὴν ἀπολαβὼν διάθεσιν κατὰ τὸν Τίμωνα βιώσεται*

ῥῆστα μεθ' ἡσυχίης
αἰεὶ ἀφροντίστως καὶ ἀκινήτως κατὰ ταὐτά,
μὴ προσέχων δειλοῖς ἡδυλόγου σοφίης.

Μετριοπάθειαν autem *ἐν τοῖς κατηναγκασμένοις* Sceptico propositum esse ut persequatur, hoc a solis recentioribus profertur; cf. Sext. Emp. Hyp. Pyrrh. I, 25; III, 235 sq. Alias formulas, quibus Sceptici summum bonum indicaverint, affert Diog. L. IX, 108. *Τινὲς δὲ καὶ τὴν ἀπάθειαν, ἄλλοι δὲ τὴν πραότητα τέλος εἰπεῖν φασὶ τοὺς Σκεπτικούς*, ubi *πραότης* est i. q. *μετριοπάθεια*, *ἀπάθεια* i. q. *ἀταραξία*, cf. Cic. Acad. II, 42, 130. *Pyrrho autem ea ne sentire quidem sapientem: quae ἀπάθεια nominatur.*

CAPUT IX.

EPICUREI.

---

1. De vita et schola Epicuri.

Diog. L. X, 1. *Ἐπίκουρος — Ἀθηναῖος, τῶν δήμων* 371
Γαργήττιος. — — τοῦτόν φασιν — — κληρουχησάντων Ἀθηναίων τὴν Σάμον ἐκεῖ τραφῆναι, ὀκτωκαιδεκαέτη δ' ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας, Ξενοκράτους μὲν ἐν Ἀκαδημίᾳ, Ἀριστοτέλους δ' ἐν Χαλκίδι διατρίβοντος. τελευτήσαντος δ' Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐκπεσόντων [a] *ὑπὸ Περδίκκου μετελθεῖν εἰς Κολοφῶνα πρὸς τὸν πατέρα·* 2. *χρόνον δέ τινα διατρίψαντ' αὐτόθι καὶ μαθητὰς ἀθροίσαντα πάλιν ἐπανελθεῖν εἰς Ἀθήνας ἐπὶ Ἀναξικράτους καὶ μέχρι μέν τινος κατ' ἐπιμιξίαν τοῖς ἄλλοις φιλοσοφεῖν, ἔπειτ' ἰδίᾳ πως τὴν ἀπ' αὐτοῦ κληθεῖσαν αἵρεσιν συστήσασθαι.*

a) Sc. *ἐκ τῆς Σάμου.* Diod. Sic. XVIII, 18.

Colonia Samum deducta incidit in Ol. 107, 1; v. Clinton F. H. sub anno. Inter colonos erat Neocles, Epicuri pater, Strab. XIV, p. 638. Ipse Epicurus in Samo non solum educatus, sed etiam natus esse videtur, Ol. 109, 3: quapropter fuerunt qui negarent eum fuisse legitimum civem Atheniensem; v. Diog. L. X, 4. Tempora accuratius indicat Apollodorus ap. Diog. L. X, 14. *Ἐγεννήθη δέ, φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἐνάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Σωσιγένους ἄρχοντος, μηνὸς Γαμηλιῶνος ἑβδόμῃ, ἔτεσιν ὕστερον τῆς Πλάτωνος τελευτῆς ἑπτά* (h. e. a. Chr. 341 m. Ianuario). 15. *ὑπάρχοντα δὲ αὐτὸν ἐτῶν δύο καὶ τριάκοντα ἐν Μιτυλήνῃ καὶ Λαμψάκῳ πρῶτον συστήσασθαι σχολὴν ἐπὶ ἔτη πέντε, εἶθ' οὕτως εἰς Ἀθήνας μετελθεῖν καὶ τελευτῆσαι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ Πυθαράτου, ἔτη βιώσαντα δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα.* Anaxicratis annus, quo Epicurum Athenas venisse alium auctorem secutus perhibet Diog. L. X, 2, incidit in Ol. 118, 2. Apollodorum si sequimur, duobus ille annis posterius Athenas se contulerit, Ol. 118, 4.

Cicero de Nat. Deor. I, 26. **Ista enim a vobis (sc.** 372
Epicureis) quasi dictata redduntur, quae Epicurus osci-

tans halucinatus est, quum quidem gloriaretur, ut videmus in scriptis, se magistrum habuisse nullum [a]. Quod et non praedicanti tamen facile equidem crederem, sicut mali aedificii domino glorianti se architectum non habuisse. Nihil enim olet ex Academia, nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis [b]. Xenocratem audire potuit, quem virum dii immortales et sunt qui putent audivisse [c]; ipse non vult: credo plus nemini. Pamphilum quendam, Platonis auditorem, ait a se Sami auditum [d]; ibi enim adolescens habitabat cum patre et fratribus, quod in eam pater eius Neocles agripeta venerat; sed quum agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludi magister fuit. Sed hunc Platonicum mirifice contemnit Epicurus; ita metuit ne quid unquam didicisse videatur. In Nausiphane Democriteo tenetur, quem quum a se non neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis [e]. Atqui si haec Democritea non audisset, quid audierat? quid enim in physicis Epicuri non a Democrito? [f]

a) Gloriabatur se annum quartum decimum vel duodecimum egisse, cum philosophari sua sponte coepisset; Diog. L. X, 2. 14. Neminem nisi se ipsum magistrum habuisse dicit ipse ap. Diog. L. X, 13. — b) Epicurum in litteris et in oratione rudiorem fuisse omnes uno ore testantur; cf. Cic. de Fin. I, 8, 26 c. nota Madvigii, Sext. Emp. adv. Math. I, 1 sqq., Aristoph. Gramm. ap. Diog. L. X, 13; quamquam de oratione humanius idem Cicero de Fin. I, 5, 15. *Oratio me istius philosophi non offendit; nam et complectitur verbis quod vult, et dicit plane quod intelligam.* De iis quae nunc exstant ab Epicuro et ab Epicureis scriptis cf. Casaub. ad Diog. L. X, 5. 13, Lobeck ad Phryn. p. 243, Sauppe Philodemi de vitiis lib. p. 4. — c) Idem narrat Diog. L. X, 13 ex Demetrio Magnesio. — d) Idem narrat Diog. L. X, 14. — e) A Nausiphane plerumque Epicuri doctrina repetitur, v. Sext. Emp. adv. Math. I, 3; Diog. L. X, 7. 14. *οἱ δέ φασιν — τὸν Κανόνα γράψαι αὐτὸν ἐκ τοῦ Ναυσιφάνους Τρίποδος, οὗ καὶ ἀκοῦσαί φασιν αὐτόν.* Qui modo Democriteus fuisse traditur, modo discipulus Pyrrhonis, cf. Diog. L. IX, 64. *Ἔφασκε γοῦν* (Nausiphanes) *γίγνεσθαι δεῖν τῆς μὲν διαθέσεως τῆς Πυρρωνείου, τῶν δὲ λόγων τῶν ἑαυτοῦ.* Nam arte atque erudi-

tione tam Pyrrhonem quam Epicurum superavit, v. Sext. Emp. adv. Math. I, 2. De contumeliis, quibus hunc vexavit Epicurus, cf. Sext. Emp. l. l. I, 4; Diog. L. X, 7. 8, ubi alia insuper scurrilis qua hic in alios philosophos invehebatur dicacitatis exempla promuntur; cf. et Cic. de Nat. D. I, 33. — f) Plut. adv. Colot. 3. *Καίτοι πολὺν χρόνον αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνηγόρευε Δημοκρίτειον ὁ Ἐπίκουρος, ὡς ἄλλοι τε λέγουσι καὶ Λεοντεύς, εἷς τῶν ἐπ' ἄκρον Ἐπικούρου μαθητῶν, πρὸς Λυκόφρονα γράφων τιμᾶσθαί τε, φησί, τὸν Δημόκριτον ὑπ' Ἐπικούρου διὰ τὸ πρότερον ἅψασθαι τῆς ὀρθῆς γνώσεως, καὶ τὸ σύνολον τὴν πραγματείαν Δημοκρίτειον προσαγορεύεσθαι διὰ τὸ περιπεσεῖν αὐτὸν πρότερον ταῖς ἀρχαῖς περὶ φύσεως· ὁ δὲ Μητρόδωρος ἄντικρυς περὶ φιλοσοφίας εἴρηκεν, ὡς εἰ μὴ καθηγήσατο Δημόκριτος, οὐκ ἂν προῆλθεν Ἐπίκουρος ἐπὶ τὴν σοφίαν.* Cf. Diog. L. X, 2. Nihilominus Democritum detorto nomine vocabat *Ληρόκριτον*, ibid. 8.

Diog. L. X, 9. *Τῷ γὰρ ἀνδρὶ μάρτυρες ἱκανοὶ τῆς* 373
ἀνυπερβλήτου πρὸς πάντας εὐγνωμοσύνης ἥ τε πατρὶς χαλκαῖς εἰκόσι τιμήσασα, οἵ τε φίλοι τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὡς μηδ' ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι δύνασθαι, οἵ τε γνώριμοι πάντες ταῖς δογματικαῖς αὐτοῦ σειρῆσι προσκατασχεθέντες. — — 10. ἥ τε πρὸς τοὺς γονέας εὐχαριστία καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς εὐποιία πρός τε τοὺς οἰκέτας ἡμερότης —, καθόλου δ' ἡ πρὸς πάντας αὐτοῦ φιλανθρωπία. — καὶ χαλεπωτάτων δὲ καιρῶν κατασχόντων τηνικάδε τὴν Ἑλλάδα αὐτόθι καταβιῶναι, δὶς ἢ τρὶς τοὺς περὶ τὴν Ἰωνίαν τόπους διαδραμόντα πρὸς τοὺς φίλους, οἳ καὶ πανταχόθεν πρὸς αὐτὸν ἀφικνοῦντο καὶ συνεβίουν αὐτῷ ἐν τῷ κήπῳ.

Antecedente loco audivimus adversarios Epicuri: iam aequum videtur audire unum ex sectatoribus, cf. Cic. de Fin. II, 25, 80. *Quis quaeso illum negat et bonum virum et comem et humanum fuisse?* Constat discipulos et magistri observantissimos fuisse et arctissima amicitia coniunctos vixisse, cf. Cic. de Fin. V, 1, 3, Numen. ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 5, Diog. L. X, 11. *τόν τε Ἐπίκουρον μὴ ἀξιοῦν εἰς τὸ κοινὸν κατατίθεσθαι τὰς οὐσίας, καθάπερ τὸν Πυθαγόραν κοινὰ τὰ φίλων λέγοντα· ἀπιστούντων γὰρ εἶναι τὸ τοιοῦτον· εἰ δ' ἀπίστων, οὐδὲ φίλων.* Adde Plutarch. vit. Demetr. 34. Observantia magistri eo alebatur, quod excerpta quaedam doctrinae

capita memoriter ediscere solebant, Diog. L. X, 12. *ἐγύμναζε δὲ — τοὺς γνωρίμους καὶ διὰ μνήμης ἔχειν τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα*, cf. Cic. de Fin. II, 7; Epicur. ap. Diog. L. X, 35. 83. 85. De horto Epicuri, qui postea transiit ad eius successores, v. Zumpt Comm. Acad. Berol. a. 1842, p. 35 sqq. Ibi temperantissime vitam egisse fertur, si fides est eorum qui ei favent, Diog. L. X, 11; nam adversarii Epicureos foedissimis voluptatibus obtemperasse memorant: quae fama inde praesertim conflata esse videtur, quod etiam scorta in Epicureorum familiaritatem recipiebantur, quorum plurimis ipse magister usus erat; Diog. L. X, 7; Plut. Non posse suav. v. sec. Epic. c. 4. 16. Ex his Leontium litteris etiam innotuit; Cic. de N. D. I, 33. Ipse Epicurus principio quidem latuit, deinde eo magis eminuit, celebaturque cum ab eruditioribus tum ab imperitorum turba, cf Seneca Ep. 79, 13, Cic. de Fin. II, 14, 44. *nescio quomodo is, qui auctoritatem minimam habet maximam vim, populus cum illis* (sc. cum Epicuro eiusque defensoribus) *facit.* Discipulorum et successorum recensus habetur apud Diog. L. X, 22 sqq. Nobilissimus est Metrodorus Lampsacenus, paene alter Epicurus, ut ait Cic. de Fin. II, 28, h. e. unice dilectus ab ipso et una cum Epicuro in schola cultus, v. Diog. L. X, 23, Cic. de Fin. II, 31, 101, Seneca Ep. l. c., et de libris Metrodori Diog. L. X, 24. Qui ab aliis Epicureis editi erant libri haud magni aestimabantur; neque ipsum Epicurum et Metrodorum fere praeter suos quemquam in manus sumsisse testatur Cicero Tusc. II, 3. De Zenone, Phaedro et Philodemo, qui Ciceronis aetate floruerunt, v. infra n. 453, not., de omni Epicureorum successione Zumpt l. c. p. 109 sq.

374 **Diog. L. X, 26.** *Γέγονε δὲ πολυγραφώτατος ὁ Ἐπίκουρος, πάντας ὑπερβαλόμενος πλήθει βιβλίων· κύλινδροι γὰρ πρὸς τοὺς τριακοσίους*) εἰσί.*

Optimorum librorum tituli recensentur ib. 27 sqq. Exstant apud Diogenem Laertium tres epistolae, quibus compendium doctrinae exhibetur (epist. ad Herodotum, Diog. L. X, 35 sqq.; ad Pythoclem, 84 sqq.; has duas excerpsit Eudocia in Violeto p. 173—192 Villois.; epist. ad Menoeceum, Diog. L. X, 122 sqq.), et *κύριαι δόξαι* (Diog. L. ib. 139 sqq.), de quarum fide non est quod dubitemus. Sed non solum partes quaedam omissae esse videntur (cf. Schneider Epicur. Phys. et Meteorolog. praef. p. XV), sed inprimis etiam molestum quod plura passim Diogenes de sua lectione Epicuri inseruit similiter dicta, quae recte a ceteris distinguere

*) Cod. Monac. *τετρακοσίους*.

saepe difficillimum est; adde quod oratio plerumque lacera est et disiecta innumerisque vitiis, quorum etiam nunc multa tollenda restant, inquinata. — Inter ceteras epistolas, quae sub nomine Epicuri ferebantur, nonnullae erant quae ab ipsis Epicureis pro suppositiciis habebantur, maxime eae quibus ad mores magistri notandos adversarii uterentur.

2. De philosophia in genere eiusque partibus.

Sext. Empir. adv. Math. XI, 169. **Ἐπίκουρος —** 375
ἔλεγε τὴν φιλοσοφίαν ἐνέργειαν εἶναι λόγοις καὶ διαλογισμοῖς τὸν εὐδαίμονα βίον περιποιοῦσαν.

Contemnebantur ab eo quaecunque non spectarent ad vitam agendam, etiam artes liberales, historia, mathematica, v. Sext. Emp. adv. Math. I, 1, Athen. XIII, p. 588 A. C c. not. Schweighaeuseri, Plutarch. Non posse suav. v. sec. Epic. 12. Solis physicis studendum esse, videlicet ut animus metu solveretur, v. Epic. κυρ. δοξ. ια' ap. Diog. L. X, 142. *Εἰ μηθέν*, inquit, *ἡμᾶς αἱ περὶ τῶν μετεώρων ὑποψίαι ἠνώχλουν καὶ αἱ περὶ θανάτου μή ποτε πρὸς ἡμᾶς ᾖσαν, ἔτι τε ἐτολμῶμεν* (vulgo *ἡμᾶς, εἴ τι ἔτι τετόλμηκα*) *νοεῖν τοὺς ὅρους τῶν ἀλγηδόνων καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν, οὐκ ἂν προσεδεόμεθα φυσιολογίας.* Ap. Diog. L. X, 85. *πρῶτον μὲν οὖν μὴ ἄλλο τι τέλος ἐκ τῆς περὶ μετεώρων γνώσεως — νομίζειν δεῖ εἶναι ἤπερ ἀταραξίαν καὶ πίστιν βέβαιον, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν.* Cic. de Fin. I, 19, 63. *In physicis plurimum posuit. Ea scientia et verborum vis et natura orationis et consequentium repugnantiumve ratio potest perspici; omnium autem rerum natura cognita levamur superstitione, liberamur mortis metu, non conturbamur ignoratione rerum, e qua ipsa horribiles existunt saepe formidines; denique etiam morati melius erimus, quum didicerimus quid natura desideret.*

Seneca Epist. 89, 9. Epicurei duas partes philoso- 376
phiae putaverunt esse, naturalem atque moralem; rationalem removerunt. Deinde quum ipsis rebus cogerentur ambigua secernere, falsa sub specie veri latentia coarguere, ipsi quoque locum, quem de iudicio et regula appellant, alio nomine rationalem induxerunt; sed eum accessionem esse naturalis partis existimant. Diog. L. X, 30. Διαιρεῖται (sc. ἡ φιλοσοφία) τοίνυν εἰς τρία, τό

τε κανονικὸν καὶ φυσικὸν καὶ ἠθικόν. — εἰώθασι μέντοι τὸ κανονικὸν ὁμοῦ τῷ φυσικῷ συντάττειν.

Cf. Sext. Emp. adv. Math. VII, 14. 15. Tripartita igitur divisio etiam apud Epicureos invenitur, sed subiiciebatur canonica physicae nihilque erat nisi accessio physicae.

3. Canonica.

377 **Cic. de Fin. I, 19, 64. Quidquid animo cernimus, id omne oritur a sensibus; qui si omnes veri erunt, ut Epicuri ratio docet, tum denique poterit aliquid cognosci et percipi. Quos qui tollunt et nihil percipi posse dicunt, ii remotis sensibus ne id ipsum quidem expedire possunt, quod disserunt. Praeterea sublata cognitione et scientia tollitur omnis ratio et vitae degendae et rerum gerendarum.**

Epicur. ap. Diog. L. X, 146. *Εἰ μάχῃ πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, οὐχ ἕξεις οὐδ' ἃς ἂν αὐτῶν φῇς διεψεῦσθαι πρός τι ποιούμενος τὴν ἀναγωγὴν κρίνῃς.* Cf. Lucret. IV, 471 sqq. Sensibus percipiuntur res ut sunt praesentes atque naturaliter efficaces, Sext. Emp. adv. Math. VII, 210. *Αἰσθήσεως δὲ ἴδιον ὑπῆρχε τοῦ παρόντος μόνον καὶ κινοῦντος αὐτὴν ἀντιλαμβάνεσθαι* Ib. VIII, 9. *τήν τε αἴσθησιν ἀναληπτικὴν οὖσαν τῶν ὑποπιπτόντων αὐτῇ, καὶ μήτε ἀφαιροῦσάν τι μήτε προστιθεῖσαν μήτε μετατιθεῖσαν τῷ ἄλογον εἶναι, διὰ παντός τε ἀληθεύειν, καὶ οὕτω τὸ ὂν λαμβάνειν ὡς εἶχε φύσεως αὐτὸ ἐκεῖνο.* Quapropter omnem sensuum perceptionem vocabat *ἐνάργειαν* h. e. evidentiam, Sext. Emp. adv. Math. VII, 203. 216, Epicur. ap. Diog. L. X, 52, atque ipsis etiam insanorum imaginationibus et visis insomnibus verum subesse statuebat, v. ap. Diog. L. X, 32. *τά τε τῶν μαινομένων φαντάσματα καὶ τὰ κατ' ὄναρ ἀληθῆ· κινεῖ γάρ· τὸ δὲ μὴ ὂν οὐ κινεῖ*, cf. Sext. Emp. l. c. VIII, 63 sqq. At enimvero diligenter cavendum esse, ne affectiones sensuum confundantur cum iis quae opinando a nobismet ipsis adiiciuntur, Epicur. ap. Diog. L. X, 147. *Εἴ τιν' ἐκβαλεῖς ἁπλῶς αἴσθησιν καὶ μὴ διαιρήσεις τὸ δοξαζόμενον κατὰ τὸ προσμένον* (cf. Diog. L. X, 34. 38) *καὶ τὸ παρὸν ἤδη κατὰ τὴν αἴσθησιν καὶ τὰ πάθη καὶ πᾶσαν φανταστικὴν ἐπιβολὴν τῆς διανοίας, συνταράξεις καὶ τὰς λοιπὰς αἰσθήσεις τῇ ματαίᾳ δόξῃ, ὥστε τὸ κριτήριον ἅπαν ἐκβαλεῖς.* Cf. Sext. Emp. adv. Math. VII, 203—216, VIII, 9. 63. 185; Plut. adv. Colot. 4—6, alii.

Diog. L. X, 31. Ἐν τοίνυν τῷ Κανόνι λέγων ἐστὶν 378
ὁ Ἐπίκουρος κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι τὰς αἰσθήσεις καὶ προλήψεις καὶ τὰ πάθη [οἱ δ' Ἐπικούρειοι καὶ τὰς φανταστικὰς ἐπιβολὰς τῆς διανοίας. λέγει δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἡρόδοτον ἐπιτομῇ [a] καὶ ἐν ταῖς κυρίαις δόξαις.] Πᾶσα γάρ, φησίν, αἴσθησις ἄλογός ἐστι καὶ μνήμης οὐδεμιᾶς δεκτική· οὔτε γὰρ ὑφ' αὑτῆς οὔθ' ὑφ' ἑτέρου κινηθεῖσα δύναταί τι προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν, οὐδ' ἔστι τὸ δυνάμενον αὐτὰς διελέγξαι· 32. οὔτε γὰρ ἡ ὁμοιογενὴς αἴσθησις τὴν ὁμοιογενῆ διὰ τὴν ἰσοσθένειαν· οὔθ' ἡ ἀνομοιογενὴς τὴν ἀνομοιογενῆ, οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν εἰσὶ κριτικαί· οὔθ' ἡ ἑτέρα τὴν ἑτέραν, πάσαις γὰρ προσέχομεν *)· οὔτε μὴν λόγος, πᾶς γὰρ λόγος ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἤρτηται.

a) Tractantur similia in epist. ad Herodotum, Diog. L. X, 50. 51, et in κυρ. δοξ. ib. 147; sed ipse locus ex Canone sumtus videtur. Unde patet ea quae uncinis inclusimus veluti curis secundis adiecta esse.

De affectibus cf. Diog. L. X, 34. *Πάθη δὲ λέγουσιν εἶναι δύο, ἡδονὴν καὶ ἀλγηδόνα, ἱστάμενα περὶ πᾶν ζῷον.* *Προλήψει* tantum tribuebat, ut sine ea nec intelligi quidquam nec quaeri nec disputari posse diceret, teste Cic. N. D. I, 16, cf. Sext. Emp. adv. Math. XI, 21, Diog. L. X, 33. *τὴν δὲ πρόληψιν λέγουσιν οἱονεὶ κατάληψιν ἢ δόξαν ὀρθὴν ἢ ἔννοιαν ἢ καθολικὴν νόησιν ἐναποκειμένην, τουτέστι μνήμην τοῦ πολλάκις ἔξωθεν φανέντος, οἷον τὸ Τοιοῦτόν ἐστιν ἄνθρωπος· ἅμα γὰρ τῷ ῥηθῆναι Ἄνθρωπος εὐθὺς κατὰ πρόληψιν καὶ ὁ τύπος αὐτοῦ νοεῖται προηγουμένων τῶν αἰσθήσεων· παντὶ οὖν ὀνόματι τὸ πρώτως ὑποτεταγμένον ἐναργές ἐστι. — — οὐδ' ἂν ὠνομάσαμέν τι μὴ πρότερον αὐτοῦ κατὰ πρόληψιν τὸν τύπον μαθόντες.* Est igitur *πρόληψις* generalis aliqua comprehensio, unde proficiscimur in loquendo: de cuius originibus v. Epicurus ap. Diog. L. X, 32. *καὶ γὰρ αἱ ἐπίνοιαι πᾶσαι ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων γεγόνασι κατά τε περίπτωσιν καὶ ἀναλογίαν καὶ ὁμοιότητα καὶ σύνθεσιν, συμβαλλομένου τι καὶ τοῦ λογισμοῦ.* Secundum Ciceronem de Nat. D. I, 16. 17 Epicurus *προλήψεις* dixerit *insitas vel potius innatas cognitiones:* quae tamen interpretatio falsa est, cum ipse

*) *οὔθ' ἡ ἑτέρα — προσέχομεν* ante Meibomium legebantur post *ἤρτηται.*

Epicurus nostro loco etiam omnem *λόγον* e sensibus pendere dicat, ut idem cadere videatur etiam in *λογισμόν*, cf. Diog. L. X, 32. Idem in causa est cur omnis *πρόληψις* vera esse debeat, quippe ex sensibus nata. *Φανταστικαὶ* quae nostro loco dicuntur *ἐπιβολαὶ τῆς διανοίας* et ipsae *προλήψεις* esse videntur, neque diversae ab imaginationibus per insaniam somniumve perceptis; v. Diog. L. X, 50. 51. 147; Cic. ad Famil. XV, 16; Lucret. de Nat. Rer. IV, 758—776.

379 **Diog. L. X, 34.** *Τὴν δὲ δόξαν καὶ ὑπόληψιν λέγουσιν. ἀληθῆ τέ φασι καὶ ψευδῆ τυγχάνειν· ἂν μὲν γὰρ ἐπιμαρτυρῆται ἢ μὴ ἀντιμαρτυρῆται, ἀληθῆ εἶναι· ἐὰν δὲ μὴ ἐπιμαρτυρῆται ἢ ἀντιμαρτυρῆται, ψευδῆ τυγχάνειν.*

Eadem Epicurus ap. Diog. L. X, 51. Contra Sext. Emp. adv. Math. VII, 211. *Οὐκοῦν τῶν δοξῶν κατὰ τὸν Ἐπίκουρον αἱ μὲν ἀληθεῖς εἰσίν, αἱ δὲ ψευδεῖς. ἀληθεῖς μὲν αἵ τε ἐπιμαρτυρούμεναι καὶ οὐκ ἀντιμαρτυρούμεναι πρὸς τῆς ἐναργείας· ψευδεῖς δὲ αἵ τε ἀντιμαρτυρούμεναι καὶ οὐκ ἐπιμαρτυρούμεναι πρὸς τῆς ἐναργείας.* Speciosa mutatio, quae tamen parum congruit ad indolem doctrinae Epicureae. Etenim quam Epicurus *δόξαν* nominabat, ea est coniectura ex notis de ignotis facta; Epic. ap. Diog. L. X, 32. *καὶ περὶ τῶν ἀδήλων ἀπὸ τῶν φαινομένων χρὴ σημειοῦσθαι.* Ignotum autem bifariam dicitur, aut quod natura sua haud notum est, aut quod potest in futuro notum fieri; Epic. ap. Diog. L. X, 38. *ὅπως ἂν καὶ τὸ προσμένον καὶ τὸ ἄδηλον ἔχωμεν οἷς σημειωσόμεθα.* Cf. ib. 34. Prioris generis sunt atomi, quae habent veritatem, sed talem quae sensibus non percipiatur; quocirca eam opinionem veram esse dicebat, quae nulla sensuum perceptione redargueretur. Opinionis autem errores ita explicabat, ut eam concursum binorum motuum, qui intrinsecus et qui extrinsecus ferrentur, eumque non continuum esse contenderet, v. Diog. L. X, 50. *τὸ δὲ ψεῦδος καὶ τὸ διημαρτημένον ἐν τῷ προσδοξαζομένῳ ἀεί ἐστι κατὰ τὴν κίνησιν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, συνημμένην τῇ φανταστικῇ ἐπιβολῇ, διάλειψιν*) δὲ ἔχουσαν καθ' ἣν τὸ ψεῦδος γίγνεται.* Cf. ib. 51. *τὸ δὲ διημαρτημένον οὐκ ἂν ὑπῆρχεν, εἰ μὴ ἐλαμβάνομεν καὶ ἄλλην τινὰ κίνησιν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, συνημμένην μὲν διάλειψιν δ' ἔχουσαν. κατὰ δὲ ταύτην τὴν συνημμένην τῇ φανταστικῇ ἐπιβολῇ, διάλειψιν δ' ἔχουσαν ἐὰν μὲν μὴ ἐπιμαρτυρηθῇ ἢ ἀντιμαρτυρηθῇ τὸ ψεῦδος γίγνεται· ἐὰν δ' ἐπιμαρτυρηθῇ ἢ μὴ ἀντιμαρτυρηθῇ, ἀληθές.*

---

*) Plerumque editur *διάληψιν* itemque §. 51.

Diog. L. X, 31. *Τὴν διαλεκτικὴν ὡς παρέλκουσαν ἀποδοκιμάζουσιν· ἀρκεῖν γὰρ τοὺς φυσικοὺς χωρεῖν κατὰ τοὺς τῶν πραγμάτων φθόγγους.* 380

His tollitur omnis de notionibus quaestio ad certam rationem artemque instituenda. Cf. Cic. de Fin. I, 7: *Iam in altera philosophiae parte, quae est quaerendi ac disserendi, quae λογικὴ dicitur, iste vester* (sc. *Epicurus*) *plane, ut mihi quidem videtur, inermis ac nudus est. Tollit definitiones; nihil de dividendo ac partiendo docet; non quo modo efficiatur concludaturque ratio tradit, non qua via captiosa solvantur, ambigua distinguantur ostendit; iudicia rerum in sensibus ponit* etc. Cic. Ac. pr. II, 30; de Nat. D. I, 25. *Οἱ τῶν πραγμάτων φθόγγοι* significant orationem non a regulis logicis, sed a natura factam, quae pro norma habet id quod res ipsae sensusque testes dictitant. Simili significatione *φωναὶ* ab Epicuro dicuntur ap. Diog. L. X, 36, itemque *φθόγγοι* ib. 37. *πρῶτον μὲν οὖν τὰ ὑποτεταγμένα τοῖς φθόγγοις δεῖ διειληφέναι, ὅπως ἂν τὰ δοξαζόμενα ἢ ζητούμενα ἢ ἀπορούμενα ἔχωμεν εἰς ταῦτ' ἀνάγοντες ἐπικρίνειν καὶ μὴ ἄκριτα πάντα ἡμῖν εἰς ἄπειρον ἀποδεικνύωσιν ἢ κενοὺς φθόγγους ἔχωμεν.* 38. *ἀνάγκη γὰρ τὸ πρῶτον ἐννόημα καθ' ἕκαστον φθόγγον βλέπεσθαι καὶ μηθὲν ἀποδείξεως προσδεῖσθαι.*

4. Physica.

Cicero de Fin. I, 6. In physicis, quibus maxime glo- 381
riatur, — totus est alienus (sc. Epicurus). Democritia dicit, perpauca mutans, sed ita ut ea quae corrigere vult mihi quidem depravare videatur. Ille atomos quas appellat i. e. corpora individua propter soliditatem censet in infinito inani, in quo nihil nec summum nec infimum nec medium nec ultimum nec extremum sit, ita ferri ut concursionibus inter se cohaerescant, ex quo efficiantur ea quae sint quaeque cernantur omnia, eumque motum atomorum nullo a principio, sed ex aeterno tempore intelligi convenire. Epicurus autem in quibus sequitur Democritum non fere labitur; — — sed — illae sunt propriae ruinae. Censet enim eadem illa individua et solida corpora ferri suo deorsum pondere ad lineam: hunc naturalem esse omnium corporum motum. Deinde

ibidem homo acutus, quum illud occurreret, si omnia deorsum e regione ferrentur et ut dixi ad lineam, numquam fore ut atomus altera alteram posset attingere, itaque attulit rem commenticiam: declinare dixit atomum perpaullum, quo nihil posset fieri minus: ita effici complexiones et copulationes et adhaesiones atomorum inter se, ex quo efficeretur mundus omnesque partes mundi quaeque in eo essent. De Nat. D. I, 25. Epicurus quum videret, si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset earum motus certus et necessarius, invenit quo modo necessitatem effugeret, quod videlicet Democritum fugerat: ait atomum, quum pondere et gravitate directo deorsum feratur, declinare paullulum.

Physicam Epicuri in potissimis cum Democritea (cf. n. 79 sq.) congruere patet et ex testimoniis omnium et ex ipsis Epicuri verbis. Neque in argumentis fere quidquam adiectum est. Proficiscitur inde quod nihil fieri possit ex nihilo neque quidquam interire possit, cf. Epicur. ap. Diog. L. X, 38 sq. Deinde nihil nisi corpora esse pronuntiat, ib. 39. *Τὸ πᾶν ἐστὶ σῶμα· τὰ μὲν γὰρ σώματα ὡς ἔστιν αὐτὴ ἡ αἴσθησις ἐπὶ πάντων μαρτυρεῖ, καθ' ἣν ἀναγκαῖον τὸ ἄδηλον τῷ λογισμῷ τεκμαίρεσθαι.* Corpora negat in infinitum dividua esse; quandoquidem si essent, omnia in id quod non est dissiparentur; ib. 56. Atomi immutabiles sunt, quia mutabili necesse est subsit stabile aliquid; estque iis tribuendum pondus, magnitudo, figura, non tamen qualitas, quia haec immutatur; ib. 54. 55. Atomos minimas esse ex eo colligitur, quod oculos omnium fugiunt; ib. 44. Necesse est infinitum esse; ib. 41. *ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ πᾶν τὸ ἄπειρόν ἐστι· τὸ γὰρ πεπερασμένον ἄκρον ἔχει· τὸ δὲ ἄκρον παρ' ἕτερόν τι θεωρεῖται.* Inde sequitur infinitam atomorum multitudinem esse; quae si non esset, atomi per infinitum inane dispersae evanescerent; ib. 42. Inane esse ex eo efficitur, quod est motus et necesse est aliquid esse, quo atomi separentur; ib. 42. 44. Inane autem infinitum esse convenit, ut atomi multitudine infinitae habeant quo contineantur; ib. 42. — De reliquis ea expromere iuvat, quibus discrepabat a Democrito. Atomos, dum deorsum ferrentur, a recta linea paullulum declinare, hoc ex duabus rationibus argumentabatur, de quibus v. Cic. l. l. Prior non attingitur in iis quae supersunt Epicuri scriptis, sed cf. Lucret. de Rer. Nat. II,

216 sqq.; altera longe gravior est, quia ethicae simul stabiliendae inservit. Quo pertinet quod et libertati et casui contra eos suffragabatur, qui omnia necessaria esse statuebant; Epicur. ap. Diog. L. X, 133. 134. *Ἐπεὶ κρεῖττον ἦν τῷ περὶ θεῶν μύθῳ κατακολουθεῖν ἢ τῇ τῶν φυσικῶν εἱμαρμένῃ δουλεύειν· ὁ μὲν γὰρ ἐλπίδα παραιτήσεως ὑπογράφει θεῶν διὰ τιμῆς, ἡ δὲ ἀπαραίτητον ἔχει τὴν ἀνάγκην.* His studet firmare conscientiam sapientis, si quis fuerit de suprema necessitatis potentia anxius; nimirum casus parum in sapientem valet; v. n. 388.

Epicur. ap. Diog. L. X, 88. *Κόσμος ἐστὶ περιοχή τις* 382
*οὐρανοῦ ἄστρα τε καὶ γῆν καὶ πάντα τὰ φαινόμενα περιέχουσα, ἀποτομὴν ἔχουσα ἀπὸ τοῦ ἀπείρου καὶ καταλήγουσα ἐν πέρατι ἢ ἀραιῷ ἢ πυκνῷ, ἢ ἐν περιαγομένῳ ἢ ἐν στάσιν ἔχοντι, καὶ στρογγύλην ἢ τρίγωνον ἢ οἵαν δή ποτε περιγραφήν (πανταχῶς γὰρ ἐνδέχεται· τῶν γὰρ φαινομένων οὐδὲν ἀντιμαρτυρεῖ τῷδε τῷ κόσμῳ, ἐν ᾧ λῆγον οὐκ ἔστι καταλαβεῖν), καὶ οὗ λυομένου πάντα τὰ ἐν αὐτῷ σύγχυσιν λήψεται *). 89. Ὅτι δὲ καὶ τοιοῦτοι κόσμοι εἰσὶν ἄπειροι τὸ πλῆθος, ἔστι καταλαβεῖν· καὶ ὅτι ὁ τοιοῦτος δύναται κόσμος γίγνεσθαι καὶ ἐν κόσμῳ καὶ μετακοσμίῳ (ὃ λέγομεν μεταξὺ κόσμων διάστημα), ἐν πολυκένῳ τόπῳ.*

Cf. ib. 45. 74. Omnis mundi compositio casu conflata est, ut et multiplices et diversissimi generis esse possint; idemque convenit in mundi partes cadere. In universum hoc sequitur Epicurus, unumquodque phaenomenon a diversis causis repeti posse, ideoque eos vituperat qui ea phaenomena, quae certo decursu facto revertantur, ex eadem protinus lege et quasi fatali quadam necessitate identidem fieri censeant. Exemplo sint quae disserit de sole, ap. Diog. L. X, 93. *Τροπὰς ἡλίου καὶ σελήνης ἐνδέχεται μὲν γίγνεσθαι κατὰ λόξωσιν οὐρανοῦ, οὕτω τοῖς χρόνοις κατηναγκασμένου· ὁμοίως δὲ καὶ κατ' ἀέρος ἀντέξωσιν, ἢ καὶ ὕλης ἀεὶ ἐπιτηδείας τῆς μὲν ἐχομένης ἐμπιπραμένης* (cf. Schneider l. l. p. 110), *τῆς δὲ καταλιπούσης* **), *ἢ καὶ ἐξ ἀρχῆς τοιαύτην δίνην κατειληθῆναι* ***) *τοῖς*

---

*) *καὶ οὗ λυομ. — λήψεται* vulgo legebantur post *ἢ πυκνῷ*. Secuti sumus Schneiderum, quem vide l. l. p. 102. — **) Schneider malit *ἐπιλιπούσης*. — ***) Hoc verbum deest in codd. Venet. Frob. et ap. Eudoc.; adiecit Steph. sec., praeeunte Sambuco; vers. Ambros. legisse videtur *καταναμηθῆναι* vel simile.

ἄστροις τούτοις, ὥσθ' οἷόν θ' ἕλικα*) κινεῖσθαι. Πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα καὶ τὰ τούτοις συγγενῆ οὐθὲν τῶν ἐναργημάτων διαφωνεῖ, ἐάν τις ἀεὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων μερῶν, ἐχόμενος τοῦ δυνατοῦ, εἰς τὸ σύμφωνον τοῖς φαινομένοις ἕκαστον τούτων δύνηται ἀνάγειν**), μὴ φοβούμενος τὰς ἀνδραποδώδεις τῶν ἀστρολόγων τεχνιτείας. Cf. §. 94 sqq. — De motibus siderum ib. 113. τὸ δὲ μίαν αἰτίαν τούτων ἀποδιδόναι, πλεοναχῶς τῶν φαινομένων ἐκκαλουμένων, μανικὸν καὶ οὐ καθηκόντως πραττόμενον ὑπὸ τῶν τὴν ματαίαν ἀστρολογίαν ἐξηλωκότων καὶ εἰς τὸ κενὸν αἰτίας τινῶν ἀποδιδόντων, ὅταν τὴν θείαν φύσιν μηδαμῇ λειτουργιῶν ἀπολύωσι. — De natura ad divinam causam revocanda cf. n. 381, not.

383 **Epicur. ap. Diog. L. X, 91.** Τὸ δὲ μέγεθος τοῦ ἡλίου τε καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων κατὰ μὲν τὸ***) πρὸς ἡμᾶς [a] τηλικοῦτόν ἐστιν ἡλίκον †) φαίνεται. — κατὰ δὲ τὸ κατ' αὐτὸ ἤτοι μεῖζον τοῦ ὁρωμένου ἢ ἔλαττον μικρῷ ἢ τηλικοῦτον ἡλίκον ὁρᾶται· οὕτω γὰρ καὶ τὰ παρ' ἡμῖν πυρὰ ἐξ ἀποστήματος θεωρούμενα κατὰ τὴν αἴσθησιν θεωρεῖται.

a) Ambrosius: quantum ipsi sapimus. Potius: quantum ad nos attinet. Nobis enim verum est quodcunque cadit sub nostros sensus; neque aliud quidquam curandum est praeter id quo sensus nostri afficiuntur; v. n. 388, not. ὁ θάνατος οὐθὲν πρὸς ἡμᾶς.

Omisimus quae aliunde a Diogene adiiciuntur: Τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἐνδεκάτῃ περὶ φύσεως· Εἰ γάρ, φησί, τὸ μέγεθος διὰ τὸ διάστημα ἀποβεβλήκει, πολλῷ ἂν μᾶλλον τὴν χρόαν· ἄλλο γὰρ τούτῳ συμμετρότερον διάστημα οὐθέν ἐστι, h. e. eadem solis distantia in causa est, ut et magnitudo eius et color talis qualis est nobis appareat. Priores interpretes, quum non viderent extrema verba ad eandem Diogenis interpolationem pertinere, variis modis operam in iis perdiderunt: tu confer Lucretium V, 566 sqq., Plutarch. Pl. Ph. II, 21, all. — Sed poterit ex hoc exemplo existimari quanto opere id egerit Epicurus, ut discipulis naturae vires inopes esse et parum ad hominem valere persuaderet.

---

*) Froben. et Eudocia οἷόν τε ἐν σοι κατακινεῖσθαι. Cod. Arund. εὔσοικα, Venett. ἔνσικα. Steph. sec., praeeunte Sambuco, οἷόν τε ἕλικα κινεῖσθαι. Schneider coni. ἕλικι. — **) Vulgo ἀπάγειν. Corr. Schneider. — ***) Vulg. μέντοι. Corr. Schneider. — †) Frob. et Steph. ἡλίκον ὁποῖον. ὁποῖον om. cod. Florent. Venett. et Arundel.

Epicurus ap. Diog. L. X, 63. *Μετὰ δὲ ταῦτα δεῖ* 384
συνορᾶν περὶ τῆς ψυχῆς), ἀναφέροντ' ἐπὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τὰ πάθη· οὕτω γὰρ ἡ βεβαιοτάτη πίστις ἔσται ὅτι ἡ ψυχὴ σῶμά ἐστι λεπτομερές, παρ' ὅλον τὸ ἄθροισμα παρεσπαρμένον, προσεμφερέστατον δὲ πνεύματι θερμοῦ τινὰ κρᾶσιν ἔχοντι, καὶ πῇ μὲν τούτῳ προσεμφερὲς πῇ δ' ἐκείνῳ**). Ἔστι δὲ τὸ μέρος πολλὴν παραλλαγὴν εἰληφὸς τῇ λεπτομερείᾳ καὶ αὐτῶν τούτων, συμπαθὲς δὲ τούτῳ μᾶλλον ἢ***) τῷ λοιπῷ ἀθροίσματι. τοῦτο δὲ πᾶν αἱ δυνάμεις τῆς ψυχῆς δηλοῦσι †) καὶ τὰ πάθη καὶ αἱ εὐκινησίαι καὶ αἱ διανοήσεις καὶ ὧν στερούμενοι θνήσκομεν. καὶ μὴν καὶ ὅτι ἔχει ἡ ψυχὴ τῆς αἰσθήσεως τὴν πλείστην αἰτίαν δεῖ κατέχειν.* **64.** *οὐ μὴν εἰλήφει ἂν ταύτην, εἰ μὴ ὑπὸ τοῦ λοιποῦ ἀθροίσματος ἐστεγάζετό πως· τὸ δὲ λοιπὸν ἄθροισμα παρασκευάσαν τὴν αἰτίαν ταύτην μετείληφε καὶ αὐτὸ τοιούτου συμπτώματος παρ' ἐκείνης, οὐ μέντοι πάντων ὧν ἐκείνη κέκτηται.* **Diog. L. ib. 66.** *Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε λέγει* (sc. *ὁ Ἐπίκουρος*) *ἐν ἄλλοις, καὶ ἐξ ἀτόμων αὐτὴν* (sc. *τὴν ψυχὴν*) *συγκεῖσθαι λειοτάτων καὶ στρογγυλωτάτων, πολλῷ τινὶ διαφερουσῶν τῶν τοῦ πυρός· καὶ τὸ μέντοι ἄλογον αὐτῆς ἐν τῷ λοιπῷ παρεσπάρθαι ††) σώματι, τὸ δὲ λογικὸν ἐν τῷ θώρακι, ὡς δῆλον ἔκ τε τῶν φόβων καὶ τῆς χαρᾶς.* **Epicur. ib. 67.** *Καθ' ἑαυτὸ δὲ οὐκ ἔστι νοῆσαι τὸ ἀσώματον πλὴν ἐπὶ †††) τοῦ κενοῦ. τὸ δὲ κενὸν οὔτε ποιῆσαι οὔτε παθεῖν δύναται, ἀλλὰ κίνησιν μόνον δι' ἑαυτοῦ τοῖς σώμασι παρέχεται. ὥσθ' οἱ λέγοντες ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν ματαΐζουσιν· οὐθὲν γὰρ ἂν ἐδύνατο ποιεῖν οὔτε πάσχειν, εἰ ἦν τοιαύτη· νῦν δ' ἐναργῶς ἀμφότερα ταῦτα διαλαμβάνομεν*) περὶ τὴν ψυχὴν τὰ συμπτώματα* **Stob. Ecl.**

---

*) *περὶ τῆς ψυχῆς* add. Meibom. — **) Vulg. *τούτῳ.* Corr. Meibom. — ***) Vulg. *καί.* Corr. C. Fr. Hermann. — †) Vulgo *δῆλον.* Corr. Gassendi. — ††) Vulgo *ὃ τῷ λοιπῷ παρεσαθρεῖ σώματι — σώματι. θώρακι* Steph. Menag. Cetera debentur Schneidero. — †††) *ἐπὶ* add. Meibom. — *) Ante Meibom. legebatur *διαλαμβάνει.*

Phys. p. 798. Ἐπίκουρος (sc. ἀπεφήνατο τὴν ψυχὴν) κρᾶμα ἐκ τεττάρων, ἐκ ποιοῦ πυρώδους, ἐκ ποιοῦ ἀερώδους, ἐκ ποιοῦ πνευματικοῦ, ἐκ τετάρτου τινὸς ἀκατονομάστου, τοῦτο δ' ἦν αὐτῷ τὸ αἰσθητικόν· ὧν τὸ μὲν πνεῦμα κίνησιν, τὸν δὲ ἀέρα ἠρεμίαν, τὸ δὲ θερμὸν τὴν φαινομένην θερμότητα τοῦ σώματος, τὸ δ' ἀκατονόμαστον τὴν ἐν ἡμῖν ἐμποιεῖν αἴσθησιν· ἐν οὐδενὶ γὰρ τῶν ὀνομαζομένων στοιχείων εἶναι αἴσθησιν.

Easdem quas Stobaeus partes enumerat Lucretius de Rer. Nat. III, 227 sqq. Quum animae sensus pendeat ab eius cum corpore coniunctione, consentaneum est soluta hac coniunctione et ipsam interire. Epicur. ap. Diog. L. X, 65. *Καὶ μὴν καὶ διαλυομένου τοῦ ὅλου ἀθροίσματος ἡ ψυχὴ διασπείρεται καὶ οὐκέτι ἔχει τὰς αὐτὰς δυνάμεις οὐδὲ κινεῖται, ὥστ' οὐδ' αἴσθησιν κέκτηται. οὐ γὰρ οἷόν τε νοεῖν αὐτὴν αἰσθανομένην**) *μὴ ἐν τούτῳ τῷ συστήματι καὶ ταῖς κινήσεσι ταύταις χρωμένην, ὅταν τὰ στεγάζοντα καὶ περιέχοντα μὴ τοιαῦτα ᾖ ἐν οἷς νῦν οὖσα ἔχει ταύτας τὰς κινήσεις.* Cf. Sext. Emp. adv. Math. IX, 72; Lucret. III, 413 sqq. Mortem igitur non est quod perhorrescamus, quandoquidem nullus post eam existit sensus; cf. n. 388, not. Cognitionem rerum vel potius phaenomenorum a similibus causis repetebat atque Democritus, videlicet ab emanationibus simulacrorum, quae per sensuum instrumenta in animam nostram penetrarent. Epicur. ap. Diog. L. X, 46. *καὶ μὴν καὶ τύποι ὁμοιοσχήμονες τοῖς στερεμνίοις εἰσί, λεπτότησιν ἀπέχοντες μακρὰν τῶν φαινομένων· — — τούτους δὲ τοὺς τύπους εἴδωλα προσαγορεύομεν.* Ib. 48. *καὶ γὰρ ῥεῦσις ἀπὸ τῶν σωμάτων τοῦ ἐπιπολῆς* (cf. Schneider l. l. p. 62) *συνεχὴς συμβαίνει, οὐκ ἐπίδηλος αἰσθήσει διὰ τὴν ἀνταναπλήρωσιν, σώζουσα τὴν ἐπὶ τοῦ στερεμνίου θέσιν καὶ τάξιν τῶν ἀτόμων ἐπὶ πολὺν χρόνον, εἰ καὶ ἐνίοτε συγχεομένη ὑπάρχει.* In hoc adversatur Democrito, simulacra in aere nasci et per aerem ad nos manare statuenti; Diog. L. X, 49. 53. Epicurus contra infinita celeritate illa per inane ad nos penetrare censebat; ib. 47. Praeterea statuit esse sympathiam rei et animae, unde similitudinem derivat quae est inter cogitationes nostras et res cogitatas; ib. 50. 52. 53.

385 Epicurus ap. Diog. L. X, 123. Ἃ δὲ σοὶ συνεχῶς παρήγγελλον, ταῦτα καὶ πρᾶττε καὶ μελέτα, στοιχεῖα τοῦ

---

*) Ante Meibom. *αὐτὸ αἰσθανόμενον.*

καλῶς ζῆν ταῦτα διαλαμβάνων εἶναι. πρῶτον μὲν τὸν θεὸν ζῷον ἄφθαρτον καὶ μακάριον νομίζων, ὡς ἡ κοινὴ τοῦ θεοῦ νόησις ὑπεγράφη, μηθὲν μήτε τῆς ἀφθαρσίας ἀλλότριον μήτε τῆς μακαριότητος ἀνοίκειον αὐτῷ πρόσαπτε· πᾶν δὲ τὸ φυλάττειν αὐτοῦ δυνάμενον τὴν μετ' ἀφθαρσίας μακαριότητα περὶ αὐτοῦ δόξαζε. θεοὶ μὲν γάρ εἰσίν· ἐναργὴς δέ ἐστιν αὐτῶν ἡ γνῶσις [a]. οἵους δ' αὐτοὺς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν, οὐκ εἰσίν· οὐ γὰρ φυλάττουσιν αὐτοὺς οἵους νομίζουσιν. ἀσεβὴς δ' οὐχ ὁ τοὺς τῶν πολλῶν θεοὺς ἀναιρῶν, ἀλλ' ὁ τὰς τῶν πολλῶν δόξας θεοῖς προσάπτων [b]. **124.** οὐ γὰρ προλήψεις εἰσίν, ἀλλ' ὑπολήψεις ψευδεῖς αἱ τῶν πολλῶν ὑπὲρ θεῶν ἀποφάσεις. Ap. Diog. L. X, 139. Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτ' αὐτὸ πράγματα ἔχει οὔτ' ἄλλῳ παρέχει, ὥστε οὔτ' ὀργαῖς οὔτε χάρισι συνέχεται· ἐν ἀσθενεῖ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον [c].

a) Scilicet per *πρόληψιν*, quod cernitur ex subsequentibus, cf. supra n. 378 et Krische *Forschungen* p. 48 sq. *Πρόληψις* autem semper vera est, quamquam ea non substantia innotescit, sed nonnisi phaenomenon. Videtur igitur Epicurus hoc concessisse communi de diis eorumque apud mortales apparitionibus persuasioni, ut deos revera existere et species eorum similes hominum esse poneret, v. Diog. L. X, 139. *Ἐν ἄλλοις δέ φησι τοὺς θεοὺς λόγῳ θεωρητούς, οὓς μὲν κατ' ἀριθμὸν ὑφεστῶτας, οὓς δὲ κατ' ὁμοειδίαν ἐκ τῆς συνεχοῦς ἐπιρρύσεως τῶν ὁμοίων εἰδώλων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀποτετελεσμένων ἀνθρωποειδῶς*: h. e. (nisi locum corruptum putemus), ut aliorum certus numerus (cum dii revera sint innumeri), aliorum species humana esse videatur, cf. Cic. N. D. I, 17 sqq., Plut. de Pl. Ph. I, 7, Sext. Emp. adv. Math. IX, 25, Zeller *Philos. d. Griechen* III, p. 240. Sed docebat eos subtilissimum corpus habere, scilicet propter immortalitatem. Cic. de N. D. I, 18. 25. *Dum individuorum corporum concretionem fugit* (sc. *Epicurus*), *ne interitus et dissipatio consequatur, negat esse corpus deorum, sed tanquam corpus, nec sanguinem, sed tanquam sanguinem.* Cf. ib. c. 44. Denique infinitam, sicuti mortalium, ita etiam immortalium multitudinem esse statuebat, propter *ἰσονομίαν* h. e. ut omnia omnibus paribus pariter responderent, v. Cic. N. D. I, 19. *Ex hac igitur illud efficitur, si mortalium tanta multitudo sit, esse immortalium*

non minorem, et si quae interimant innumerabilia sint, etiam ea quae conservent infinita esse debere. — b) Propterea et fabulas poetarum et populares de diis opiniones maximopere fastidiebat, v. Diog. L. X, 81. 87. 104. 114. 116. 143, Cic. N. D. I, 16. Etiam fato ac providentiae Stoicae et divinationi adversabatur, Diog. L. X, 135; Cic. N. D. I, 20, Plut. Non posse suav. 21, adv. Colot. 27. 30, cf. supra n. 382, not. — c) Cf. Cic. de Nat. D. I, 19. *Et quaerere a nobis, Balbe, soletis quae vita deorum sit quaeque ab iis degatur aetas. Ea videlicet, qua nihil beatius, nihil omnibus bonis affluentius cogitari potest. Nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur, sua sapientia et virtute gaudet; habet exploratum fore se semper tum in maximis tum in aeternis voluptatibus.* Talibus sapienti deorum timorem eximere satagebat; v. n. 381, not.; Cic. de Nat. D. I, 17. Deos in intermundiis (*μετακόσμια*, n. 382) habitare dicebat; Cic. de Div. II, 17. *Deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos et perflabiles et habitantes tanquam inter duos lucos sic inter duos mundos, propter metum ruinarum;* hoc est, ne quid aeternitati eorum officere videatur. Cf. Lucret. V, 147 sqq.

5. Ethica.

386 **Epicurus ap. Diog. L. X, 128.** *Τούτου γὰρ χάριν ἅπαντα πράττομεν, ὅπως μήτ' ἀλγῶμεν μήτε ταρβῶμεν· ὅταν δ' ἅπαξ τοῦτο περὶ ἡμᾶς γένηται, λύεται πᾶς ὁ τῆς ψυχῆς χειμών, οὐκ ἔχοντος τοῦ ζῴου βαδίζειν ὡς προσενδέον τι *) καὶ ζητεῖν ἕτερον, ᾧ τὸ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ τοῦ σώματος ἀγαθὸν συμπληρωθήσεται. τότε γὰρ ἡδονῆς χρείαν ἔχομεν, ὅταν ἐκ τοῦ μὴ παρεῖναι τὴν ἡδονὴν ἀλγῶμεν· ὅταν δὲ μὴ ἀλγῶμεν, οὐκέτι τῆς ἡδονῆς δεόμεθα. καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἡδονὴν ἀρχὴν καὶ τέλος λέγομεν εἶναι τοῦ μακαρίως ζῆν.* **129.** *ταύτην γὰρ ἀγαθὸν πρῶτον καὶ συγγενικὸν ἔγνωμεν, καὶ ἀπὸ ταύτης καταρχόμεθα πάσης αἱρέσεως καὶ φυγῆς, καὶ ἐπὶ ταύτην καταντῶμεν ὡς κανόνι τῷ πάθει πᾶν ἀγαθὸν κρίνοντες. καὶ ἐπεὶ πρῶτον ἀγαθὸν τοῦτο καὶ σύμφυτον, διὰ τοῦτο καὶ οὐ πᾶσαν ἡδονὴν αἱρούμεθα, ἀλλ' ἔστιν ὅτε πολλὰς ἡδονὰς ὑπερ-*

---

*) Vulg. *ὡς πρὸς ἐνδέον τι.* Gassendus *πρός τι ὡς ἐνδέον.*

βαίνομεν, ὅταν πλεῖον ἡμῖν τὸ δυσχερὲς ἐκ τούτων ἕπηται· καὶ πολλὰς ἀλγηδόνας ἡδονῶν κρείττους νομίζομεν, ἐπειδὰν μείζων ἡμῖν ἡδονὴ παρακολουθῇ πολὺν χρόνον ὑπομείνασι τὰς ἀλγηδόνας. πᾶσα οὖν ἡδονὴ διὰ τὸ τῇ φύσει ἔχειν οἰκείως ἀγαθόν, οὐ πᾶσα μέντοι αἱρετή· καθάπερ καὶ ἀλγηδὼν πᾶσα κακόν, οὐ πᾶσα δὲ φευκτὴ ἀεί.

His maximam partem consentit cum Democrito et Aristippo; v. supra n. 90 et n. 214—216. *Πάθος* Epicuro iudicium est, ut Cyrenaicis; cf. n. 215. 217; Diog. L. X, 31. 34. Differt a Cyrenaicis hisce: 1) Finis Epicuro non est *ἡδονὴ μονόχρονος*, sed voluptas per totam vitam durans; v. Epicur. ap. Diog. L. X, 148. *ἡ τοῦ ὅλου βίου μακαριότης*. Propterea futurum prospicere debemus in agendo. Epicur. ap. Diog. L. X, 127. *Μνημονευτέον δ' ὡς τὸ μέλλον οὔθ' ἡμέτερον οὔτε πάντως οὐχ ἡμέτερον, ἵνα μήτε πάντως προσμένωμεν ὡς ἐσόμενον μήτ' ἀπελπίζωμεν ὡς πάντως οὐκ ἐσόμενον.* 2) Voluptas non solum in motu posita est verum etiam in statu quieto. Epicur. apud Diog. L. X, 136. *Ἡ μὲν γὰρ ἀταραξία καὶ ἀπονία καταστηματικαί εἰσιν ἡδοναί, ἡ δὲ χαρὰ καὶ εὐφροσύνη κατὰ κίνησιν ἐνεργείᾳ βλέπονται.* Cf. Diog. L. II, 87. Ita nostro quoque loco felicitatem obtinere dicit sicubi animus quietus sit, ut neque cupidine neque dolore moveatur. Quare fuerunt qui Epicurum summum bonum in vacuitate doloris posuisse dicerent; v. Cic. de Fin. II, 4. 5; Diog. L. II, 89. 3) Animi voluptas, quae oritur corpore immoto, corporis voluptate praestantior Epicuro esse videbatur. Diog. L. X, 137. *ἔτι πρὸς τοὺς Κυρηναϊκοὺς* (sc. *διαφέρεται περὶ τῆς ἡδονῆς*)· *οἱ μὲν γὰρ χείρους τὰς σωματικὰς ἀλγηδόνας τῶν ψυχικῶν· κολάζεσθαι γοῦν τοὺς ἁμαρτάνοντας σώματι· ὁ δὲ τὰς ψυχικάς· τὴν γοῦν σάρκα διὰ τὸ παρὸν μόνον χειμάζειν, τὴν δὲ ψυχὴν καὶ διὰ τὸ παρελθὸν καὶ τὸ παρὸν καὶ τὸ μέλλον. οὕτως οὖν καὶ μείζονας ἡδονὰς εἶναι τὰς τῆς ψυχῆς.* Ib. 118. *κἂν στρεβλωθῇ δ' ὁ σοφός, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα.* Ib. 135. *κρεῖττον εἶναι νομίζων εὐλογίστως ἀτυχεῖν ἢ ἀλογίστως εὐτυχεῖν.* Et ita ipse Epicurus moriens ad amicum scripsit: *τὴν μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἅμα τελευταίαν ἡμέραν τοῦ βίου ἐγράφομεν ὑμῖν ταυτί. στραγγουρία τε παρηκολουθήκει καὶ δυσεντερικὰ πάθη ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῦ ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους. ἀντιπαρετάττετο δὲ πᾶσι τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ.* Diog. L. X, 22, Cic. de Fin. II, 22. Quamquam in schola maxime valebat illud, quod voluptatum perceptarum recordationem vitam beatam facere aiebant, et quidem corpore perceptarum, v. Cic. ib. 32, 106 et n. 387, not.

387 **Athen. VII, p. 279 F.** *Καὶ αὐτὸς δέ που ὁ Μητρόδωρός — — φησι· „Περὶ γαστέρα γάρ, ὦ φυσιολόγε Τιμόκρατες, περὶ γαστέρα ὁ κατὰ φύσιν βαδίζων λόγος τὴν ἅπασαν ἔχει σπουδήν." Ἐπίκουρος γὰρ ἦν ὁ τούτων διδάσκαλος, ὃς καὶ βοῶν ἔλεγεν· „Ἀρχὴ καὶ ῥίζα παντὸς ἀγαθοῦ ἡ τῆς γαστρὸς ἡδονή, καὶ τὰ σοφὰ καὶ τὰ περιττὰ εἰς ταύτην ἔχει τὴν ἀναφοράν." κἀν τῷ περὶ τέλους δέ φησιν οὕτω πως· „Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονάς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις." καὶ προελθών φησι λέγων· „Τιμητέον τὸ καλὸν καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰ τοιουτότροπα, ἐὰν ἡδονὴν παρασκευάζῃ· ἐὰν δὲ μὴ παρασκευάζῃ, χαίρειν ἐατέον."*

Cf. ib. XII, p. 540 E; Cic. Tusc. III, 18; Diog. L. X, 6. Ipsa etiam animi voluptas nil est nisi recordatio vel exspectatio eorum quae corpori voluptatem praebent. Clem. Alex. Strom. II, p. 417 C. *Ὁ δὲ Ἐπίκουρος πᾶσαν χαρὰν τῆς ψυχῆς οἴεται ἐπὶ πρωτοπαθούσῃ τῇ σαρκὶ γενέσθαι. ὅ τε Μητρόδωρος ἐν τῷ Περὶ τοῦ μείζονα εἶναι τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων, Ἀγαθόν, φησί, ψυχῆς τί ἄλλο ἢ τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα:* quem locum ita exprimit Cic. de Fin. II, 28, 92. *Ipse enim Metrodorus, paene alter Epicurus, beatum esse describit his fere verbis: Quum corpus bene constitutum sit et sit exploratum ita futurum.* Cf. Diog. L. II, 89.

388 **Epic. ap. Diog. L. X, 142.** *Εἰ κατεπυκνοῦτο πᾶσα ἡδονὴ καὶ χρόνῳ καὶ περὶ ὅλον*) τὸ ἄθροισμα ὑπῆρχεν ἢ τὰ κυριώτατα μέρη τῆς φύσεως* [a], *οὐκ ἄν ποτε διέφερον ἀλλήλων αἱ ἡδοναί. § Εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε τοὺς φόβους τῆς διανοίας τούς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, ἔτι τε τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν ἐδίδασκεν, οὐκ ἄν ποτ' εἴχομεν ὅ τι μεμψαίμεθα αὐτοῖς πανταχόθεν εἰσπληρουμένοις τῶν*

---

*) Codd. *περὶ ὁδὸν* vel *περίοδον*. Corr. Rossius.

ἡδονῶν, καὶ οὐδαμόθεν οὔτε τὸ ἀλγοῦν οὔτε τὸ λυπούμενον ἔχουσιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ κακόν [b].

a) *Ὅλον τὸ ἄθροισμα* est tota corporis compages seu concretio, qua constat animantis natura. Cf. Diog. L. X, 63. 65. — *ἢ περὶ τὰ κυριώτατα μέρη τῆς φύσεως*, vel in praecipuis naturae partibus, videlicet, ut arbitror, in praecipuis sensibus. *Rossius.* — b) Cf. Cic. de Fin. II, 7, 21.

Enumerantur rationes propter quas *φρόνησις* inter singulas voluptates distinguere optimamque ceteris spretis eligere debeat. Nam voluptates non omnes sponte concrescunt h. e. durant non omnes, ut recordatione iis frui possimus; neque ad totum corpus omnes pertinent, verum sunt quae aliis corporis partibus iucunditatem praebeant, aliis noceant. Accedit quod voluptatibus non solvuntur ii metus, quibus coelestia et mortem horremus: qui metus physica demum solvuntur, quae causas eorum aperiat. Neque ii voluptate a nobis arceantur angores, qui sunt de futuris doloribus; neque illa de cupidinibus cohibendis edocemur. Sunt haec morali virtuti subiecta; nam docebat Epicurus sapientem felicitatem in sua potestate habere liberoque arbitrio enixe patrocinabatur, v. apud Diog. L. X, 133. *τὸ δὲ παρ' ἡμῖν ἀδέσποτον, ᾧ καὶ τὸ μεμπτὸν καὶ τὸ ἐναντίον παρακολουθεῖν πέφυκεν.* Cupidines revocandas esse ad ea sine quibus natura nostra esse non posset; quod si haec sola sequeretur sapiens, facili negotio eum vel cupidinibus satisfacere vel a doloribus sibi cavere posse. Epicurus ap. Diog. L. X, 149. *Τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ μέν εἰσι φυσικαὶ καὶ ἀναγκαῖαι, αἱ δὲ φυσικαὶ καὶ οὐκ ἀναγκαῖαι, αἱ δὲ οὔτε φυσικαὶ οὔτε ἀναγκαῖαι, ἀλλὰ παρὰ κενὴν δόξαν γιγνόμεναι.* Quibus haec a Diogene adiiciuntur: *φυσικὰς καὶ ἀναγκαίας ἡγεῖται ὁ Ἐπίκουρος τὰς ἀλγηδόνας ἀπολυούσας, ὡς ποτὸν ἐπὶ δίψους· φυσικὰς δὲ καὶ οὐκ ἀναγκαίας τὰς ποικιλλούσας μόνον τὴν ἡδονήν, μὴ ὑπεξαιρουμένας δὲ τὸ ἄλγημα, ὡς πολυτελῆ σιτία· οὔτε δὲ φυσικὰς οὔτ' ἀναγκαίας, ὡς στεφάνους καὶ ἀνδριάντων ἀναθέσεις.* Postremum genus aspernatur sapiens, secundum admittit, sed ita ut sine iis esse possit. Epicur. ap. Diog. L. X, 130. *Καὶ τὴν αὐτάρκειαν δ' ἀγαθὸν μέγα νομίζομεν, οὐχ ἵνα πάντως τοῖς ὀλίγοις χρώμεθα, ἀλλ' ὅπως, ἐὰν μὴ ἔχωμεν τὰ πολλά, τοῖς ὀλίγοις ἀρκώμεθα, πεπεισμένοι γνησίως ὅτι ἥδιστα πολυτελείας ἀπολαύουσιν οἱ ἥκιστα ταύτης δεόμενοι.* Quare sapiens ingruente necessitate primo voluptatum genere solo contentus esse et etiam sic felicitatem sibi comparare callet; Stob. Serm. XVII, 30. *Ἔλεγε δ'* (sc. *ὁ Ἐπίκουρος*) *ἑτοίμως ἔχειν καὶ τῷ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας διαγωνίζεσθαι μάζαν ἔχων καὶ ὕδωρ.* Cf. Epicur. ap. Diog. L. X,

130. Quae ad has voluptates necessaria sunt facile acquiruntur. Epicur. ap. Diog. L. X, 144. Ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος καὶ ὥρισται καὶ εὐπόριστός ἐστιν, ὁ δὲ τῶν κενῶν δοξῶν εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει, cf. Epicur. ap. Stob. Serm. XVII, 23. Ita Epicurus suos si non modice vivere, tamen posse modice vivere docebat: unde factum ut nonnullis praeceptis ipsi adversarii laudem negare non possent; Cic. Tusc. III, 20; Seneca Ep. 33; de Vit. Beat. 13. *In ea quidem ipse sententia sum, invitis hoc nostris popularibus (Stoicis) dicam, sancta Epicurum et recta praecipere et, si propius accesseris, tristia: voluptas enim illa ad parvum et exile revocatur, et quam nos virtuti legem dicimus, eam ille dicit voluptati.* Neque dolores corporis sapienti in beate vivendo officere possunt, ut quorum vis minuta sit atque fugax. Epicur. ap. Diog. L. X, 140. Οὐ χρονίζει τὸ ἀλγοῦν συνεχῶς ἐν τῇ σαρκί, ἀλλὰ τὸ μὲν ἄκρον τὸν ἐλάχιστον χρόνον πάρεστι, τὸ δὲ μόνον ὑπερτεῖνον τὸ ἡδόμενον κατὰ σάρκα οὐ πολλὰς ἡμέρας συμβαίνει· αἱ δὲ πολυχρόνιοι τῶν ἀρρωστιῶν πλεονάζον ἔχουσι τὸ ἡδόμενον ἐν τῇ σαρκὶ ἤπερ τὸ ἀλγοῦν. Ipsa mors, quod est extremum malorum, nihil tamen habet quo felicitatem sapientis turbare queat. Epicurus ap. Diog. L. X, 124 sqq. Τὸ φρικωδέστατον οὖν τῶν κακῶν ὁ θάνατος οὐθὲν πρὸς ἡμᾶς, ἐπειδήπερ ὅταν μὲν ἡμεῖς ὦμεν, ὁ θάνατος οὐ πάρεστιν, ὅταν δ' ὁ θάνατος παρῇ, τόθ' ἡμεῖς οὐκ ἐσμέν. Quae praecepta qui bene haurire scit atque in se percipere, is habet ἀταραξίαν.

389 **Epicurus ap. Diog. L. X, 140.** *Οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως, οὐδὲ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως ἄνευ τοῦ ἡδέως. ὅτῳ δὲ μὴ ὑπάρχει ζῆν φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως, οὐκ ἔστι τοῦτον ἡδέως ζῆν.*

Cf. Diog. L. X, 138. ὁ δ' Ἐπίκουρος καὶ ἀχώριστόν φησι τῆς ἡδονῆς τὴν ἀρετὴν μόνην, τὰ δ' ἄλλα χωρίζεσθαι οἷον βρωτά. Primaria virtus ei videbatur esse ἡ φρόνησις, quae philosophando comparatur, quare philosophia iisdem quibus virtus nominibus ab eo commendatur, ap. Diog. L. X, 122. Μήτε νέος τις ὢν μελλέτω φιλοσοφεῖν μήτε γέρων ὑπάρχων κοπιάτω φιλοσοφῶν· οὔτε γὰρ ἄωρος οὐδείς ἐστιν οὔτε πάρωρος πρὸς τὸ κατὰ ψυχὴν ὑγιαῖνον. ὁ δὲ λέγων ἢ μήπω τοῦ φιλοσοφεῖν ὑπάρχειν τὴν ὥραν ἢ παρεληλυθέναι ὅμοιός ἐστι τῷ λέγοντι πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ μήπω παρεῖναι τὴν ὥραν ἢ μηκέτι εἶναι· ὥστε φιλοσοφητέον καὶ νέῳ καὶ γέροντι, τῷ μὲν ὅπως γηράσκων νεάζῃ τοῖς ἀγαθοῖς διὰ τὴν χάριν τῶν γεγονότων, τῷ δ' ὅπως νέος ἅμα καὶ παλαιὸς ᾖ διὰ τὴν ἀφοβίαν τῶν μελλόν-

των. Ib. 132. *Οὐ γὰρ πότοι καὶ κῶμοι συνείροντες, οὐδ' ἀπολαύσεις παίδων καὶ γυναικῶν, οὐδ' ἰχθύων καὶ τῶν ἄλλων ὅσα φέρει πολυτελὴς τράπεζα τὸν ἡδὺν γεννᾷ βίον, ἀλλὰ νήφων λογισμὸς καὶ τὰς αἰτίας ἐξερευνῶν πάσης αἱρέσεως καὶ φυγῆς καὶ τὰς δόξας ἐξελαύνων, ἀφ' ὧν πλεῖστος τὰς ψυχὰς καταλαμβάνει θόρυβος· τούτων δὲ πάντων ἀρχὴ καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν φρόνησις· διὸ καὶ φιλοσοφίας τὸ τιμιώτερον *) ὑπάρχει φρόνησις· ἐξ ἧς αἱ λοιπαὶ πᾶσαι πεφύκασιν ἀρεταί, διδάσκουσαι ὡς οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως, οὐδὲ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως ἄνευ τοῦ ἡδέως· συμπεφύκασι γὰρ αἱ ἀρεταὶ τῷ ζῆν ἡδέως καὶ τὸ ζῆν ἡδέως τούτων ἐστὶν ἀχώριστον.*

Epicurus ap. Diog. L. X, 148. *Ὧν ἡ σοφία παρα-* 390
σκευάζεται εἰς τὴν τοῦ ὅλου βίου μακαριότητα, πολὺ μέγιστόν ἐστιν ἡ τῆς φιλίας κτῆσις. **150.** *Τὸ τῆς φύσεως δίκαιόν ἐστι σύμβολον τοῦ συμφέροντος εἰς τὸ μὴ βλάπτειν ἀλλήλους μηδὲ βλάπτεσθαι* [a]. **151.** *Ἡ ἀδικία οὐ καθ' ἑαυτὴν κακόν, ἀλλ' ἐν τῷ κατὰ τὴν ὑποψίαν φόβῳ, εἰ μὴ λήσει τοὺς **) ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐφεστηκότας κολαστάς.* § *Οὐκ ἔστι τὸν λάθρα τι ποιοῦντα ὧν ***) συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους εἰς τὸ μὴ βλάπτειν μηδὲ βλάπτεσθαι πιστεύειν ὅτι λήσει, κἂν μυριάκις ἐπὶ †) τοῦ παρόντος λανθάνῃ· μέχρι γὰρ καταστροφῆς ἄδηλον εἰ καὶ λήσει.* § *Κατὰ μὲν τὸ ††) κοινὸν πᾶσι τὸ δίκαιον τὸ αὐτό· συμφέρον γάρ τι ἦν ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους κοινωνίᾳ· κατὰ δὲ τὸ ἴδιον, χώρας καὶ ὅσων δή ποτε αἰτιῶν, οὐ πᾶσι συνέπεται τὸ αὐτὸ δίκαιον εἶναι.* **Id. ap. Stob. Serm. XLIII, 139.** *Οἱ νόμοι χάριν τῶν σοφῶν κεῖνται, οὐχ ἵνα μὴ ἀδικῶσιν, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀδικῶνται.*

a) Cf. quae sequuntur, ubi mutata sententiarum divisione ita scribendum videtur: *(λδ') Ὅσα τῶν ζῴων μὴ ἠδύνατο συνθήκας ποιεῖσθαι τὰς ὑπὲρ τοῦ μὴ βλάπτειν ἄλληλα μηδὲ βλάπτεσθαι, πρὸς ταῦτα οὐθέν ἐστιν οὐδὲ δίκαιον οὐδ' ἄδικον. (λε') Ὡσαύτως δὲ καὶ*

---

*) *τὸ* ante *τιμιώτερον* inseruit Meibom. Rossius coni. *σοφίας*; sed haec vocis *σοφίας* significatio, qua est sapientia theoretica, ab Epicuro aliena est; cf. Diog. L. X, 148. — **) *τοὺς* add. Kuehn. — ***) Malis cum Menagio *παρ' ἅ*. — †) Vulg. *ὑπό*. Corr. Meibom. — ††) *τὸ* add. Meibom.

τῶν ἐθνῶν ὅσα μὴ ἠδύνατο ἢ μὴ ἐβούλετο τὰς συνθήκας ποιεῖσθαι τὰς ὑπὲρ τοῦ μὴ βλάπτειν μηδὲ βλάπτεσθαι· οὐκ ἦν τι καθ' ἑαυτὸ δικαιοσύνη, ἀλλ' ἐν ταῖς μετ' ἀλλήλων συστροφαῖς, καθ' ὁπηλίκους δήποτ' ἀεὶ τόπους, συνθήκη τις ὑπὲρ τοῦ μὴ βλάπτειν μηδὲ βλάπτεσθαι.

His praeceptis quomodo sapiens vel de ceteris hominibus sibi cavere vel fructum et voluptatem ex eorum usu percipere possit adumbratur. De amicitia cf. Cic. de Fin. I, 20. *Ut enim virtutes, de quibus ante dictum est, sic amicitiam negant posse a voluptate discedere. Nam quum solitudo et vita sine amicis insidiarum et metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias comparare: quibus partis confirmatur animus et a spe pariendarum voluptatum seiungi non potest.* Verum tamen etiam in ipsa amicitia per se spectata Epicurei voluptatem quaesivisse videntur. Cf. n. 373. De vita civili sic statuebat, ut munera publica fugienda potius, quam ambeunda esse praeciperet, v. Plut. adv. Colot. 31. 34. Non posse suav. v. s. Epic. 16, De latenter viv. 4, Seneca de Otio Sap. 30. *Duae maximae in hac re dissident sectae, Epicureorum et Stoicorum, sed utraque ad otium diversa via mittit. Epicurus ait: Non accedet ad rempublicam sapiens, nisi si quid intervenerit. Zenon ait: Accedet ad rempublicam, nisi si quid impedierit.*

CAPUT X.

S T O I C I.

1. Zeno eiusque schola, Cleanthes, Chrysippus.

a. De vitis et scriptis eorum.

391 **Diog. L. VII, 1.** *Ζήνων — Κιτιεὺς ἀπὸ Κύπρου, πολίσματος Ἑλληνικοῦ Φοίνικας ἐποίκους ἐσχηκότος* [a]. 2. *διήκουσε δὲ — Κράτητος· εἶτα καὶ Στίλπωνος ἀκοῦσαί φασιν αὐτὸν καὶ Ξενοκράτους ἔτη δέκα —, ἀλλὰ καὶ Πολέμωνος* [b]. 3. *Ἀνακάμπτων δὲ ἐν τῇ Ποικίλῃ Στοᾷ τῇ καὶ Πεισιανακτίῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγνώτου Ποικίλῃ, διέθετο τοὺς λόγους — —. προσήεσαν δὴ πολλοὶ ἀκούοντες αὐτοῦ καὶ διὰ τοῦτο Στωϊκὸς*

ἐκλήθη*) καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ὁμοίως, πρότερον Ζηνώνειοι καλούμενοι [c]. 6. Ἐτίμων δὴ οὖν Ἀθηναῖοι σφόδρα τὸν Ζήνωνα οὕτως ὡς καὶ τῶν τειχῶν αὐτῷ τὰς κλεῖς παρακαταθέσθαι καὶ χρυσῷ στεφάνῳ τιμῆσαι καὶ χαλκῇ εἰκόνι. 27. Ἤδη δὲ καὶ εἰς παροιμίαν σχεδὸν ἐχώρησεν. ἐλέγετο γοῦν ἐπ' αὐτῷ, Τοῦ φιλοσόφου Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. Suidas s. v. Ζήνων. Ἤκμαζεν ἐπὶ Ἀντιγόνου τοῦ Γονατᾶ ἐπὶ τῆς κ' καὶ ρ' Ὀλυμπιάδος [d].

a) Cic. de Fin. IV, 19, 56. *tuus ille Poenulus, scis enim Citieos, clientes tuos, e Phoenica profectos.* Mirum quot his temporibus Citienses, Tarsenses et ex ceteris earum regionum civitatibus oriundi in philosophia excelluerint, maxime in Stoica, cf. supra n. 12. — b) Adde Diodorum Megaricum, v. Diog. L. VII, 16. 25. Decem anni, de quibus loquitur Laertius, pertinent ad solum Xenocratem, quamquam ne sic quidem id recte habere videtur, cum Xenocratem constet iam Ol. 116 mortuum esse. In universum perhibetur viginti annos magistris impendisse, Diog. L. VII, 4, inde a vicesimo vel tricesimo aetatis anno; ib. 2. 28. Priusquam Athenas veniret et philosophiae se dederet, mercator et nauta fuisse narratur; Diog. L. VII, 2. 5. 31. — c) Scholae per quinquaginta octo annos praefuisse dicitur; Diog. L. VII, 28. Vixisse supra nonaginta annos perhibetur, v. Lucian. Macrob. 19, Suid. v. Ζήνων. — d) Apud Antigonum Gonatam plurimum valebat; Diog. L. VII, 6. 9. 13. 36; Aelian. V. H. VII, 14, all. Sed cum Antigonus Gonatas Ol. 124 demum regnare coeperit, numerus ille (κ' καὶ ρ' i. e. Ol. 120. Verisimilius Suid. v. *Σωκράτης* Zenonem floruisse memorat *ἐπὶ τῆς ρκε' Ὀλυμπιάδος*) corruptus esse videtur. Omnino temporum in vita Zenonis ratio implicatior est; v. Clint. F. H. ad a. 299. 279 et p. 368.

Scripsit non multa, maximam partem moralia. Librorum recensum habes ap. Diog. L. VII, 4. Quantum effecerit ad Stoicorum disciplinam excolendam non potest certo iudicio existimari, quum plurima eorum quae a recentioribus ad eum referuntur a sectatoribus ad ipsum translata esse videantur. Propius a Cynicis abfuisse traditur quam posteriores Stoici, qui nonnulla etiam in eius libris, quae nimium ex Cynismo olere viderentur, supprimere conabantur; Diog. L. VII, 4. 34. Omnino simplicior in docendo rudiorque in colligendo fuisse perhibetur; Diog. L. VII, 84; Seneca

---

*) Vulgo *Στωϊκοὶ ἐκλήθησαν.* cf. Suid. s. v. *Ζήνων.*

Ep. 82, 7; 83, 7. Neque dum firmam ab eo disciplinam relictam esse apparet vel ex eo quod discipuli in plures mox partes dilapsi sunt.

392 **Diog. L. VII, 36.** Μαθηταὶ δὲ Ζήνωνος πολλοὶ μέν, ἔνδοξοι δὲ Περσαῖος — Κιτιεύς [a]· — — 37. Ἀρίστων — Χῖος, ὁ τὴν ἀδιαφορίαν εἰσηγησάμενος [b]· Ἥριλλος Καρχηδόνιος, ὁ τὴν ἐπιστήμην τέλος εἰπών [c]· — — Κλεάνθης — Ἄσσιος, ὁ διαδεξάμενος τὴν σχολήν [d].

a) Hic et regem Macedoniae Antigonum Gonatam et filium eius in philosophia instituit. In doctrina nihil novasse videtur. Cf. Krische *Forschungen* p. 437 sqq. — b) Hic propriae sectae fundator exstitit, quae mox exstincta est, v. Diog. L. VII, 161, Cic. de Legg. I, 13, infra n. 463. Docebat in Cynosarge et in praeceptis magis etiam quam magister Cynicorum similis erat; ib. 160. *Ἀρίστων ὁ Χῖος — — τέλος ἔφησεν εἶναι τὸ ἀδιαφόρως ἔχοντα ζῆν πρὸς τὰ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας, μηδ' ἡντινοῦν ἐν αὐτοῖς παραλλαγὴν ἀπολείποντα, ἀλλ' ἐπίσης ἐπὶ πάντων ἔχοντα* (cf. Cic. de Fin. II, 13; IV, 16. 25)· *εἶναι γὰρ ὅμοιον τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ τὸν σοφόν, ὃς ἄν τε Θερσίτου ἄν τε Ἀγαμέμνονος πρόσωπον ἀναλάβῃ, ἑκάτερον ὑποκρινεῖται προσηκόντως. τόν τε φυσικὸν τόπον καὶ τὸν λογικὸν ἀνῄρει, λέγων τὸν μὲν εἶναι ὑπὲρ ἡμᾶς, τὸν δ' οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, μόνον δὲ τὸν ἠθικὸν εἶναι πρὸς ἡμᾶς.* Cf. Sext. Emp. adv. Math. VII, 12; Senec. Ep. 89, 11. *Aristo Chius non tantum supervacuas esse dixit naturalem et rationalem, sed etiam contrarias: moralem quoque, quam solum reliquerat, circumcidit.* Stob. Serm. LXXXII, 11. *Ἀρίστων ἔλεγεν ἐοικέναι τὴν διαλεκτικὴν τῷ ἐν ταῖς ὁδοῖς πηλῷ· πρὸς οὐδὲν γὰρ οὐδ' ἐκεῖνον χρήσιμον ὄντα καταβάλλειν τοὺς βαδίζοντας.* Diog. L. ib. 161. *ἀρετάς τ' οὔτε πολλὰς εἰσῆγεν, ὡς ὁ Ζήνων, οὔτε μίαν πολλοῖς ὀνόμασι καλουμένην, ὡς οἱ Μεγαρικοί, ἀλλὰ καὶ τὸ πρός τί πως ἔχειν*: quae verba, collato Plut. de Rep. Stoic. 7. *μιᾶς ἀρετῆς σχέσεις ἔλεγε τὰς ἄλλας εἶναι*, ita accipienda sunt, ac si dixerit unam eandemque virtutem diversam esse pro diversis vitae conditionibus; cf. Plut. de Virt. Mor. 2, unde discimus unam illam virtutem Aristoni audivisse *ὑγίειαν*. Cf. Krische l. c. p. 407 sq. et N. Saal de Aristonis Chii vita, scriptis et doctrina, Colon. 1832. — c) Etiam Herillus suam habuit successionem. Scientiam huic summum bonum fuisse confirmat Cic. de Fin. IV, 14; V, 25. Scientiae adiunxit finem secundarium (*ὑποτελίδα*), qui illi subiectus esset; Diog. L. VII, 165. *διαφέρειν δὲ τέλος καὶ ὑποτελίδα· τῆς μὲν γὰρ καὶ τοὺς μὴ σοφοὺς στοχάζεσθαι,*

του̃ δὲ μόνον τὸν σοφόν. Cic. de Fin. IV, 15. *Sin ea* (sc. quae extra virtutem sunt) *non negligemus neque tamen ad finem summi boni referemus, non multum ab Herilli levitate aberrabimus.* — — *Facit enim ille duo seiuncta ultima bonorum.* — d) Cf. Krische l. c. p. 416 sq., A. Meineke in Philologo I, p. 373, Diog. L. VII, 168. *Οὗτος πρῶτον ἦν πύκτης· — — ἀφικόμενος δὲ εἰς Ἀθήνας τέσσαρας ἔχων δραχμάς, καθά φασί τινες, καὶ Ζήνωνι παραβαλὼν ἐφιλοσόφησε γενναιότατα καὶ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἔμεινε δογμάτων. διεβοήθη δ' ἐπὶ φιλοπονίᾳ, ὅς γε πένης ὢν ἄγαν ὥρμησε μισθοφορεῖν· καὶ νύκτωρ μὲν ἐν τοῖς κήποις ἤντλει, μεθ' ἡμέραν δ' ἐν τοῖς λόγοις ἐγυμνάζετο, ὅθεν καὶ φρεάντλης ἐκλήθη.* Ib. 169. *καὶ γὰρ ὁ Ζήνων αὐτὸν συνεγύμναζεν εἰς τοῦτο καὶ ἐκέλευεν ὀβολὸν φέρειν ἀποφορᾶς*: ubi *ἀποφορὰ* est merces praeceptori data, quod solitum erat apud Stoicos. Cleanthes tardioris ingenii fuisse dicitur, Diog. L. VII, 37. 170. Neque per eum Stoicorum doctrina multum profecit, licet multa scriptitaverit, v. Diog. L. VII, 174 sqq. Etiam versibus in scriptis et in scholis uti consueverat, sicut ceteri Stoici, et exstat a Cleanthe hymnus in Iovem compositus ap. Stob. Ecl. Phys. p. 30, cf. Chr. Petersen, Cleanthis Stoici h. in Iovem, Hamb. 1829, A. Meineke, fragm. Comic. Gr. I, p. IX sqq.

Diog. L. VII, 179. Χρύσιππος — Σολεὺς ἢ Ταρσεύς [a], — μαθητὴς Κλεάνθους. οὗτος πρότερον μὲν δόλιχον ἤσκει, ἔπειτα ἀκούσας Ζήνωνος [b] ἢ Κλεάνθους, ὥς Διοκλῆς καὶ οἱ πλείους, ἔτι δὲ ζῶντος ἀπέστη αὐτοῦ [c] καὶ οὐχ ὁ τυχὼν ἐγένετο κατὰ φιλοσοφίαν· ἀνὴρ εὐφυὴς καὶ ὀξύτατος ἐν παντὶ μέρει οὕτως ὥστε καὶ ἐν τοῖς πλείστοις διηνέχθη πρὸς Ζήνωνα, ἀλλὰ καὶ πρὸς Κλεάνθην, ᾧ καὶ πολλάκις ἔλεγε μόνης τῆς τῶν δογμάτων διδασκαλίας χρῄζειν, τὰς δὲ ἀποδείξεις αὐτὸν εὑρήσειν· μετενόει μέντοι ὁπότε πρὸς αὐτὸν ἀποτείνοιτο. — 180. οὕτω δ' ἐπίδοξος ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ἐγένετο ὥστε δοκεῖν τοὺς πλείους ὅτι εἰ παρὰ θεοῖς ἦν ἡ διαλεκτική, οὐκ ἂν ἄλλη ἦν ἢ ἡ Χρυσίππειος. 183. φασὶν ἐπ' αὐτοῦ λεχθῆναι — —, 393

εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν Στοά [d].

a) Solensis ut plurimum appellatur. Pater Tarsi habitaverat, deinde Solos se contulerat; Strab. XIV, p. 671. — b) Potuit quidem

Zeno a Chrysippo audiri, quem ad summam senectutem pervenisse modo memoravimus, sed est illud haud verisimile, quum ipse Chrysippus mortuus esse feratur Ol. 143; v. Diog. L. VII, 184, Suid. s. v. *Χρύσιππος*. — c) Recentiores etiam Academicos Arcesilam et Lacydem audivisse et ad sententias eorum scripsisse dicitur, Diog. L. VII, 183. *τέλος δὲ Ἀρκεσιλάῳ καὶ Λακύδῃ, παθά φησι Σωτίων ἐν τῷ ὀγδόῳ, παραγενομένοις ἐν Ἀκαδημίᾳ συνεφιλοσόφησε· δι' ἣν αἰτίαν καὶ κατὰ τῆς συνηθείας καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἐπεχείρησε, καὶ περὶ μεγεθῶν καὶ πληθῶν τῇ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν συστάσει χρησάμενος.* Sermo est de duabus Chrysippi scriptionibus, *κατὰ τῆς συνηθείας* et *περὶ τῆς συνηθείας*, cf. Plut. de Stoic. Rep. 10, Cic. Ac. pr. II, 27. Narratur et ipse scholam in Lyceo habuisse, Diog. L. VII, 185. Stoicus Antipater scripsit *περὶ τῆς Κλεάνθους καὶ Χρυσίππου διαφορᾶς*. Plut. de St. Rep. 4. — d) Cf. Cic. Ac. pr. II, 24, Gell. N. A. VI, 2. Chrysippus erat successor Cleanthis; Suid. s. v. *Χρύσιππος*, Strab. XIII, p. 610. His veteris Stoae placita adeo excoluit et perpolivit, ut nihil fere post eum immutatum sit. Nam Diogenes Babylonius et Antipater Tarsensis (n. 428), etsi plurimum auctoritate valebant, tamen doctrinam scholae neque firmasse neque amplificasse videntur.

394 **Diog. L. VII, 180.** *Πλεονάσας δὲ τοῖς πράγμασι* (sc. *ὁ Χρύσιππος*) *τὴν λέξιν οὐ κατώρθωσε. πονικώτατός τε παρ' ὁντινοῦν γέγονεν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ· τὸν ἀριθμὸν γὰρ ὑπὲρ πέντε καὶ ἑπτακόσιά ἐστιν. ἐπλήθυνε δ' αὐτὰ πολλάκις ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ δόγματος ἐπιχειρῶν καὶ πᾶν τὸ ὑποπεσὸν γράφων καὶ διορθούμενος πλεονάκις πλείστῃ τε τῶν μαρτυριῶν παραθέσει χρώμενος· ὥστε καὶ ἐπειδή ποτ' ἔν τινι τῶν συγγραμμάτων παρ' ὀλίγον τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν ὅλην παρέθετο καί τις μετὰ χεῖρας εἶχε τὸ βιβλίον, πρὸς τὸν πυθόμενον τί ἄρα ἔχοι ἔφη· Χρυσίππου Μήδειαν.*

Chrysippum in eloquendo negligentiorem fuisse constat ex plurimis veterum testimoniis; v. Baguet commentatio, qua fragmenta Chrysippi colliguntur, disponuntur et illustrantur. Lovan. 1821. 4., p. 26 sqq. Prae ceteris audiendus Dionysius Hal. de Comp. Verb. p. 30, 10 Rsk. *καὶ οἱ τὴν φιλοσοφίαν ἐπαγγελλόμενοι καὶ τὰς διαλεκτικὰς ἐκφέροντες τέχνας οὕτως εἰσὶν ἄθλιοι περὶ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων, ὥστ' αἰδεῖσθαι καὶ λέγειν. ἀπόχρη δὲ τεκμηρίῳ χρήσασθαι τῷ λόγῳ Χρυσίππου τοῦ Στωϊκοῦ· περαιτέρω*

γὰρ οὐκ ἂν προβαίην. τούτου γὰρ οὔτ' ἄμεινον οὐδεὶς τας διαλεκτικὰς τέχνας ἠκρίβωσεν οὔτε χείρονι ἁρμονίᾳ συνταχθέντας ἐξήνεγκε λόγους τῶν ὀνόματος καὶ δόξης ἀξιωθέντων. Addo Cic. de Fin. IV, 4, 7, ubi de Cleanthe et Chrysippo: *Pungunt enim quasi aculeis interrogatiunculis angustis, quibus etiam qui adsentiuntur nihil commutantur animo et iidem abeunt qui venerant; res enim fortasse verae, certe graves, non ita tractantur ut debent, sed aliquanto minutius.* Omnino qui istis aetatibus floruerunt philosophi hoc secuti esse videntur, quod pronuntiat Seneca Ep. 100, 3. *Oratio sollicita philosophum non decet.* Chrysippus dicitur etiam Atticam dialectum temere immutasse, cf. Galen. de Differ. Puls. II, p. 579. 631 Kuehn.; Casaub. ad Athen. p. 9, et nimius fuisse in novis vocabulis philosophiae adspergendis; v. Plut. de Virt. Mor. 2; Cic. de Fin. III, 2; IV, 3; Tusc. V, 12; cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 350. Quum priorum Stoicorum oratio adstrictior et contractior fuisse referatur, Cic. Brut. c. 31, Chrysippus abunde loquax erat; cf. ll. cc., cum quibus tamen pugnat Seneca de Benef. I, 3, suis patrocinans: *Chrysippus, — qui rei agendae causa loquitur et verbis non ultra quam ad veritatem satis est utitur.* Denique nimium sibi concessisse fertur in exemplis ex historia atque poetis promendis, unde Apollod. ap. Diog. L. VII, 181. *εἰ γάρ τις ἀφέλοι τῶν Χρυσίππου βιβλίων ὅσ' ἀλλότρια παρατέθειται, κενὸς αὐτῷ ὁ χάρτης καταλελείψεται:* de qua re multus est Galenus in libris de Hippocratis et Platonis decretis. — Scriptorum index est ap. Diog. L. VII, 189 sqq., e systematis Stoici divisionibus compositus, sed valde confusus et a fine mutilus; cf. Chr. Petersen, Philos. Chrys. Fundam. p. 321 sqq. Praeter hunc indicem quae laudantur enumerantur ap. Baguet l. l. p. 115 sqq.

b. De philosophia in genere eiusque partibus.

Plut. de Plac. Ph. I. prooem. *Οἱ — Στωϊκοὶ ἔφασαν* 395
τὴν μὲν σοφίαν εἶναι θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμην, τὴν δὲ φιλοσοφίαν ἄσκησιν τέχνης ἐπιτηδείου. ἐπιτήδειον δ' εἶναι μίαν καὶ ἀνωτάτω τὴν ἀρετήν· ἀρετὰς δὲ τὰς γενικωτάτας τρεῖς, φυσικήν, ἠθικήν, λογικήν. δι' ἣν αἰτίαν καὶ τριμερής ἐστιν ἡ φιλοσοφία· ἧς τὸ μὲν φυσικόν, τὸ δὲ ἠθικόν, τὸ δὲ λογικόν.

Τέχνην finiebant esse *σύστημα ἐκ καταλήψεων ἐμπειρίᾳ συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ,* Schol. Dion. Thr. ap. Bekk. Anecd. p. 649, 31. Ipsam philosophiam stu-

dium summae virtutis, summam virtutem sapientiam, sapientiam rerum divinarum humanarumque scientiam esse dicebant, cf. Senec. Ep. 89: sapientiam quam maxime ad agendum pertinere: quapropter omnem virtutem, ut quae tota posita esset in sapientia, eadem qua philosophiam ratione partiebantur, cf. Cic. de Fin. III, 21, 72 sq. Consequens erat ut Theophrasti doctrina, qui contemplativae vitae plurimum tribueret, acriter a Chrysippo impugnaretur, ap. Plut. de Stoic. Rep. 2. *Ὅσοι δὲ ὑπολαμβάνουσι φιλοσόφοις ἐπιβάλλειν μάλιστα τὸν σχολαστικὸν βίον ἀπ' ἀρχῆς, οὗτοί μοι δοκοῦσι διαμαρτάνειν ὑπονοοῦντες διαγωγῆς τινὸς ἕνεκεν δεῖν τοῦτο ποιεῖν ἢ ἄλλου τινὸς τούτῳ παραπλησίου καὶ τὸν ὅλον βίον οὕτω πως διελκύσαι· τοῦτο δ' ἐστιν, ἂν σαφῶς θεωρηθῇ, ἡδέως· οὐ γὰρ δεῖ λανθάνειν τὴν ὑπόνοιαν αὐτῶν, πολλῶν μὲν σαφῶς τοῦτο λεγόντων, οὐκ ὀλίγων δ' ἀδηλότερον.*

396 **Diog. L. VII, 40.** *Εἰκάζουσι δὲ ζῴῳ τὴν φιλοσοφίαν, ὀστοῖς μὲν καὶ νεύροις τὸ λογικὸν προσομοιοῦντες, τοῖς δὲ σαρκωδεστέροις τὸ ἠθικόν, τῇ δὲ ψυχῇ τὸ φυσικόν. ἢ πάλιν ᾠῷ· τὰ μὲν γὰρ ἐκτὸς εἶναι τὸ λογικόν, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα τὸ ἠθικόν, τὰ δ' ἐσωτάτω τὸ φυσικόν. ἢ ἀγρῷ παμφόρῳ· τὸν μὲν περιβεβλημένον φραγμὸν τὸ λογικόν, τὸν δὲ καρπὸν τὸ ἠθικόν, τὴν δὲ γῆν ἢ τὰ δένδρα τὸ φυσικόν. ἢ πόλει καλῶς τετειχισμένῃ καὶ κατὰ λόγον διοικουμένῃ. καὶ οὐθὲν μέρος τοῦ ἑτέρου προκεκρίσθαι* *), *καθά τινες αὐτῶν φασίν, ἀλλὰ μεμῖχθαι αὐτά· καὶ τὴν παράδοσιν μικτὴν ἐποίουν.*

Cf. Sext. Emp. adv. Math. VII, 17 sqq. *τὰ μέρη τῆς φιλοσοφίας ἀχώριστά ἐστιν ἀλλήλων*, quod etiam similitudinibus illis ex parte indicatur. Quod dicit *οὐθὲν μέρος τοῦ ἑτέρου προκεκρίσθαι* etc., hoc est nulli trium illarum philosophiae partium principatum tribuendum, neque eundem semper in tradenda philosophia partium tenorem observandum censebant, cf. Diog. L. VII, 41. Quo facit quod in similitudinibus illis ab animali et ovo ductis multum differt Sext. Emp. l. l., eum locum ethicae dans, quem Diogenes physicae, et vice versa: quae contradictio ita solvenda videtur, ut utrumque recte tradere quae acceperant credideris, sed loqui de di-

---

*) Cobet. edidit *ἀποκεκρίσθαι*, quod commendat Ritterus *Gesch. d. Philos.* III, p. 528. Tu cf. R. Schmidt Stoicor. gramm. p. 9.

versis temporibus et philosophis. Itaque quos Diogenes sequitur, ii physicam ethicae praetulisse videntur, quos Sextus Empiricus, ethicam physicae. Hoc positum est ex recentiorum iudicio, et provocat Sextus ad Posidonium: illud ex veterum Stoicorum praeceptis, quibus physica de divinis potissimum rebus esse videbatur, Sext. Emp. adv. Math. VII, 23. Ita cum primis Chrysippus ap. Plut. de Stoic. Rep. 9. *Πρῶτον μὲν οὖν δοκεῖ μοι κατὰ τὰ ὀρθῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων εἰρημένα τρία γένη τῶν τοῦ φιλοσόφου θεωρημάτων εἶναι, τὰ μὲν λογικά, τὰ δὲ ἠθικά, τὰ δὲ φυσικά· εἶτα τούτων δεῖν τάττεσθαι πρῶτα μὲν τὰ λογικά, δεύτερα δὲ τὰ ἠθικά, τρίτα δὲ τὰ φυσικά· τῶν δὲ φυσικῶν ἔσχατος εἶναι ὁ περὶ τῶν θεῶν λόγος*: quibus addit Plutarchus: *διὸ καὶ τελετὰς ἠγόρευσαν τὰς τούτων παραδόσεις*. Quamquam in docendo etiam a Chrysippo physicam ante ethicam explicatam esse constat, v. Diog. L. VII, 40. *Ἄλλοι δὲ πρῶτον μὲν τὸ λογικὸν τάττουσι, δεύτερον δὲ τὸ φυσικόν, καὶ τρίτον τὸ ἠθικόν· ὧν ἐστι Ζήνων ἐν τῷ περὶ λόγου καὶ Χρύσιππος*. Neque aliter Plutarchus l. c., nisi quod falso Chrysippum sibi pugnare dicit: *Ἀλλὰ τοῦτόν γε τὸν λόγον, ὃν ἔσχατόν φησι δεῖν τάττεσθαι, περὶ θεῶν, ἔθει προτάττει καὶ προεκτίθησι παντὸς ἠθικοῦ ζητήματος· οὔτε γὰρ περὶ τελῶν, οὔτε περὶ δικαιοσύνης, οὔτε περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, οὔτε περὶ γάμου καὶ παιδοτροφίας, οὔτε περὶ νόμου καὶ πολιτείας φαίνεται τὸ παράπαν φθεγγόμενος, εἰ μή, καθάπερ οἱ τὰ ψηφίσματα ταῖς πόλεσιν εἰσφέροντες προγράφουσιν Ἀγαθὴν Τύχην, οὕτω καὶ αὐτὸς προγράψειε τὸν Δία, τὴν Εἱμαρμένην, τὴν Πρόνοιαν, τὸ συνέχεσθαι μιᾷ δυνάμει τὸν κόσμον ἕνα ὄντα καὶ πεπερασμένον· ὧν οὐθέν ἐστι πεισθῆναι μὴ διὰ βάθους ἐγκραθέντα τοῖς φυσικοῖς λόγοις*. Cf. quae in eandem rem ibidem apponuntur Chrysippi fragmenta: *Οὐ γάρ ἐστιν εὑρεῖν τῆς δικαιοσύνης ἄλλην ἀρχὴν οὐδ' ἄλλην γένεσιν ἢ τὴν ἐκ τοῦ Διὸς καὶ τὴν ἐκ τῆς κοινῆς φύσεως. — — Οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλως οὐδ' οἰκειότερον ἐπελθεῖν ἐπὶ τὸν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν λόγον, οὐδ' ἐπὶ τὰς ἀρετὰς οὐδ' ἐπὶ εὐδαιμονίαν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς κοινῆς φύσεως καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου διοικήσεως, — — οὐδ' ἄλλου τινὸς ἕνεκεν τῆς φυσικῆς θεωρίας παραληπτῆς οὔσης ἢ πρὸς τὴν περὶ ἀγαθῶν ἢ κακῶν διάστασιν*, et hoc ap. Diog. L. VII, 87. *Ἴσον ἐστὶ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν τῷ κατ' ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων ζῆν, ὥς φησι Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τελῶν· μέρη γάρ εἰσιν αἱ ἡμέτεραι φύσεις τῆς τοῦ ὅλου*. Cf. Cic. de Fin. III, 9. Idem indicat illa philosophiae cum agro frugifero comparatio, de qua ferme conspirant Sextus et Diogenes, hic consentiens cum Philone de Agricult. 3, p. 302 Mang. Etenim si ethice fructus esse dicitur, physice humus vel arbores, in illa scilicet consummari philosophiam significatur. Accedit quod naturales quaestiones neque tali qua a Peri-

pateticis diligentia tractabantur, v. Plut. de Stoic. Rep. 29, et mythologia pro eo ac divinationis capita et quae sunt similia physicae adspergebantur. Denique logicam a Stoicis non tanquam propriam artem atque disciplinam cultam esse, sed quae reliquis philosophiae partibus inserviret, ostendunt omnes illae similitudines, cf. Sext. Emp. adv. Math. VII, 23, Philo l. c., Cic. de Legg. I, 24 initio. Neque solum dialecticae illae de notionibus, enuntiatis, collectionibus quaestiones in ea tractabantur, sed etiam rhetorica et grammatica quam vocabant, v. seqq. De divisione physicae v. Diog. L. VII, 132, Seneca Ep. 89, de ethicae ib. 84, cf. Madvig ad Cic. de Fin. Exc. V, Zeller *Philos. d. Griechen* III, p. 123.

c. Logica.

397 **Diog. L. VII, 41.** *Τὸ δὲ λογικὸν μέρος φασὶν ἔνιοι εἰς δύο διαιρεῖσθαι ἐπιστήμας, εἰς ῥητορικὴν καὶ διαλεκτικήν, τινὲς δὲ καὶ εἰς τὸ ὁρικὸν εἶδος, τὸ περὶ κανόνων καὶ κριτηρίων· ἔνιοι δὲ τὸ ὁρικὸν περιαιροῦσι.* **42.** *τήν τε ῥητορικὴν ἐπιστήμην οὖσαν τοῦ εὖ λέγειν περὶ τῶν ἐν διεξόδῳ λόγων καὶ τὴν διαλεκτικὴν τοῦ ὀρθῶς διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει λόγων* [a]. **43.** *τὴν διαλεκτικὴν διαιρεῖσθαι εἴς τε τὸν περὶ τῶν σημαινομένων καὶ τῆς φωνῆς τόπον* [b]*· καὶ τὸν μὲν τῶν σημαινομένων εἴς τε τὸν περὶ τῶν φαντασιῶν τόπον καὶ τῶν ἐκ τούτων ὑφισταμένων λεκτῶν* [c]. **44.** *εἶναι δὲ τῆς διαλεκτικῆς ἴδιον τόπον καὶ τὸν προειρημένον περὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς, ἐν ᾧ δείκνυται ἡ ἐγγράμματος φωνὴ καὶ τίνα τὰ τοῦ λόγου μέρη, καὶ περὶ σολοικισμοῦ καὶ βαρβαρισμοῦ καὶ ποιημάτων καὶ ἀμφιβολιῶν καὶ περὶ ἐμμελοῦς φωνῆς καὶ περὶ μουσικῆς, καὶ περὶ ὅρων κατά τινας καὶ διαιρέσεων καὶ λέξεων* [d].

a) Cic. de Fin. II, 6, 17. *Zenonis est, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, ut iam ante Aristoteles, in duas tributam esse partes. Rhetoricam palmae, dialecticam pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius.* Cf. Orat. 23, 113; Quintil. Inst. II, 20, 7; Seneca Ep. 89, 16. *Omnis oratio aut continua est aut inter respondentem et interrogantem divisa. Hanc διαλεκτικήν, illam ῥητορικὴν placuit vocari. Haec verba curat et sensus et ordinem.* Qui tertiam logicae partem esse

statuebant, h. e. *τὸ ὁρικὸν εἶδος*, quod de criteriis deque phantasiarum differentiis agere volebant (Diog. L. VII, 42), ii has quaestiones a dialectica separandas eique praemittendas esse censebant, cf. Diocl. Magn. ap. Diog. L. VII, 49. *ἀρέσκει τοῖς Στωϊκοῖς τὸν περὶ φαντασίας καὶ αἰσθήσεως προτάττειν λόγον, καθότι τὸ κριτήριον, ᾧ ἡ ἀλήθεια τῶν πραγμάτων γιγνώσκεται, κατὰ γένος φαντασία ἐστὶ καὶ καθότι ὁ περὶ συγκαταθέσεως καὶ ὁ περὶ καταλήψεως καὶ νοήσεως λόγος προάγων τῶν ἄλλων οὐκ ἄνευ φαντασίας συνίσταται· προηγεῖται γὰρ ἡ φαντασία, εἶθ' ἡ διάνοια ἐκλαλητικὴ ὑπάρχουσα ὃ πάσχει ὑπὸ τῆς φαντασίας, τοῦτο ἐκφέρει λόγῳ.* Sed apparet ex ipso Diogene L. §. 43 illas quaestiones plerumque in eo dialecticae loco tractatas fuisse, qui erat *περὶ τῶν σημαινομένων*. — b) Chrysippus dialecticam dividebat in *τὴν περὶ σημαίνοντα* et *τὴν περὶ σημαινόμενα*, Diog. L. VII, 62, cf. Seneca Ep. l. c. *διαλεκτικὴ in duas partes dividitur, in verba et significationes i. e. in res quae dicuntur et vocabula quibus dicuntur. Ingens deinde sequitur utriusque divisio.* Quarum divisionum et subdivisionum, si tanti est, exempla exstant ap. Diog. L. VII, 43 sqq. 63 sqq. — c) Cf. Diog. L. VII, 57. *προφέρονται μὲν γὰρ αἱ φωναί, λέγεται δὲ τὰ πράγματα, ἃ δὴ καὶ λεκτὰ τυγχάνει.* 63. *φασὶ δὲ τὸ λεκτὸν εἶναι τὸ κατὰ φαντασίαν λογικὴν ὑφιστάμενον. τῶν δὲ λεκτῶν τὰ μὲν λέγουσιν εἶναι αὐτοτελῆ οἱ Στωϊκοί, τὰ δ' ἐλλιπῆ. ἐλλιπῆ μὲν οὖν ἐστὶ τὰ ἀναπάρτιστον ἔχοντα τὴν ἐκφοράν, οἷον γράφει· ἐπιζητοῦμεν γὰρ τίς; αὐτοτελῆ δ' ἐστὶ τὰ ἀπηρτισμένην ἔχοντα τὴν ἐκφοράν, οἷον γράφει Σωκράτης. ἐν μὲν οὖν τοῖς ἐλλιπέσι λεκτοῖς τέτακται τὰ κατηγορήματα, ἐν δὲ τοῖς αὐτοτελέσι τὰ ἀξιώματα καὶ οἱ συλλογισμοὶ καὶ τὰ ἐρωτήματα καὶ τὰ πύσματα.* Ea igitur omnia in hac dialecticae parte tractabantur, adiectis etiam quae ad falsas et sophisticas conclusiones solvendas attinebant, v. Diog. L. VII, 43 sq. Quae artificia postquam a Chrysippo potissimum exculta erant, tantum iis operae posteriores Stoici navabant, ut ab inferioribus (velut a Sexto Empirico) soleant appellari *οἱ Διαλεκτικοί*, velut a superioribus Megarici (n. 229). In causa erat quod haec studia ad dogmata videlicet scholae contra adversarios defendenda maxime commendabantur, v. Diog. L. VII, 45. *εὐχρηστοτάτην δέ φασιν εἶναι τὴν περὶ τῶν συλλογισμῶν θεωρίαν· τὸ γὰρ ἀποδεικτικὸν ἐμφαίνειν, ὅπερ συμβάλλεσθαι πολὺ πρὸς διόρθωσιν τῶν δογμάτων.* Cf. Prantl *Gesch. d. Logik* I, p. 404 sqq. — d) Cf. Diog. L. VII, 55—62, R. Schmidt Stoicorum Grammatica, Hal. Sax. 1839.

Vides logicam Stoicorum longe ampliorem et laxiorem esse illa, quam Aristoteles fundaverat et schola eius perfecit. Ad philosophiam nonnisi ea faciunt quae de criteriis atque generibus co-

gnitionis deque notionibus simplicissimis h. e. de categoriis disputabantur.

398 **Cic. Acad. post. I, 11.** Plurima autem in illa tertia philosophiae parte (sc. rationali) mutavit (sc. Zeno); in qua primum de sensibus ipsis quaedam dixit nova, quos iunctos esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille *φαντασίαν*, nos visum appellemus licet [a]. — — Sed ad haec quae visa sunt et quasi accepta sensibus assensionem adiungit animorum, quam esse vult in nobis positam et voluntariam [b]. Visis non omnibus adiungebat fidem, sed iis solum, quae propriam quandam haberent declarationem [c] earum rerum, quae viderentur: id autem visum, quum ipsum per se cerneretur, comprehensibile (feretis haec? Nos vero, inquit. Quonam enim modo *κατάληπτον* *) diceres?): sed quum acceptum iam et approbatum esset comprehensionem appellabat, similem iis rebus, quae manu prenderentur; ex quo etiam nomen hoc duxerat, quum eo verbo antea nemo tali in re usus esset [d]. — — E quo sensibus etiam fidem tribuebat, quod, ut supra dixi, comprehensio facta sensibus et vera esse illi et fidelis videbatur, non quod omnia quae essent in re comprehenderet, sed quia nihil quod cadere in eam posset relinqueret quodque natura quasi normam scientiae et principium sui dedisset unde postea notiones rerum in animis imprimerentur, e quibus non principia solum sed latiores quaedam ad rationem inveniendam viae reperiuntur [e]. Errorem autem et temeritatem et ignorantiam et opinationem et suspicionem et uno nomine omnia quae essent aliena firmae et constantis assensionis a virtute sapientiaque removebat [f].

a) Quid sit *φαντασία* ex Chrysippo explicatur ap. Plutarch. de Pl. Ph. IV, 12. *φαντασία μὲν οὖν ἐστὶ πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γιγνό-*

---

*) Scribendum videtur *καταληπτικόν*.

μενον, ἐνδεικνύμενον ἑαυτό τε καὶ τὸ πεποιηκός. οἷον ἐπειδὰν δι' ὄψεως θεωρῶμεν τὸ λευκόν, ἐστὶ πάθος τὸ ἐγγεγενημένον διὰ τῆς ὁράσεως ἐν τῇ ψυχῇ. καὶ κατὰ*) τοῦτο τὸ πάθος εἰπεῖν ἔχομεν ὅτι ὑπόκειται λευκόν, κινοῦν ἡμᾶς· ὁμοίως καὶ διὰ τῆς ἀφῆς καὶ τῆς ὀσφρήσεως. εἴρηται δὲ φαντασία ἀπὸ τοῦ φωτός· καθάπερ γὰρ τὸ φῶς αὐτὸ δείκνυσι καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐν αὐτῷ περιεχόμενα, καὶ ἡ φαντασία δείκνυσιν ἑαυτὴν καὶ τὸ πεποιηκὸς αὐτήν. Adde Diog. L. VII, 50. φαντασία δέ ἐστι τύπωσις ἐν ψυχῇ, τουτέστιν ἀλλοίωσις, ὡς ὁ Χρύσιππος ἐν δυωδεκάτῃ περὶ ψυχῆς ὑφίσταται· οὐδὲ γὰρ δεκτέον τὴν τύπωσιν οἱονεὶ τύπον σφραγιστῆρος, ἐπεὶ ἀνένδεκτόν ἐστι πολλοὺς τύπους κατὰ τὸ αὐτὸ περὶ τὸ αὐτὸ γενέσθαι. 51. τῶν δὲ φαντασιῶν κατ' αὐτοὺς αἱ μέν εἰσιν αἰσθητικαί, αἱ δ' οὔ· αἰσθητικαὶ μὲν αἱ δι' αἰσθητηρίου ἢ αἰσθητηρίων λαμβανόμεναι, οὐκ αἰσθητικαὶ δὲ αἱ διὰ τῆς διανοίας καθάπερ τῶν ἀσωμάτων καὶ τῶν ἄλλων τῶν λόγῳ λαμβανομένων. Cf. Sext. Emp. adv. Math. VII, 228 sqq., unde intelligitur illam φαντασίας definitionem (φ. ἐστὶ τύπωσις ἐν ψυχῇ) esse Zenonis, Chrysippum autem l. c. disputare contra Cleanthem, qui formationem (τύπωσιν) acceperat tanquam sigilli formam. *Sensus iunctos e quadam impulsione oblata extrinsecus*, nisi locus corruptus est, Cicero eodem significatu dixisse videtur quo *suspensos, aptos*. Certe id maxime agebant Stoici, ut necessariam inter sensus et res naturales copulam existere evincerent indeque omnem cognitionis causam atque processum repeterent, cf. Cic. Acad. pr. II, 10 et n. 399. — b) Cic. l. c. 12. *Nunc de assensione atque approbatione, quam Graeci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus. — Nam quum vim quae esset in sensibus explicabamus, simul illud aperiebatur, comprehendi multa et percipi sensibus; quod fieri sine assensione non potest. Deinde quum inter inanimum et animal hoc maxime intersit, quod animal agit aliquid (nihil enim agens ne cogitari quidem potest quale sit), aut ei sensus adimendus est, aut ea quae est in nostra potestate sita reddenda assensio. At vero animus quodam modo eripitur his quos neque sentire neque assentiri volunt. Ut enim necesse est lancem in libra ponderibus impositis deprimi, sic animum perspicuis cedere. Nam quomodo non potest animal ullum non appetere id quod accommodatum ad naturam appareat (Graeci id οἰκεῖον appellant), sic non potest obiectam rem perspicuam non approbare.* Cf. Sext. Emp. adv. Math. VIII, 397, ubi assensio illa et voluntaria et non voluntaria esse dicitur, τὸ μὲν γὰρ φαντασιωθῆναι ἀβούλητον ἦν καὶ οὐκ ἐπὶ τῷ πάσχοντι ἔκειτο, ἀλλ' ἐπὶ τῷ φαντασιοῦντι τὸ οὑτωσὶ διατεθῆναι, — τὸ δὲ συγκαταθέσθαι τούτῳ τῷ κινήματι ἔκειτο ἐπὶ

---

*) κατὰ ins. ex coni. Wyttenbach.

τῷ παραδεχομένῳ την φαντασίαν. V. infra n. 417. — c) Graece dicebant ἐνάργειαν, cf. Cic. Acad. pr. II, 6, 17. — d) Comprehensio est κατάληψις. Cf. Cic. ib. 47, qui locus laudatur n. 400. — e) Cf. n. 399, not. c. — f) Dialectica enim exercitatione eam menti virtutem conciliari statuebant, ut nonnisi καταληπτικὴ φαντασία ei probaretur, h. e. talis quae a re vere existente proficisceretur, v. Diog. L. VII, 46 sq. Sapientis esse nunquam opinari, v. Cic. Ac. pr. II, 24.

Viso comprehensibili h. e. τῇ καταληπτικῇ φαντασίᾳ tantum tribuebant Stoici, ut omnem illa veritatem aestimari censerent, v. Sext. Emp. VII, 227 sqq., Diog. L. VII, 54. κριτήριον δὲ τῆς ἀληθείας φασὶ τυγχάνειν τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, τουτέστι τὴν ἀπὸ ὑπάρχοντος (h. e. a re vere existente i. e. naturali et corporea, quae sensus impellat extrinsecus), καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῇ δυωδεκάτῃ τῶν φυσικῶν καὶ Ἀντίπατρος καὶ Ἀπολλόδωρος. ὁ μὲν γὰρ Βόηθος κριτήρια πλείονα ἀπολείπει, νοῦν καὶ αἴσθησιν καὶ ὄρεξιν καὶ ἐπιστήμην· ὁ δὲ Χρύσιππος διαφερόμενος πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ λόγου κριτήριά φησιν εἶναι αἴσθησιν καὶ πρόληψιν· ἔστι δ' ἡ πρόληψις ἔννοια φυσικὴ τῶν καθόλου (cf. n. 399, not. c). ἄλλοι δέ τινες τῶν ἀρχαιοτέρων Στωϊκῶν τὸν ὀρθὸν λόγον κριτήριον ἀπολείπουσιν, ὡς ὁ Ποσειδώνιος ἐν τῷ περὶ κριτηρίου φησί: unde colligitur Chrysippum sicut in ceteris, ita etiam in hoc loco eam quae in schola tradebatur doctrinam fundasse. Opponebatur ἡ καταληπτικὴ φαντασία ei quam dicebant ἀκατάληπτον, v. Diog. L. VII, 46. τῆς δὲ φαντασίας τὴν μὲν καταληπτικήν, τὴν δὲ ἀκατάληπτον· καταληπτικὴν μέν, ἣν κριτήριον εἶναι τῶν πραγμάτων φασί, τὴν γιγνομένην ἀπὸ ὑπάρχοντος κατ' αὐτὸ τὸ ὑπάρχον ἐναπεσφραγισμένην καὶ ἐναπομεμαγμένην, ἀκατάληπτον δὲ τὴν μὴ ἀπὸ ὑπάρχοντος, ἢ ἀπὸ ὑπάρχοντος μὲν μὴ κατ' αὐτὸ δὲ τὸ ὑπάρχον, τὴν μὴ τρανῆ μηδὲ ἔκτυπον. Quapropter Chrysippus distinguendum putabat inter φανταστὸν et φανταστικόν, ap. Plut. Pl. Ph. IV, 12. φανταστὸν δὲ τὸ ποιοῦν τὴν φαντασίαν, οἷον τὸ λευκὸν καὶ τὸ ψυχρόν, καὶ πᾶν ὅ τι ἂν δύνηται κινεῖν τὴν ψυχήν, τοῦτ' ἔστι φανταστόν. φανταστικὸν δέ ἐστι διάκενος ἑλκυσμός, πάθος ἐν τῇ ψυχῇ ἀπ' οὐδενὸς φανταστοῦ γιγνόμενον, καθάπερ ἐπὶ τοῦ σκιαμαχοῦντος καὶ κενοῖς ἐπιφέροντος τὰς χεῖρας· τῇ γὰρ φαντασίᾳ ὑπόκειταί τι φανταστόν, τῷ δὲ φανταστικῷ οὐδέν, cf. Sext. Emp. VII, 241. Recentiores autem Stoici, accuratius definiendum esse rati, statuebant criterium veritatis esse τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν μηδὲν ἔχουσαν ἔνστημα, quia essent quaedam visa comprehensibilia quidem, ἄπιστα δὲ διὰ τὴν ἔξωθεν περίστασιν, v. Sext. Emp. VII, 253 sqq., ubi inter alia: ἐνθένδε οὐχ ἁπλῶς κριτήριον γίγνεται τῆς ἀληθείας ἡ καταληπτικὴ φαντασία, ἀλλ' ὅταν μηδὲν ἔνστημα ἔχῃ. αὕτη γὰρ ἐναργὴς οὖσα

καὶ πληκτικὴ μόνον οὐχὶ τῶν τριχῶν, φασί, λαμβάνεται, κατασπῶσα ἡμᾶς εἰς συγκατάθεσιν, καὶ ἄλλου μηδενὸς δεομένη εἰς τὸ τοιαύτη προσπίπτειν ἢ εἰς τὸ τὴν πρὸς τὰς ἄλλας διαφορὰν ὑποβάλλειν.

Plut. de Plac. Ph. IV, 11. *Οἱ Στωϊκοί φασιν· Ὅταν* 399
γεννηθῇ ὁ ἄνθρωπος, ἔχει τὸ ἡγεμονικὸν μέρος τῆς ψυχῆς[a] *ὥσπερ χαρτίον ἐνεργὸν*) εἰς ἀπογραφήν· εἰς τοῦτο μίαν ἑκάστην τῶν ἐννοιῶν ἐναπογράφεται. πρῶτος δὲ ὁ τῆς ἀναγραφῆς τρόπος ὁ διὰ τῶν αἰσθήσεων*[b]*· αἰσθανόμενοι γάρ τινος**) οἷον λευκοῦ, ἀπελθόντος αὐτοῦ μνήμην ἔχουσιν. ὅταν δὲ ὁμοειδεῖς πολλαὶ μνῆμαι γένωνται, τότε φασὶν ἔχειν ἐμπειρίαν· ἐμπειρία γάρ ἐστι τὸ τῶν ὁμοειδῶν φαντασιῶν***) πλῆθος. τῶν δ' ἐννοιῶν αἵ μὲν φυσικῶς†) γίγνονται κατὰ τοὺς εἰρημένους τρόπους καὶ ἀνεπιτεχνήτως, αἵ δ' ἤδη δι' ἡμετέρας διδασκαλίας καὶ ἐπιμελείας. αὗται μὲν οὖν ἔννοιαι καλοῦνται μόναι, ἐκεῖναι δὲ καὶ προλήψεις*[c]*. ὁ δὲ λόγος, καθ' ὃν προσαγορευόμεθα λογικοί, ἐκ τῶν προλήψεων συμπληροῦσθαι λέγεται, κατὰ τὴν δευτέραν††) ἑβδομάδα*[d]*. ἔστι δὲ νόημα φάντασμα διανοίας λογικοῦ ζῴου· τὸ γὰρ φάντασμα, ἐπειδὰν λογικῇ προσπίπτῃ ψυχῇ, τότε ἐννόημα καλεῖται, εἰληφὸς τοὔνομα παρὰ τὸν νοῦν, διόπερ ὅσα τοῖς ἄλλοις ζῴοις προσπίπτει, ταῦτα φαντάσματα μόνον ἐστίν, ὅσα δὲ καὶ τοῖς θεοῖς καὶ τοῖς ἡμῖν γε, ταῦτα καὶ φαντάσματα κατὰ γένος καὶ ἐννοήματα κατ' εἶδος†††).*

a) *Τὸ ἡγεμονικὸν μέρος* idem est quod prioribus dicebatur *νοῦς*, cf. Cic. N. D. II, 11. — b) Inde efficiuntur visa s. *φαντασίαι*, cf. n. 398, not. a. — c) His explicatur quo modo notiones generales in animo existant, v. Diog. L. VII, 54. *ἔστι δ' ἡ πρόλη-*

---

*) Olim *χάρτης ἐνεργῶν*. Corr. Beck. ex cod. Mosq. — **) Olim *τινές*. Corr. Beck. ex Galeno. — ***) *φαντασιῶν* add. Galen. — †) Olim *φυσικαί*. Corr. Beck. ex Galeno. — ††) Vulgo *πρώτην*. V. not. d. — †††) Vulgo *διόπερ τοῖς ἄλλοις ζῴοις οὐ προσπίπτει φαντάσματα. ὅσα δὲ καὶ τοῖς θεοῖς καὶ ἡμῖν γε, ταῦτα φαντάσματα μόνον ἐστίν· ὅσα δὲ ἡμῖν, ταῦτα καὶ φαντάσματα κτλ.* In cod. Mosq. desunt *φαντάσματα μόνον ἐστίν· ὅσα δὲ ἡμῖν.*

ψις ἔννοια φυσικὴ τῶν καθόλου. Ib. 52. *ἡ δὲ κατάληψις* (v. n. 398) *γίγνεται κατ' αὐτοὺς αἰσθήσει μὲν λευκῶν καὶ μελάνων καὶ τραχέων καὶ λείων, λόγῳ δὲ τῶν δι' ἀποδείξεως συναγομένων, ὥσπερ τὸ θεοὺς εἶναι καὶ προνοεῖν τούτους. τῶν γὰρ νοουμένων τὰ μὲν κατὰ περίπτωσιν ἐνοήθη, τὰ δὲ καθ' ὁμοιότητα, τὰ δὲ κατ' ἀναλογίαν, τὰ δὲ κατὰ μετάθεσιν, τὰ δὲ κατὰ σύνθεσιν, τα δὲ κατ' ἐναντίωσιν.* Cic. de Fin. III, 10, 33. *Quumque rerum notiones in animi fiant, si aut usu aliquid cognitum sit aut coniunctione aut similitudine aut collatione rationis, hoc quarto, quod extremum posui, boni notitia facta est. Quum enim ab iis rebus, quae sunt secundum naturam, ascendit animus collatione rationis, tum ad notionem boni pervenit.* Nam etiam summae notiones, quales sunt boni et dei, eadem qua ceterae via efficiuntur: quo pertinet quod etiam bonum et omnes substantias (*ὄντα*) corpora et sensibilia esse statuebant, cf. n. 402. Ita omnes notiones effectus sensuum esse rati plurimum tribuebant *τῇ συνηθείᾳ* h. e. vulgari consuetudini cogitandi et res denominandi, de qua scripserat Chrysippus, quamquam longe melius adversus illam consuetudinem quam pro ea disputasse perhibetur, v. Cic. Acad. pr. II, 27, Plutarch. de Stoic. Rep. 10. De discrimine inter visa naturalia et artificialia v. Diog. L. VII, 51. *καὶ αἱ μὲν* (sc. *τῶν φαντασιῶν*) *εἰσι τεχνικαί, αἱ δὲ ἄτεχνοι· ἄλλως γοῦν θεωρεῖται ὑπὸ τεχνίτου εἰκὼν καὶ ἄλλως ὑπὸ ἀτέχνου.* — d) *Ἑβδομὰς* est spatium septem annorum. Edebatur *κατὰ τὴν πρώτην ἑβδομάδα*, sed legendum esse *δευτέραν* cernitur ex Diog. L. VII, 55. *Ζῴου μέν ἐστι φωνὴ ἀὴρ ὑπὸ ὁρμῆς πεπληγμένος, ἀνθρώπου δέ ἐστιν ἔναρθρος καὶ ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη, ὡς ὁ Διογένης φησίν, ἥτις ἀπὸ δεκατεσσάρων ἐτῶν τελειοῦται.* Plutarch. de Pl. Ph. V, 23. *ἄρχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους τελειότητος περὶ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα· — — περὶ δὲ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα ἔννοια γίγνεται καλοῦ τε καὶ κακοῦ.* Stob. Ecl. I, p. 792. — *Λόγον* intelligo syllogismum, Diog. L. VII, 76; sed comprehendit ille et boni perspicientiam, Diog. L. VII, 86; Cic. de Fin. III, 6.

400 **Cic. Acad. pr. II, 47. At scire negatis quemquam rem ullam nisi sapientem. Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat. Nam quum extensis digitis adversam manum ostenderat, visum, inquiebat, huiusmodi est. Deinde quum paullum digitos constrixerat, assensus huiusmodi. Tum quum plane compresserat pugnumque fecerat, comprehensionem illam esse dicebat; qua ex similitudine etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, *κατάληψιν*,**

imposuit. Quum autem laevam manum adverterat et illum pugnum arcte vehementerque compresserat, scientiam talem esse dicebat: cuius compotem nisi sapientem esse neminem.

Firmitas scientiae consetur eo quod sapiens exercitatissimus est in veris et falsis dignoscendis pluribusque visis artificialibus in unum coniungendis. Stob. Ecl. Eth. II, p. 128. *Εἶναι δὲ τὴν ἐπιστήμην κατάληψιν ἀσφαλῆ καὶ ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου· ἑτέραν δὲ ἐπιστήμην σύστημα ἐξ ἐπιστημῶν τοιούτων, οἷον ἡ τῶν κατὰ μέρος λογικὴ ἐν τῷ σπουδαίῳ ὑπάρχουσα· ἄλλην δὲ σύστημα ἐξ ἐπιστημῶν τεχνικῶν ἐξ αὑτοῦ ἔχον τὸ βέβαιον, ὡς ἔχουσιν αἱ ἀρεταί· ἄλλην δὲ ἕξιν φαντασιῶν δεκτικὴν ἀμετάπτωτον ὑπὸ λόγου, ἥντινά φασιν ἐν τόνῳ καὶ δυνάμει κεῖσθαι*, cf. Diog. L. VII, 47; Cic. Ac. post. I, 11.

Sext. Emp. adv. Math. VIII, 10. *Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς* 401
*Στοᾶς λέγουσι μὲν τῶν τε αἰσθητῶν τινὰ καὶ τῶν νοητῶν ἀληθῆ, οὐκ ἐξ εὐθείας δὲ τὰ αἰσθητά, ἀλλὰ κατ' ἀναφορὰν τὴν ὡς ἐπὶ τὰ παρακείμενα τούτοις νοητά. ἀληθὲς γάρ ἐστι κατ' αὐτοὺς τὸ ὑπάρχον καὶ ἀντικείμενόν τινι, καὶ ψεῦδος τὸ μὴ ὑπάρχον καὶ**) *ἀντικείμενόν τινι· ὅπερ ἀσώματον ἀξίωμα καθεστὼς νοητὸν εἶναι.* 11. *Οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς τρία φάμενοι συζυγεῖν ἀλλήλοις, τό τε σημαινόμενον καὶ τὸ σημαῖνον καὶ τὸ τυγχάνον· ὧν σημαῖνον μὲν εἶναι τὴν φωνήν, οἷον τὴν Δίων· σημαινόμενον δὲ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὸ ὑπ' αὐτῆς δηλούμενον καὶ οὗ ἡμεῖς μὲν ἀντιλαμβανόμεθα τῇ ἡμετέρᾳ παρυφισταμένου διανοίᾳ, οἱ δὲ βάρβαροι οὐκ ἐπαΐουσι καίπερ τῆς φωνῆς ἀκούοντες· τυγχάνον δὲ τὸ ἐκτὸς ὑποκείμενον, ὥσπερ αὐτὸς ὁ Δίων. τούτων δὲ δύο μὲν εἶναι σώματα, καθάπερ τὴν φωνὴν καὶ τὸ τυγχάνον, ἓν δὲ ἀσώματον, ὥσπερ τὸ σημαινόμενον πρᾶγμα καὶ λεκτόν, ὅπερ ἀληθές τε γίγνεται ἢ ψεῦδος.*

Λεκτὰ sunt *τὰ σημαινόμενα πράγματα* h. e. nomina rerum (n. 397, not. c), non res ipsae, quae extra subsistunt (*τὸ ἐκτὸς ὑποκείμενον*), neque *τὰ νοητά,* quae sunt tanquam imagines rerum,

*) Vulgo *καὶ μή.* cf. ib. VIII, 85. 88.

a rebus ipsis in animo adumbratae, v. n. 398 et n. 403. Est igitur τὸ λεκτὸν medium inter cogitatum et rem, v. Ammon. ad Arist. de Interpr. f. 15 b. μέσον τοῦ τε νοήματος καὶ τοῦ πράγματος, ὅπερ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ὑποτιθέμενοι λεκτὸν ἠξίουν ὀνομάζειν: quapropter idem incorporeum esse dicebant, cum τὰ ὄντα h. e. quae vere existerent omnia essent corporea, v. n. 402. Eodem pertinet quod in hoc et verum et falsum inesse dicebant, indeque quae de enuntiatis ceterisque dialecticae locis praecipienda videbantur repetebant, Sext. Emp. adv. Math. VIII, 70. ἠξίουν οἱ Στωϊκοὶ κοινῶς ἐν λεκτῷ τὸ ἀληθὲς εἶναι καὶ τὸ ψεῦδος. λεκτὸν δὲ ὑπάρχειν φασὶ τὸ κατὰ λογικὴν φαντασίαν ὑφιστάμενον, λογικὴν δὲ εἶναι φαντασίαν καθ' ἣν τὸ φαντασθὲν ἔστι λόγῳ παραστῆσαι. τῶν δὲ λεκτῶν τὰ μὲν ἐλλιπῆ καλοῦσι, τὰ δὲ αὐτοτελῆ etc. (cf. supra n. 397, not. c). — προσαγορεύουσι δέ τινα τῶν αὐτοτελῶν καὶ ἀξιώματα, ἅπερ λέγοντες ἤτοι ἀληθεύομεν ἢ ψευδόμεθα. Diog. L. VII, 65. ἀξίωμα δέ ἐστιν ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος ἢ πρᾶγμα αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ὡς ὁ Χρύσιππός φησιν ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ὅροις.

402 **Cic. Acad. post. I, 11. Discrepabat etiam (Zeno) ab iisdem (sc. superioribus), quod nullo modo arbitrabatur quidquam effici posse ab ea (natura), quae expers esset corporis —, nec vero aut quod efficeret aliquid aut quod efficeretur posse esse non corpus [a]. Sext. Emp. adv. Math. VII, 38.** *Τὴν δὲ ἀλήθειαν οἴονταί τινες, καὶ μάλιστα οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, διαφέρειν τἀληθοῦς κατὰ τρεῖς τρόπους —, οὐσίᾳ μὲν παρόσον ἡ μὲν ἀλήθεια σῶμά ἐστι, τὸ δὲ ἀληθὲς ἀσώματον ὑπῆρχεν. καὶ εἰκότως, φασίν· τουτὶ μὲν γὰρ ἀξίωμά ἐστι, τὸ δὲ ἀξίωμα λεκτόν, τὸ δὲ λεκτὸν ἀσώματον. ἀνάπαλιν δὲ ἡ ἀλήθεια σῶμά ἐστι παρόσον ἐπιστήμη πάντων ἀληθῶν ἀποφαντικὴ δοκεῖ τυγχάνειν, πᾶσα δὲ ἐπιστήμη πῶς ἔχει ἐστὶν ἡγεμονικόν· — τὸ δὲ ἡγεμονικὸν σῶμα κατὰ τούτους ὑπῆρχεν* [b]. **Seneca Ep. 106. Quaeris bonum an corpus sit? Bonum prodest, facit enim; quod facit corpus est. Bonum agitat animum et quodam modo format et continet: quae ergo propria sunt corporis, ea corporis bona sunt: corpora ergo sunt et quae animi sunt, nam et hic corpus est. — Non puto te dubitaturum an affectus corpora**

sint, — tanquam ira, amor, tristitia. Si dubites, vide an vultum nobis mutent, an frontem adstringant, an faciem diffundant, an ruborem evocent, an fugent sanguinem. Quid ergo, tam manifestas corpori notas credis imprimi nisi a corpore? Si affectus corpora sunt, et morbi animorum, et avaritia, crudelitas, indurata vitia et in statum inemendabilem adducta: ergo et malitia et species eius omnes, malignitas, invidia, superbia. Ergo et bona, primum quia contraria istis sunt, deinde quia eadem tibi indicia praestabunt [c].

a) Quidquid est, id efficit et agit vel ab altero agente afficitur. Quidquid agit vel agitur corpus est. Plutarch. de Comm. Notit. 30. *ὄντα γὰρ μόνα τὰ σώματα καλοῦσιν, ἐπειδὴ ὄντος τὸ ποιεῖν τε καὶ πάσχειν.* Idem de Plac. Phil. IV, 20. *οἱ δὲ Στωϊκοὶ σῶμα τὴν φωνήν· πᾶν γὰρ τὸ δρώμενον ἢ καὶ ποιοῦν σῶμα, ἡ δὲ φωνὴ ποιεῖ καὶ δρᾷ. ἀκούομεν γὰρ αὐτῆς καὶ αἰσθανόμεθα προσπιπτούσης τῇ ἀκοῇ. — ἔτι πᾶν τὸ κινοῦν καὶ ἐνοχλοῦν σῶμά ἐστι· κινεῖ δὲ ἡμᾶς ἡ εὐμουσία, ἐνοχλεῖ δὲ ἡ ἀμουσία. ἔτι πᾶν τὸ κινούμενον σῶμά ἐστι· κινεῖται δὲ ἡ φωνὴ καὶ ἐμπίπτει εἰς τοὺς λείους τόπους καὶ ἀντανακλᾶται.* Sext. Emp. IX, 211. *Στωϊκοὶ μὲν πᾶν αἴτιον σῶμά φασι σώματι ἀσωμάτου τινὸς αἴτιον γίγνεσθαι, οἷον σῶμα μὲν τὸ σμιλίον, σώματι δὲ τῇ σαρκί, ἀσωμάτου δὲ τοῦ τέμνεσθαι κατηγορήματος.* Stob. Ecl. Phys. I, p. 336. *αἴτιον δ' ὁ Ζήνων φησὶν εἶναι δι' ὅ, οὗ δὲ αἴτιον συμβεβηκός· καὶ τὸ μὲν αἴτιον σῶμα, οὗ δὲ αἴτιον κατηγόρημα.* — b) Cf. Sext. Emp. Hyp. Pyrrh. II, 81; Seneca Ep. 117, 2. *Sapere — incorporale est et accidens alteri i. e. sapientiae.* Veritas est id quod efficit *τὸ ἀληθές*: ergo etiam scientia et intellectus (*τὸ ἡγεμονικόν*) debent esse corpora, sicut animus est corpus, v. infra n. 414. 415. Contra *λεκτὸν* est incorporale itemque inane et locus et tempus, cf. Sext. Emp. adv. Math. VIII, 11 (n. 401), X, 218 (n. 405), Diog. L. VII, 140 sq., Stob. Ecl. I, p. 392, Chrysippus ap. Plut. de Comm. Notit. 45. *Οὐχ ἡ μὲν νὺξ σῶμά ἐστιν, ἡ δ' ἑσπέρα καὶ ὁ ὄρθρος καὶ τὸ μέσον τῆς νυκτὸς σώματα οὐκ ἔστιν· οὐδὲ ἡ μὲν ἡμέρα σῶμά ἐστιν, οὐχὶ δὲ καὶ ἡ νουμηνία σῶμα καὶ ἡ δεκάτη καὶ πεντεκαιδεκάτη καὶ ἡ τριακάς· καὶ ὁ μὴν σῶμά ἐστι καὶ τὸ θέρος καὶ τὸ φθινόπωρον καὶ ὁ ἐνιαυτός.* — c) Cf. Seneca Ep. 113. 117, Plutarch. l. c. *Ἄτοπον γὰρ εὖ μάλα τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας, πρὸς δὲ ταύταις τὰς τέχνας καὶ τὰς μνήμας πάσας, ἔτι δὲ φαντασίας καὶ πάθη καὶ ὁρμὰς καὶ συγκαταθέσεις σώματα ποιουμένους ἐν μηδενὶ φάναι κεῖ-*

σθαι. — — Οἱ δ' οὐ μόνον τὰς ἀρετὰς καὶ τας κακίας ζῷα εἶναι λέγουσιν, οὐδὲ τὰ πάθη μόνον, ὀργὰς καὶ φθόνους καὶ λύπας καὶ ἐπιχαιρεκακίας, οὐδὲ καταλήψεις καὶ φαντασίας καὶ ἀγνοίας, οὐδὲ τὰς τέχνας ζῷα, τὴν σκυτοτομικήν, τὴν χαλκοτυπικήν, ἀλλὰ πρὸς τούτοις ἔτι καὶ τὰς ἐνεργείας σώματα καὶ ζῷα ποιοῦσι, τὸν περίπατον ζῷον, τὴν ὄρχησιν, τὴν ὑπόθεσιν, τὴν προσαγόρευσιν, τὴν λοιδορίαν. Eodem pertinet quod Chrysippus et perturbationes animi et virtutes sensibus percipi affirmat, ap. Plutarch. de Stoic. Rep. 19. ὅτι μὲν γὰρ τὰ αἰσθητά ἐστι τἀγαθὰ καὶ τὰ κακά, καὶ τούτοις ἐκποιεῖ λέγειν· οὐ γὰρ μόνον τὰ πάθη ἐστὶν αἰσθητὰ σὺν τοῖς εἴδεσιν, οἷον λύπη καὶ φόβος καὶ παραπλήσια, ἀλλὰ καὶ κλοπῆς καὶ μοιχείας καὶ τῶν ὁμοίων ἐστὶν αἰσθέσθαι, καὶ καθόλου ἀφροσύνης καὶ δειλίας καὶ ἄλλων οὐκ ὀλίγων κακιῶν· οὐδὲ μόνον χαρᾶς καὶ εὐεργεσιῶν καὶ ἄλλων πολλῶν κατορθώσεων, ἀλλὰ καὶ φρονήσεως καὶ ἀνδρείας καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν. Cf. Diog. L. VII, 53. φυσικῶς δὲ νοεῖται δίκαιόν τι καὶ ἀγαθόν, et supra n. 399, not. c. Propterea suam doctrinam vitae agendae quam maxime convenire et μάλιστα τῶν ἐμφύτων ἅπτεσθαι προλήψεων dicebant, eamque solam ὁμολογεῖν τῇ φύσει, v. Plutarch. de Stoic. Rep. 17, de Comm. Notit. 3.

403 **Diog. L. VII, 60.** *Γένος δέ ἐστι πλειόνων καὶ ἀναφαιρέτων ἐννοημάτων σύλληψις, οἷον ζῷον· τοῦτο γὰρ περιείληφε τὰ κατὰ μέρος ζῷα.* **61.** *ἐννόημα δέ ἐστι φάντασμα διανοίας οὔτε τι ὂν οὔτε ποιόν, ὡσανεὶ δέ τι ὂν καὶ ὡσανεὶ ποιόν, οἷον γίγνεται ἀνατύπωμα ἵππου καὶ μὴ παρόντος* [a]. *εἶδος δέ ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ γένους περιεχόμενον, ὡς ὑπὸ τοῦ ζῴου ὁ ἄνθρωπος περιέχεται. γενικώτατον δέ ἐστιν ὃ γένος ὂν γένος οὐκ ἔχει, οἷον τὸ ὄν* [b]. *εἰδικώτατον δέ ἐστιν ὃ εἶδος ὂν εἶδος οὐκ ἔχει, ὥσπερ ὁ Σωκράτης.* **Simplic. ad Cat. f. 16 Δ.** *Οἱ Στωϊκοὶ εἰς ἐλάττονα συστέλλειν ἀξιοῦσι τὸν τῶν πρώτων γενῶν ἀριθμὸν καί τινα ἐν τοῖς ἐλάττοσιν ὑπηλλαγμένα παραλαμβάνουσι* [c]. *ποιοῦνται γὰρ τὴν τομὴν εἰς τέσσαρα, εἰς ὑποκείμενα καὶ ποιὰ καὶ πῶς ἔχοντα καὶ πρός τι πῶς ἔχοντα.*

a) Cf. Zeno ap. Stob. Ecl. I, p. 332. Propterea et Platonis de ideis doctrinam et Aristotelis de forma impugnabant, Plut. de Pl. Ph. Ph. I, 10. οἱ ἀπὸ Ζήνωνος Στωϊκοὶ ἐννοήματα ἡμέτερα τὰς ἰδέας ἔφασαν. Negabant enim generale quidquam existere praeter

id quod in cogitationibus nostris inesset, Sext. Emp. adv. Math. VII, 246. *οὔτε δὲ ἀληθεῖς οὔτε ψευδεῖς εἰσὶν αἱ γενικαὶ* (sc. *φαντασίαι*). *ὧν γὰρ τὰ εἴδη τοῖα ἢ τοῖα, τούτων τὰ γένη οὔτε τοῖα οὔτε τοῖα.* Simpl. in Categ. fol. 26 *B* ed. Bas., Io. Damasc. Parall. Sacr. in Append. Stob. Floril. p. 432 ed. Gaisf. — b) Posteriores ne *ὄντα* incorporalia esse concederent, generalissimum illud accuratius appellandum esse rati sunt *τὸ τί*, cf. Plotin. Enn. VI, 1, 25. *πρὸς δὲ τοὺς τέτταρας* (*κατηγορίας*) *τιθέντας καὶ τετραχῶς διαιροῦντας εἰς ὑποκείμενα καὶ ποιὰ καὶ πὼς ἔχοντα καὶ πρός τι πὼς ἔχοντα, καὶ κοινὸν τὶ ἐπ' αὐτῶν τιθέντας καὶ ἐνὶ γένει περιλαμβάνοντας τὰ πάντα, ὅτι μὲν κοινὸν τὶ καὶ ἐπὶ πάντων ἓν γένος λαμβάνουσι, πολλὰ ἄν τις λέγοι.* Alex. Aphrod. in Cat. f. 155. *δεικνύοις ἂν ὅτι μὴ καλῶς τὸ τὶ οἱ ἀπὸ Στοᾶς γένος τοῦ ὄντος τίθενται· εἰ γάρ τί, δῆλον ὅτι καὶ ὄν. — ἀλλ' ἐκεῖνοι νομοθετήσαντες αὐτοῖς τὸ ὂν κατὰ σωμάτων μόνων λέγεσθαι διαφεύγοειν ἂν τὸ ἠπορημένον· διὰ τοῦτο γὰρ τὸ τὶ γενικώτερον αὐτοῦ φασιν εἶναι κατηγορούμενον οὐ κατὰ σωμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσωμάτων.* Sext. Emp. adv. Math. X, 234. *πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς — φάσκοντας τῶν τινῶν τὰ μὲν εἶναι σώματα, τὰ δὲ εἶναι ἀσώματα.* — c) Aristotelis scilicet categorias ita sibi ad minorem numerum revocasse videbantur. Aliis locis Stoicorum categoriae a Simplicio, sicut ab ipsis, *τὰ γενικώτατα* appellantur, cf. f. 51 *B. τὰ γενικώτατα καὶ ἀρχηγικώτατα γένη,* M. Aurel. *πρ. ἑαυτ.* VI, 14.

De Stoicorum categoriis praeter Simplicium in Categ. Aristot. cf. Plotin. Enn. VI, 1, 25—30, et inter recentiores Chr. Petersen, Philosophiae Chrysippeae fundamenta, Hamb. 1827, Trendelenburg *Gesch. d. Kategor. L.* p. 217 sqq., Zeller *Philos. d. Griechen* III, p. 59 sqq., Prantl *Gesch. d. Log.* I, p. 426 sqq. *Τὸ ὑποκείμενον* est materia, *ἡ οὐσία* quam dicebant Stoici, v. Stob. Ecl. I, p. 324, Diog. L. VII, 150. *οὐσίαν δέ φασι τῶν ὄντων ἁπάντων τὴν πρώτην ὕλην.* Eadem Porphyrio ap. Simplic. f. 12 *Δ* dicitur *ἡ ἄποιος ὕλη,* ut quae sit nondum qualitate aliqua formata, cf. Plotin. l. c. *ὑποκείμενα μὲν γὰρ πρῶτα τάξαντες καὶ τὴν ὕλην ἐνταῦθα τῶν ἄλλων προτάξαντες.* *Τὸ ποιὸν* est illud, quo finitur materia et ad certas qualitates formatur, v. Plutarch. de Stoic. Rep. 43. *τὰς δὲ ποιότητας — οἷς ἂν ἐγγένωνται μέρεσι τῆς ὕλης εἰδοποιεῖν ἕκαστα καὶ σχηματίζειν.* Simplic. f. 57 E. *οἱ δὲ Στωϊκοὶ τὸ κοινὸν τῆς ποιότητος τὸ ἐπὶ τῶν σωμάτων λέγουσι διαφορὰν εἶναι οὐσίας οὐκ ἀποδιαληπτὴν καθ' ἑαυτήν* h. e. quae non separari potest a substantia; nam ceteras qualitates referebant ad *πὼς ἔχον*, similiterque etiam inter *ἕξεις* et *σχέσεις* distinguebant, v. Plut. l. c. 43, Simplic. f. 55 *B.* 61 *B. τὰς μὲν γὰρ σχέσεις ταῖς ἐπικτήτοις καταστάσεσι χαρακτηρίζεσθαι, τὰς δὲ ἕξεις ταῖς ἐξ ἑαυτῶν ἐνεργείαις,* cf. infra n. 413, not.

Porro distinguendum est inter *κοινῶς ποιὸν* et *ἰδίως ποιόν* h. e. qualitatem generis et qualitatem speciei, v. Stob. Ecl. I, p. 436, et n. 404, not. c. Denique omnes qualitates, quoniam ipsa substantia s. *τὸ ὑποκείμενον* materia est, ad corpora atque affectiones corporales referebantur, v. Simpl. f. 69 *Γ. ἡ τῶν Στωϊκῶν δόξα λεγόντων σώματα εἶναι τὰ σχήματα, ὥσπερ τὰ ἄλλα ποιά*, cf. n. 402. Quid quod qualitates ad quasdam aeris fluxiones revocabant, quibus materia illa infinita substantiae dirimeretur et in diversa corpora explicaretur, cf. n. 404, not., et Chrysippus ap. Plutarch. de Stoic. Rep. 43, qui locus citatur n. 412, not. Restant categoriae *πὼς ἔχον* h. e. aliquo modo se habens et *πρός τι πὼς ἔχον* h. e. aliquo modo ad aliquid relatum, quarum illa omnia attributa amplectitur, quae ipsam substantiae naturam non attingunt, sed a loco aliquo vel tempore vel motu vel actione ac passione repetita Stoicis non *ἕξεις* appellabantur, sed *σχέσεις*, v. Simpl. f. 44 *E. ὁ δὲ τὴν στάσιν καὶ τὴν κάθισιν μὴ προσποιούμενος* (sc. *τοῖς οὖσιν*) *ἔοικε Στωϊκῇ τινὶ συνηθείᾳ συνέπεσθαι οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ ὑποκείμενον εἶναι νομίζων, τὰς δὲ περὶ αὐτὸ διαφορὰς ἀνυποστάτους ἡγούμενος καὶ πὼς ἔχοντα αὐτὰ ἀποκαλῶν, ὡς ἐν τοῖς ὑποκειμένοις ἔχοντα αὐτὸ τοῦτο τὸ πὼς ἔχειν*, cf. Plotin. VI, 1, 30. Denique *πρός τι πὼς ἔχοντα* sunt ea attributa, quibus aliqua res ad alias quae una existunt refertur, cf. Simpl. f. 42 *E—Z. πρός τι μὲν λέγουσιν ὅσα κατ' οἰκεῖον χαρακτῆρα διακείμενά πως ἀπονεύει πρὸς ἕτερον· πρός τι δέ πως ἔχοντα ὅσα πέφυκε συμβαίνειν τινὶ καὶ μὴ συμβαίνειν ἄνευ τῆς περὶ αὐτὰ μεταβολῆς καὶ ἀλλοιώσεως μετὰ τοῦ πρὸς τὸ ἐκτὸς ἀποβλέπειν, ὥστε ὅταν μὲν κατὰ διαφοράν τι διακείμενον πρὸς ἕτερον νεύσῃ, πρός τι μόνον τοῦτο ἔσται, ὡς ἡ ἕξις καὶ ἡ ἐπιστήμη καὶ ἡ αἴσθησις, ὅταν δὲ μὴ κατὰ τὴν ἐνοῦσαν διαφοράν, κατὰ ψιλὴν δὲ τὴν πρὸς ἕτερον σχέσιν θεωρῆται, πρός τι πὼς ἔχοντα ἔσται· ὁ γὰρ υἱὸς καὶ ὁ δεξιὸς ἔξωθέν τινων προσδέονται πρὸς τὴν ὑπόστασιν, διὸ καὶ μηδεμιᾶς γιγνομένης περὶ αὐτὰ μεταβολῆς γένοιτ' ἂν οὐκέτι πατὴρ, τοῦ υἱοῦ ἀποθανόντος, ὁ δὲ δεξιὸς τοῦ παρακειμένου μεταστάντος· τὸ δὲ γλυκὺ καὶ πικρὸν οὐκ ἂν ἀλλοῖα γένοιτο, εἰ μὴ συμμεταβάλλοι καὶ ἡ περὶ αὐτὰ δύναμις.* Eodem facit quod bona dicuntur respectu malorum, quae una existunt, cf. n. 388, not.

d. Physica.

404 **Diog. L. VII, 134.** *Δοκεῖ δ' αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον· τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην, τὸ δὲ ποιοῦν τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, τὸν θεόν· τοῦτον γὰρ ἀΐδιον ὄντα διὰ πά-*

σης αὐτῆς δημιουργεῖν ἕκαστα [a]. 135. ἕν τ' εἶναι θεὸν καὶ νοῦν καὶ εἱμαρμένην καὶ Δία, πολλαῖς τ' ἑτέραις ὀνομασίαις προσονομάζεσθαι. 136. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν καθ' αὑτὸν ὄντα τρέπειν τὴν πᾶσαν οὐσίαν δι' ἀέρος εἰς ὕδωρ· καὶ ὥσπερ ἐν τῇ γονῇ τὸ σπέρμα περιέχεται, οὕτω καὶ τοῦτον σπερματικὸν λόγον [b] ὄντα τοῦ κόσμου τοιόνδ' ὑπολιπέσθαι ἐν τῷ ὑγρῷ, εὐεργὸν αὑτῷ ποιοῦντα τὴν ὕλην πρὸς τὴν τῶν ἑξῆς γένεσιν, εἶτ' ἀπογεννᾶν πρῶτον τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα, γῆν. 137. λέγουσι δὲ κόσμον τριχῶς, αὐτόν τε τὸν θεὸν τὸν ἐκ τῆς πάσης οὐσίας ἰδίως ποιόν [c], ὃς δὴ ἄφθαρτός ἐστι καὶ ἀγένητος, δημιουργὸς ὢν τῆς διακοσμήσεως, κατὰ χρόνων ποιὰς περιόδους ἀναλίσκων εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν. 138. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν διακόσμησιν τῶν ἀστέρων κόσμον εἶναι λέγουσι καὶ τρίτον τὸ συνεστηκὸς ἐξ ἀμφοῖν. — τὸν δὴ κόσμον διοικεῖσθαι κατὰ νοῦν καὶ πρόνοιαν — εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ, καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τῆς ψυχῆς. 139. οὕτω δὴ καὶ τὸν ὅλον κόσμον ζῷον ὄντα καὶ ἔμψυχον καὶ λογικὸν ἔχειν ἡγεμονικὸν μὲν τὸν αἰθέρα, καθά φησιν Ἀντίπατρος — —. Χρύσιππος δὲ — — τὸν οὐρανόν φησι τὸ ἡγεμονικὸν τοῦ κόσμου, Κλεάνθης δὲ τὸν ἥλιον· ὁ μέντοι Χρύσιππος διαφορώτερον πάλιν τὸ καθαρώτερον τοῦ αἰθέρος ἐν ταὐτῷ, ὃ καὶ πρῶτον θεὸν λέγουσιν αἰσθητικῶς ὥσπερ κεχωρηκέναι διὰ τῶν ἐν ἀέρι καὶ διὰ τῶν ζῴων ἁπάντων καὶ φυτῶν, διὰ δὲ τῆς γῆς αὐτῆς καθ' ἕξιν [d]. Plut. de Pl. Ph. I, 7. οἱ Στωϊκοὶ νοερὸν *) θεὸν ἀποφαίνονται πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γενέσει κόσμου [e], ἐμπεριειληφός τε πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίγνεται· καὶ πνεῦμα ἐνδιῆκον **) δι' ὅλου τοῦ κόσμου,

---

*) Vulg. κοινότερον: emendavimus ex Stob. Ecl. I, p. 64; cf. Euseb. Pr. Ev. XV, 16; Diog. L. VII, 147. — **) Vulg. μὲν διῆκον. Emend. ex Stob. l. c. Cf. supra n. 297. *).

τὰς δὲ προσηγορίας μεταλαμβάνον διὰ τὰς τῆς ὕλης δι' ἧς κεχώρηκε παραλλάξεις [f]· θεὸν δὲ καὶ τὸν κόσμον καὶ τοὺς ἀστέρας καὶ τὴν γῆν τόν τ' ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι [g].

a) Adiicit hoc placitum et apud Zenonem reperiri et apud Cleanthem et Chrysippum, similiterque ad ea quae §. 136 traduntur laudat Zenonem et Chrysippum. — b) Cf. n. 408. — c) Hoc referendum ad categorias, v. n. 403, not., et Porphyr. ap. Simpl. in Cat. fol. 12 Δ. *διττὸν — ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον — κατὰ τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς. — ἥ τε γὰρ ἄποιος ὕλη — — πρῶτόν ἐστι τοῦ ὑποκειμένου σημαινόμενον· καὶ δεύτερον ὃ κοινῶς ποιὸν ἢ ἰδίως ὑφίσταται· ὑποκείμενον γὰρ καὶ ὁ χαλκός ἐστι καὶ ὁ Σωκράτης.* Est igitur *τὸ κοινῶς ποιὸν* materia minus dum condita ac formata, *ἰδίως ποιὸν* ea materia, quae in formas rerum individuarum iamiam emicuit. — d) Cf. n. 411—413. — e) Cf. Diog. L. VII, 156. *δοκεῖ δ' αὐτοῖς τὴν μὲν φύσιν εἶναι πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν, ὅπερ ἐστὶ πνεῦμα πυροειδὲς καὶ τεχνοειδές.* Cic. N. D. II, 22. *Zeno igitur naturam ita definit ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem via. Censet enim artis maxime proprium esse creare et gignere, quodque in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere i. e. ut dixi ignem artificiosum, magistrum artium reliquarum.* Adde Stob. I, p. 318, ex Chrysippo: *τεταγμένως καὶ ὁδῷ.* Ibid. p. 374 ex Cleanthe: *ὁδῷ καὶ συμφώνως διεξιούσης τῆς περιόδου.* Subest via illa Heraclitea sursum et deorsum ferens (n. 35); namque Heraclitum in multis physice Stoicorum inde a Zenone sequebatur, v. Numenius ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 5, p. 729 B. C. Posteriores etiam in placitis Heracliti interpretandis et ad sua dogmata aptandis plurimi fuerunt, velut Cleanthes, v. Diog. L. VII, 174, IX, 15, Aristo ib. IX, 5, et Sphaerus ib. VII, 178, IX, 15, denique Chrysippus, v. Phaedr. Epicur. de Diis Col. IV, 12 sq. — f) Cf. infra n. 418. — g) Cf. Cic. N. D. II, 15. 16. 36.

De causa agente et materia patiente v. Seneca Ep. 65, 2. *Dicunt, ut scis, Stoici nostri duo esse in rerum natura, ex quibus omnia fiant, causam et materiam. Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura si nemo moveat. Causa autem, id est ratio, materiam format et quocunque vult versat, ex illa varia opera producit. Esse debet ergo unde aliquid fiat, deinde a quo fiat. Hoc causa est, illud materia.* Causam non separatam a materia esse statuebant, sed permeare per illam eamque intus effingere, simul id agentes ut causam non sine ratione esse motusque illos na-

turae non esse sine mente evincerent, pulchritudinem mundi ad id et varietatem argumentati; Cic. de Nat. D. II, 5. 6. Sext. Emp. adv. Math. IX, 111 sqq. Eodem facit quod dicebant omnia uno rigore teneri et aequabili causarum atque effectuum continuatione, qua maxima minimis apta sint atque connexâ: quod multis similitudinibus exprimebant. Plut. Comm. Notit. 37. *Χρύσιππος — οὐδὲν ἀπέχειν φάμενος οἶνου σταλαγμὸν ἕνα κεράσαι τὴν θάλασσαν· καὶ ἵνα δὴ μὴ τοῦτο θαυμάζωμεν, εἰς ὅλον φησὶ τὸν κόσμον διατενεῖν τῇ κράσει τὸν σταλαγμόν.* Diog. L. VII, 151; Galen. de Hipp. et Plat. Plac. VII, p. 619. Consentaneum erat ut nonnisi unam in mundo inesse causam agentem et animantem docerent, qua contineretur *τὸ ἡγεμονικόν*. Cic. de Nat. D. II, 11. *Natura est igitur, quae contineat mundum omnem eumque tueatur, et ea quidem non sine sensu atque ratione; omnem enim naturam necesse est, quae non solitaria sit neque simplex sed cum alio iuncta atque connexa, habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem, in bellua quiddam simile mentis, unde oriantur rerum appetitus. In arborum autem et earum rerum, quae gignuntur e terra, radicibus inesse principatus putatur. Principatum autem id dico quod Graeci ἡγεμονικὸν vocant, quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse praestantius. Itaque necesse est illud etiam, in quo sit totius naturae principatus, esse omnium optimum omniumque rerum potestate dominatuque dignissimum.* His vides opponi deum et materiam: quod oppositum tollitur eo quod omnem naturam a deo movente regi atque animari docebant. Materiam enim substantiam dei esse putabant, qui eam statis temporibus in se consumeret atque ex se rursus exsereret, v. Diog. L. l. l. 137. Ita mundum ex igne artificioso ortum esse et statis temporibus in ignem resolvi; nam causam illam animantem s. deum eundem esse dicebant atque ignem artificiosum h. e. animantem et vitalem, opposito nostro igne, qui omnia consumeret, v. Stob. Ecl. I, p. 538. *δύο γὰρ γένη πυρός, τὸ μὲν ἄτεχνον καὶ μεταβάλλον εἰς ἑαυτὸ τὴν τροφήν, τὸ δὲ τεχνικὸν αὐξητικόν τε καὶ τηρητικόν, οἷον ἐν τοῖς φυτοῖς ἐστὶ καὶ ζῴοις· ὃ δὴ φύσις ἐστὶ καὶ ψυχή.* Cic. N. D. II, 15. *Hic noster ignis, quem usus vitae requirit, confector est et consumptor omnium, idemque quocumque invasit cuncta disturbat ac dissipat. Contra ille corporeus, vitalis et salutaris omnia conservat, alit, auget, sustinet sensuque afficit.* Praecipue hanc solis et astrorum substantiam esse et in coelo vel aethere cerni, quibus etiam intelligentiam illam divinam vel maxime tribuendam esse censebant, v. Cic. ib. *Quare quum solis ignis similis eorum ignium sit, qui sunt in corporibus animantium, solem quoque animantem esse oportet et quidem reliqua astra, quae oriantur in ardore caelesti, qui aether vel coelum nomi-*

natur. — *Sidera autem aethereum locum obtinent; qui quoniam tenuissimus est et semper agitatur et viget, necesse est quod animal in eo gignatur, id et sensu acerrimo et mobilitate celerrima esse. Quare quum in aethere astra gignantur, consentaneum est in iis sensum inesse et intelligentiam: ex quo efficitur in deorum numero astra esse ducenda.* 16. *Sensum autem astrorum atque intelligentiam maxime declarat ordo eorum atque constantia,* — *in quo nihil est temerarium, nihil varium, nihil fortuitum:* in quibus insunt nonnulla secundum Aristotelem expressa, cf. n. 337. 338. Ignem vero sicuti primum in aerem transformari atque ex aere rursus postremum eniti statuebant, v. Stob. Ecl. I, p. 312, ita ignem et aerem maxime singulas res efficere et tanquam unum spiritum (*πνεῦμα*) per omnia commeare atque hinc illinc agitari docebant, cf. n. 412, not., et Chrysippus ap. Stob. Ecl. I, p. 374. *εἶναι τὸ ὂν πνεῦμα κινοῦν ἑαυτὸ πρὸς ἑαυτὸ καὶ ἐξ αὑτοῦ, ἢ πνεῦμα ἑαυτὸ κινοῦν πρόσω καὶ ὀπίσω· πνεῦμα δὲ εἴληπται διὰ τὸ λέγεσθαι αὐτὸ ἀέρα εἶναι κινούμενον· ἀνάλογον δὲ γίγνεσθαι ἔπειτα αἰθέρος, ὥστε καὶ εἰς κοινὸν λόγον πεσεῖν αὐτά.* Eodem facit quod omnia quae vere existerent corpora esse (n. 402) et corpora misceri et per se invicem penetrare contendebant, v. Chrysipp. ap. Stob. I, p. 376. *ὁμοίως δὲ κἀπὶ τῶν ἐν ἡμῖν ψυχῶν ἔχει· δι' ὅλων γὰρ τῶν σωμάτων ἡμῶν ἀντιπαρεκτείνουσιν· ἀρέσκει γὰρ αὐτοῖς (τοῖς Στωϊκοῖς) σῶμα διὰ σώματος ἀντιπαρήκειν.* Cf. Plutarch. de Comm. Notit. 37.

405 **Diog. L. VII, 140.** *Ἕνα τὸν κόσμον εἶναι καὶ τοῦτον πεπερασμένον, σχῆμα ἔχοντα σφαιροειδές· πρὸς γὰρ τὴν κίνησιν ἁρμοδιώτατον τὸ τοιοῦτον*[a]. — *ἔξωθεν δὲ αὐτοῦ περικεχυμένον εἶναι τὸ κενὸν ἄπειρον, ὅπερ ἀσώματον εἶναι. ἀσώματον δὲ τὸ οἷόν τε κατέχεσθαι ὑπὸ σωμάτων οὐ κατεχόμενον. ἐν δὲ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενόν, ἀλλ' ἡνῶσθαι αὐτόν· τοῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τὴν τῶν οὐρανίων πρὸς τὰ ἐπίγεια σύμπνοιαν καὶ συντονίαν.* **141.** *ἔτι δὲ καὶ τὸν χρόνον ἀσώματον, διάστημα ὄντα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως· τούτου δὲ τὸν μὲν παρῳχηκότα καὶ τὸν μέλλοντα ἀπείρους, τὸν δὲ ἐνεστῶτα πεπερασμένον.*

a) Consentaneum erat et pulchritudinem atque ornatum respici; cf. Cic. de Nat. D. II, 22; Plut. de Pl. Ph. I, 6.

Infinitum est quicquid non corporeum est h. e. quod non vere est, sed cogitando tantummodo et attribuendo esse ponitur, v. supra

n. 402 et Stob. Ecl. I, p. 392. *Καθάπερ δὲ τὸ σωματικὸν πεπερασμένον εἶναι, οὕτως τὸ ἀσώματον ἄπειρον· ὅ τε γὰρ χρόνος ἄπειρος καὶ τὸ κενόν. ὥσπερ γὰρ τὸ μηδὲν οὐδέν ἐστι πέρας, οὕτως καὶ τοῦ μηδενός, οἷόν ἐστι τὸ κενόν.* De generibus rerum incorporearum v. Sext. Emp. adv. Math. X, 218. *τῶν δὲ ἀσωμάτων τέσσαρα εἴδη καταριθμοῦνται, ὡς λεκτὸν καὶ κενὸν καὶ τόπον καὶ χρόνον.* De loco dissentit Stob. Ecl. l. l.; *λεκτὸν* quid dicatur v. n. 401. Ab infiniti cogitatione tantum abhorrebant, ut Chrysippus, etsi dabat corpora in infinitum dividi posse, tamen nollet eam divisionem unquam absolutum iri concedere, *οὐ γάρ ἐστί τι ἄπειρον, εἰς ὃ γίγνεται ἡ τομή,* Diog. L. VII, 150, cf. Stob. I, p. 344.

Diog. L. VII, 141. *Ἀρέσκει δ' αὐτοῖς καὶ φθαρτὸν* 406
εἶναι τὸν κόσμον, ἅτε γενητὸν τῷ λόγῳ τῶν δι' αἰσθήσεως νοουμένων [a]· *οὗ τε τὰ μέρη φθαρτά, ἔστι καὶ τὸ ὅλον**)· *τὰ δὲ μέρη τοῦ κόσμου φθαρτά, εἰς ἄλληλα γὰρ μεταβάλλει* [b]· *φθαρτὸς ἄρα ὁ κόσμος. καὶ εἴ τι ἐπιδεκτικόν ἐστι τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῆς, φθαρτόν ἐστι· καὶ ὁ κόσμος ἄρα· ἐξαυχμοῦται γὰρ καὶ ἐξυδατοῦται* [c].

a) *Τὰ δι' αἰσθήσεως νοούμενα* intellige materiam et deum. Post *νοουμένων* posuimus punctum minus; post *ὅλον* subintelligendum *φθαρτόν*. — b) Sequebantur in his Heraclitum. Plut. de Stoic. Rep. 34. *Τὸ ἀΐδιον τῆς κινήσεως κυκεῶνι παρεικάσας* (sc. *ὁ Χρύσιππος*) *ἄλλα ἄλλως στρέφοντι καὶ ταράσσοντι τῶν γιγνομένων.* Nisi quod distinguunt inter id quod duret in rebus et id quod mutetur h. e. inter materiam et qualitatem. Plut. de Comm. Notit. 44. *Ἀλλὰ οὗτοι* (sc. *οἱ Στωϊκοὶ*) *μόνοι εἶδον τὴν σύνθεσιν ταύτην καὶ διπλόην καὶ ἀμφιβολίαν, ὡς δύο ἡμῶν ἕκαστός ἐστιν ὑποκείμενα, τὸ μὲν οὐσία τὸ δὲ ποιότης***), *καὶ τὸ μὲν ἀεὶ ῥεῖ καὶ φέρεται, μήτ' αὐξόμενον μήτε μειούμενον, μήτε ὅλως οἷόν ἐστι διαμένον· τὸ δὲ διαμένει καὶ αὐξάνεται καὶ μειοῦται καὶ πάντα πάσχει τἀναντία θατέρῳ, συμπεφυκὸς καὶ συνηρμοσμένον καὶ συγκεχυμένον καὶ τῆς διαφορᾶς τῇ αἰσθήσει μηδαμοῦ παρέχον ἅψασθαι.* Cf. Stob. Ecl. I, p. 432 sq. — c) Mundum enim putabant in deterius mutari, ut in quo malum inesset. Deum contra ab omni malo remotissimum esse volebant, Diog. L. VII, 147. (in n. 418).

---

*) Mutavimus interpunctionem. Cobet. ed. *οὗ τά τε μέρη.* — **) *ποιότης*, quod deest in codicibus, supplevit Prantl *Gesch. d. Logik* I, p. 432.

407 **Plut. de Stoic. Rep. 41.** *Λέγει δ' (ὁ Χρύσιππος) ἐν τῷ πρώτῳ περὶ προνοίας· Διόλου μὲν γὰρ ὢν ὁ κόσμος πυρώδης εὐθὺς καὶ ψυχή ἐστιν ἑαυτοῦ καὶ ἡγεμονικόν· ὅτε δὲ μεταβαλὼν εἴς τε τὸ ὑγρὸν καὶ τὴν ἐναπολειφθεῖσαν ψυχὴν τρόπον τινὰ εἰς σῶμα καὶ ψυχὴν μετέβαλεν, ὥστε συνεστάναι ἐκ τούτων, ἄλλον τινὰ ἔσχε λόγον.* **De Comm. Notit. 36.** *Λέγει γοῦν Χρύσιππος ἐοικέναι τῷ μὲν ἀνθρώπῳ τὸν Δία καὶ τὸν κόσμον, τῇ δὲ ψυχῇ τὴν πρόνοιαν· ὅταν οὖν ἐκπύρωσις γένηται, μόνον ἄφθαρτον ὄντα τὸν Δία τῶν θεῶν* [a] *ἀναχωρεῖν ἐπὶ τὴν πρόνοιαν, εἶτα ὁμοῦ γενομένους ἐπὶ μιᾶς τῆς τοῦ αἰθέρος οὐσίας διατελεῖν ἀμφοτέρους.*

a) Chrysipp. ap. Plut. de Stoic. Rep. 38. *Ἥλιος μὲν γὰρ καὶ σελήνη καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ παραπλήσιον ἔχοντες λόγον γεννητοί εἰσιν, ὁ δὲ Ζεὺς ἀΐδιός ἐστιν.* Similiter idem ib. 39. *τροφῇ τε οἱ μὲν ἄλλοι θεοὶ* (n. 418) *χρῶνται, παραπλησίως συνεχόμενοι δι' αὐτήν· ὁ δὲ Ζεὺς καὶ ὁ κόσμος καθ' ἕτερον τρόπον ἀναλισκομένων καὶ ἐκ πυρὸς γιγνομένων.* Quamquam alio loco idem Chrysippus *τὸν Δία* scripserat *αὔξεσθαι μέχρις ἂν εἰς αὐτὸν ἅπαντα καταναλώσῃ*: quod quo sensu accipiendum sit aperiunt quae subiecta erant: *ἐπεὶ γὰρ ὁ θάνατος μέν ἐστι ψυχῆς χωρισμὸς ἀπὸ τοῦ σώματος, ἡ δὲ τοῦ κόσμου ψυχὴ οὐ χωρίζεται μὲν αὔξεται δὲ συνεχῶς, μέχρις ἂν εἰς αὐτὴν ἐξαναλώσῃ τὴν ὕλην, οὐ ῥητέον ἀποθνήσκειν τὸν κόσμον.*

408 **Stob. Ecl. Phys. p. 372.** *Κλεάνθης δὲ οὕτω πώς φησιν ἐκφλογισθέντος τοῦ παντὸς συνίζειν τὸ μέσον αὐτοῦ πρῶτον, εἶτα τὰ ἐχόμενα ἀποσβέννυσθαι δι' ὅλου. τοῦ δὲ παντὸς ἐξυγρανθέντος τὸ ἔσχατον τοῦ πυρὸς ἀντιτυπήσαντος αὐτῷ τοῦ μέσου τρέπεσθαι πάλιν εἰς τοὐναντίον, εἶθ' οὕτω τρεπόμενον ἄνω φησὶν αὔξεσθαι καὶ ἄρχεσθαι διακοσμεῖν τὸ ὅλον, καὶ τοσαύτην περίοδον ἀεὶ καὶ διακόσμησιν ποιούμενον* *) *τοῦ ἐν τῇ τῶν ὅλων οὐσίᾳ τόνου μὴ παύεσθαι. ὥσπερ γὰρ ἑνός τινος τὰ μέρη πάντα φύεται ἐκ σπερμάτων ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις,*

---

*) Vulgo *ποιουμένου*, velut in antecedentibus pro *τρεπόμενον* in nonnullis codd. est *τρεπομένου*.

οὕτω καὶ τοῦ ὅλου τὰ μέρη, ὧν καὶ τὰ ζῷα καὶ τὰ φυτὰ ὄντα τυγχάνει, ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις φύεται. καὶ ὥσπερ τινὲς λόγοι τῶν μερῶν εἰς σπέρμα συνιόντες μίγνυνται καὶ αὖθις διακρίνονται γιγνομένων τῶν μερῶν, οὕτως ἐξ ἑνός τε πάντα γίγνεσθαι καὶ ἐκ πάντων εἰς ἓν συγκρίνεσθαι, ὁδῷ καὶ συμφώνως διεξιούσης τῆς περιόδου.

Λόγον σπερματικὸν et deo s. Iovi s. igni artificioso tribuebant et singulis animantibus. De deo s. igne artificioso cf. Diog. L. VII, 135 seq., qui locus citatur n. 404, et Stob. l. c. p. 414. *Ζήνωνι καὶ Κλεάνθει καὶ Χρυσίππῳ ἀρέσκει τὴν οὐσίαν μεταβάλλειν οἷον εἰς σπέρμα εἰς τὸ πῦρ, καὶ πάλιν ἐκ τούτου τοιαύτην ἀποτελεῖσθαι τὴν διακόσμησιν οἵα πρότερον.* Vides eam ignis divini rationem et naturam dici, qua tanquam semen multas res statis temporibus ex se gignit et procreat, sed ita ut unus idemque in omnibus maneat semperque ad se ipsum recurrat. Similiter de singulis rebus animatis dicebant deum s. ignem continere *πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίγνεται*, v. Plut. Pl. Ph. I, 7 (n. 404), cf. Diog. L. VII, 148. *ἔστι δὲ φύσις ἕξις ἐξ αὑτῆς κινουμένη κατὰ σπερματικοὺς λόγους, ἀποτελοῦσά τε καὶ συνέχουσα τὰ ἐξ αὑτῆς ἐν ὡρισμένοις χρόνοις.* Eodem facit quod Chrysippus obscenos amores Iovis et Iunonis Sami pictos interpretabatur de materia *τοὺς σπερματικοὺς λόγους τοῦ θεοῦ εἰς κατακόσμησιν τῶν ὅλων* in se excipiente, v. Orig. c. Cels. IV, p. 196; denique quod etiam animae humanae tribuebant *σπερματικοὺς λόγους* h. e. *τὸ σπερματικόν*, v. Diog. L. VII, 157. *μέρη δὲ ψυχῆς λέγουσιν ὀκτώ, τὰς πέντ' αἰσθήσεις καὶ τοὺς ἐν ἡμῖν σπερματικοὺς λόγους καὶ τὸ φωνητικὸν καὶ τὸ λογιστικόν.* Cf. n. 416.

Chrysippus ap. Plut. de Stoic. Rep. 44. Τέλεον 409
μὲν ὁ κόσμος σῶμά ἐστιν, οὐ τέλεα δὲ τὰ τοῦ κόσμου μέρη, τῷ πρὸς τὸ ὅλον πως ἔχειν καὶ μὴ καθ' αὑτὰ εἶναι [a]. **Cic. Nat. D. II, 13. Neque enim est quidquam aliud praeter mundum cui nihil absit quodque undique aptum atque perfectum expletumque sit omnibus suis numeris et partibus. Scite enim Chrysippus ut clypei causa involucrum, vaginam autem gladii, sic praeter mundum cetera omnia aliorum causa esse generata, ut**

eas fruges atque fructus quos terra gignat animantium causa, animantes autem hominum. — Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum et imitandum, nullo modo perfectus, sed est quaedam particula perfecti [b]. Seneca Ep. 113, 13. Inter cetera propter quae mirabile divini artificis ingenium est hoc quoque existimo, quod in tanta copia rerum nunquam in idem incidit: etiam quae similia videntur quum contuleris diversa sunt. Tot fecit genera foliorum, nullum non sua proprietate signatum, tot animalia, nulli similitudo cum altero convenit, utique aliquid interest. Exegit a se ut quae alia erant et dissimilia essent et imparia [c].

a) Malum in mundo fatali quadam necessitate inesse et una cum mundo exstitisse arbitrabantur, ut *in quo bona non inesse potuissent, si non essent ibidem mala,* ut ait Chrysippus apud Gell. N. A. VI, 1, qui pergit sic: *Nam cum bona malis contraria sint, utraque necessum est opposita inter sese et quasi mutuo adverso quaeque fulta nisu consistere; nullum adeo contrarium est sine contrario altero.* Cf. Chrysipp. ap. Plut. de Comm. Notit. 13. *ἡ δὲ κακία πρὸς τὰ λοιπὰ συμπτώματα ἔχει ὅρον· γίγνεται γάρ αὐτή πως κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον καί, ἵνα οὕτως εἴπω, οὐκ ἀχρήστως γίγνεται πρὸς τὰ ὅλα· οὐδὲ γὰρ ἂν τἀγαθὸν ἦν* *) Idem apud eundem de Stoic. Rep. 36. *κακίαν δὲ καθόλου ἆραι οὔτε δυνατόν ἐστιν οὔτ' ἔχει καλῶς ἀρθῆναι.* Eandem opinionem etiam similitudinibus commendare studebant, v. Plut. ib. 37, de Comm. Notit. 14. *ὥσπερ γὰρ αἱ κωμῳδίαι ἐπιγράμματα γελοῖα φέρουσιν, ἃ καθ' αὑτὰ μέν ἐστι φαῦλα, τῷ δὲ ὅλῳ ποιήματι χάριν τινα προστίθησιν, οὕτως ψέξειας ἂν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς τὴν κακίαν, τοῖς δ' ὅλοις οὐκ ἄχρηστός ἐστι.* Neque ab Iove sicut ortum ita etiam interitum rerum repetere dubitabant, v. Chrysipp. ib. 32. *ὡς δὲ αἱ πόλεις πλεονάσασαι εἰς ἀποικίας ἀπαίρουσι τὰ πλήθη καὶ πολέμους ἐνίστανται πρός τινας, οὕτως ὁ θεὸς φθορᾶς ἀρχὰς δίδωσι.* — b) Stob. Ecl. I, p. 444. *κόσμον δ' εἶναί φησιν ὁ Χρύσιππος — τὸ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων σύστημα καὶ ἐκ τῶν ἕνεκα τούτων γεγονότων.* Cf. Cic. de Fin. III, 20, 67. Etiam in hominibus bona non existunt nisi una cum malis, v. Plut. Comm. Notit. 16. *τὴν μὲν φρόνησιν ἐπιστήμην ἀγαθῶν καὶ κακῶν οὖσαν*

---

*) Cf. Plut. de St. Rep. 35. *ἡ δὲ κακία πρὸς τὰ δεινὰ συμπτώματα ἴδιόν τινα ἔχει λόγον· γίγνεται μὲν γὰρ αὐτὴ — πρὸς τὰ ὅλα· οὐδὲ γὰρ τἀγαθὰ ἦν.*

ἀναιρεθέντων τῶν κακῶν ὅλως καὶ παντάπασιν ἀναιρεῖσθαι λέγουσιν, cf. ib. 17. De morbis ceterisque malis naturalibus ut providentiam quasi excusarent, talia inter multa aptissima et utilissima ei tanquam excidisse dicebant *κατὰ παρακολούθησιν* h. e. *per sequelas quasdam necessarias*, interprete Gellio l. c. Cf. Plut. Stoic. Rep. 37. *φησὶ δὲ* (*Χρύσιππος*) *πολὺ καὶ τὸ ἀνάγκης μεμῖχθαι.* A diis omnem turpitudinem alienam esse asseverabant, v. Chrysipp. ap. Plut. ib. 33. *τῶν αἰσχρῶν τὸ θεῖον παραίτιον γίγνεσθαι οὐκ εὔλογόν ἐστιν· ὃν τρόπον γὰρ οὔτε νόμος τοῦ παρανομεῖν παραίτιος ἂν γένοιτο οὔτε οἱ θεοὶ τοῦ ἀσεβεῖν, οὕτως εὔλογον μηδ' αἰσχροῦ μηδενὸς εἶναι παραιτίους.* Cf. n. 418. — c) Cf. Cic. Ac. pr. II, 18. 26. *Stoicum est id quidem, — nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit pilus alius, nullum granum.*

Nemes. de Natura Hom. c. 38, p. 147. ed. Antwerp. *Οἱ* 410
δὲ Στωϊκοί φασιν ἀποκαθισταμένους τοὺς πλάνητας εἰς τὸ αὐτὸ σημεῖον κατά τε μῆκος καὶ πλάτος, ἔνθα τὴν ἀρχὴν ἕκαστος ἦν, ὅτε τὸ πρῶτον ὁ κόσμος συνέστη[a], *ἐν ῥηταῖς χρόνων περιόδοις ἐκπύρωσιν καὶ φθορὰν τῶν ὄντων ἀπεργάζεσθαι καὶ πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς εἰς τὸ αὐτὸ τὸν κόσμον ἀποκαθίστασθαι, καὶ τῶν ἀστέρων ὁμοίως πάλιν φερομένων ἕκαστον ἐν τῇ προτέρᾳ περιόδῳ γενόμενον ἀπαραλλάκτως ἀποτελεῖσθαι. ἔσεσθαι γὰρ πάλιν Σωκράτην καὶ Πλάτωνα καὶ ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων σὺν τοῖς αὐτοῖς καὶ φίλοις καὶ πολίταις καὶ τὰ αὐτὰ πείσεσθαι καὶ τοῖς αὐτοῖς συντεύξεσθαι καὶ τὰ αὐτὰ μεταχειριεῖσθαι, καὶ πᾶσαν πόλιν καὶ κώμην καὶ ἀγρὸν ὁμοίως ἀποκαθίστασθαι*[b]*· γίγνεσθαι δὲ τὴν ἀποκατάστασιν τοῦ παντὸς οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις, μᾶλλον δὲ εἰς ἄπειρον καὶ ἀτελευτήτως τὰ αὐτὰ ἀποκαθίστασθαι.*

a) Cum sidera ad idem et longitudinis et latitudinis signum, in quo primitus erant, reversa sunt, magnus quem Stoici dicebant annus efficitur; Stob. Ecl. I, p. 264, ubi et de ambitu huius anni traditur ex Diogene Stoico. — b) Cf. Chrysipp. ap. Lactant. Div. Inst. VII, 23; Arius Didymus ap. Euseb. Pr. Ev. XV, 18. 19. Mundum eodem protinus circulo atque ambitu ferre atque revolvi propter id credibile iis videbatur, quod universum perfectum esse atque ex eodem semper principio perfecto emergere existimabant.

411 **Diog. L. VII, 136.** *Ἔστι δὲ στοιχεῖον ἐξ οὗ πρώτου γίγνεται τὰ γιγνόμενα καὶ εἰς ὃ ἔσχατον ἀναλύεται* [a]. **137.** *τὰ δὴ τέτταρα στοιχεῖα εἶναι ὁμοῦ τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην* [b]*· εἶναι δὲ τὸ μὲν πῦρ τὸ θερμόν, τὸ δ' ὕδωρ τὸ ὑγρόν, τόν τ' ἀέρα τὸ ψυχρὸν καὶ τὴν γῆν τὸ ξηρόν. — — ἀνωτάτω μὲν οὖν εἶναι τὸ πῦρ, ὃ δὴ αἰθέρα καλεῖσθαι, ἐν ᾧ πρώτην τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν γεννᾶσθαι, εἶτα τὴν τῶν πλανωμένων· μεθ' ἣν τὸν ἀέρα, εἶτα τὸ ὕδωρ, ὑποστάθμην δὲ πάντων τὴν γῆν, μέσην ἁπάντων οὖσαν* [c]. **142.** *γίγνεσθαι δὲ τὸν κόσμον, ὅταν ἐκ πυρὸς ἡ οὐσία τραπῇ δι' ἀέρος εἰς ὑγρόν, εἶτα τὸ παχυμερὲς αὐτοῦ συστὰν ἀποτελεσθῇ γῆ, τὸ δὲ λεπτομερὲς ἐξαερωθῇ καὶ τοῦτ' ἐπὶ πλέον λεπτυνθὲν πῦρ ἀπογεννήσῃ· εἶτα κατὰ μῖξιν ἐκ τούτων φυτά τε καὶ ζῷα καὶ τὰ ἄλλα γένη.*

a) Chrysippus *στοιχεῖον* tribus significationibus dici praecipiebat, prima qua ignis esset *τὸ κατ' ἐξοχὴν στοιχεῖον, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ πρώτου τὰ λοιπὰ συνίστασθαι κατὰ μεταβολὴν καὶ εἰς αὐτὸ ἔσχατον πάντα χεόμενα διαλύεσθαι*, secunda qua quatuor elementa, *ἐπεὶ διὰ τούτων τινὸς ἢ τινῶν ἢ καὶ πάντων τὰ λοιπὰ συνέστηκε*, tertia qua generaliter *στοιχεῖον* appellaretur, *ὃ πρῶτον συνέστηκεν οὕτως, ὥστε γένεσιν διδόναι ἀπ' αὐτοῦ ὁδῷ μέχρι τέλους, καὶ ἐξ ἐκείνου τὴν ἀνάλυσιν δέχεσθαι εἰς ἑαυτὸ τῇ ὁμοίᾳ ὁδῷ.* Stob. Ecl. I, p. 312 sqq. Inter principia et elementa quid intersit cernitur ex Diog. L. VII, 135. *διαφέρειν δέ φασι ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα· τὰς μὲν γὰρ εἶναι ἀγενήτους καὶ ἀφθάρτους* (veluti causam et materiam), *τὰ δὲ στοιχεῖα κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν φθείρεσθαι.* — b) Sensus: quatuor elementis continetur omnis quae erat ante mundum existentem materia omni qualitate carens. — c) Cf. Cleanth. ap. Stob. Ecl. I, p. 372; Chrysipp. ap. Plut. de Stoic. Rep. 41. *ἡ δὲ πυρὸς μεταβολή ἐστι τοιαύτη· δι' ἀέρος εἰς ὕδωρ τρέπεται· κἀκ τούτου γῆς ὑφισταμένης ἀὴρ ἀναθυμιᾶται· λεπτυνομένου δὲ τοῦ ἀέρος ὁ αἰθὴρ περιχεῖται κύκλῳ, οἱ δ' ἀστέρες ἐκ θαλάσσης μετὰ τοῦ ἡλίου ἀνάπτονται*: quae ducta sunt ex doctrina Heracliti.

412 **Plut. de Comm. Notit. 49.** *Τά γε μὴν τέσσαρα σώματα, γῆν καὶ ὕδωρ, ἀέρα τε καὶ πῦρ, πρῶτα στοιχεῖα προσαγορεύοντες οὐκ οἶδα ὅπως τὰ μὲν ἁπλᾶ καὶ καθαρά, τὰ*

δὲ σύνθετα καὶ μεμιγμένα ποιοῦσι. γῆν μὲν γὰρ ἴσασι καὶ ὕδωρ οὔτε αὑτὰ συνέχειν οὔτε ἕτερα, πνευματικῆς δὲ μετοχῇ καὶ πυρώδους δυνάμεως τὴν ἑνότητα διαφυλάττειν· ἀέρα δὲ καὶ πῦρ αὑτῶν τ' εἶναι δι' εὐτονίαν ἐκτατικά, καὶ τοῖς δυσὶν ἐκείνοις ἐγκεκραμένα τόνον παρέχειν καὶ τὸ μόνιμον καὶ οὐσιῶδες.

Primum elementum est ignis (n. 411, not. a), proximum ab illo aer. Utrumque dum aquae et terrae miscetur, singula corpora ita oriuntur, ut ignis calore intrinsecus temperentur atque animentur, aeris vero fluxionibus quibusdam formentur atque cohibeantur, v. Cic. N. D. II, 9. 10, ubi Stoicae sectae patronus ignis calorem per omnem mundum, omnia elementa, omnia corpora diffusum esse, omnibus vitam atque animam impertire explicat, et de aere Plut. de Stoic. Rep. 43. *Οὐδὲν ἄλλο τὰς ἕξεις πλὴν ἀέρας εἶναί φησιν* (sc. *ὁ Χρύσιππος*)· *ὑπὸ τούτων γὰρ συνέχεται τὰ σώματα· καὶ τοῦ ποιὸν ἕκαστον εἶναι τῶν ἕξει συνεχομένων αἴτιος ὁ συνέχων ἀήρ ἐστιν, ὃν σκληρότητα μὲν ἐν σιδήρῳ, πυκνότητα δ' ἐν λίθῳ, λευκότητα δ' ἐν ἀργύρῳ καλοῦσι. — τὰς δὲ ποιότητας πνεύματα οὔσας καὶ τόνους ἀερώδεις οἷς ἂν ἐγγένωνται μέρεσι τῆς ὕλης εἰδοποιεῖν ἕκαστα καὶ σχηματίζειν* (sc. *ἀποφαίνουσι*). Quare distinguendum inter elementa agentia et patientia, v. Nemes. de Nat. Hom. 5, p. 72. *Λέγουσι δὲ οἱ Στωϊκοὶ τῶν στοιχείων τὰ μὲν εἶναι δραστικὰ τὰ δὲ παθητικά· δραστικὰ μὲν ἀέρα καὶ πῦρ, παθητικὰ δὲ γῆν καὶ ὕδωρ.* Denique infinitam corporum varietatem et varias eiusdem rei qualitates ut sibi explicarent, corpora per se invicem penetrare et mixtionem esse, qua omnia cum omnibus miscerentur, docebant, v. n. 404, not., et Diog. L. VII, 151. *καὶ τὰς κράσεις δὲ διόλου γίγνεσθαι, καθά φησιν Χρύσιππος —, καὶ μὴ κατὰ περιγραφὴν καὶ παράθεσιν· καὶ γὰρ εἰς πέλαγος ὀλίγος οἶνος βληθεὶς ἐπὶ ποσὸν ἀντιπαρεκταθήσεται, εἶτα συμφθαρήσεται.* Cf. Stob. Ecl. I, p. 376.

Sext. Emp. adv. Math. IX, 81. Τῶν ἡνωμένων σωμάτων τὰ μὲν ὑπὸ ψιλῆς ἕξεως συνέχεται, τὰ δὲ ὑπὸ φύσεως, τὰ δὲ ὑπὸ ψυχῆς· καὶ ἕξεως μὲν ὡς λίθοι καὶ ξύλα, φύσεως δὲ καθάπερ τὰ φυτά, ψυχῆς δὲ τὰ ζῷα. 413

Cf. Galen. de Hipp. et Plat. Plac. VI, p. 521. Kuehn. *οἱ δὲ Στωϊκοὶ οὐδὲ ψυχὴν ὅλως ὀνομάζουσι τὴν τὰ φυτὰ διοικοῦσαν, ἀλλὰ φύσιν.* Marc. Anton. Comm. VI, 14; Philo Alleg. Leg. II, 7, p. 71, ubi Stoici non nominantur. *Ἕξις* quid sit aperit Achill. Tat. Isag. Arat. 14, p. 134. *ἔστι δὲ ἕξις πνεῦμα σώματος συνεκτικόν*: quid

φύσις et *ψυχή*, Philo Leg. Alleg. l. l. *ἔστι δὲ ἡ φύσις ἕξις ἤδη κινουμένη* (cf. 408, not.), *ψυχὴ δέ ἐστι φύσις προσειληφυῖα φαντασίαν καὶ ὁρμήν.* His indicantur rerum naturalium proprietates, quae videntur, si universam Stoicae doctrinae rationem respicimus, nihil aliud nisi diversi gradus esse. Plut. de Stoic. Rep. 41. *Αὐτὸς δὲ* (sc. *ὁ Χρύσιππος*) *πάλιν τὴν ψυχὴν ἀραιότερον πνεῦμα τῆς φύσεως καὶ λεπτομερέστερον ἡγεῖται.* Diog. L. VII, 138 sq. *ἀλλ' ἤδη δι' ὧν μὲν μᾶλλον, δι' ὧν δὲ ἧττον* (sc. *τὴν ψυχὴν διήκειν*). *δι' ὧν μὲν γὰρ ὡς ἕξις κεχώρηκεν, ὡς διὰ τῶν ὀστῶν καὶ τῶν νεύρων· δι' ὧν δὲ ὡς νοῦς, ὡς διὰ τοῦ ἡγεμονικοῦ.*

414 **Nemes. de Nat. Hom. 2, p. 33.** *Ἔτι φησὶν* (sc. *ὁ Κλεάνθης*)*· Οὐδὲν ἀσώματον συμπάσχει σώματι οὐδὲ ἀσωμάτῳ σῶμα, ἀλλὰ σῶμα σώματι· συμπάσχει δὲ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι νοσοῦντι καὶ τεμνομένῳ καὶ τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ· αἰσχυνομένης γοῦν ἐρυθρὸν γίγνεται καὶ φοβουμένης ὠχρόν.* p. 34. *Χρύσιππος δέ φησιν ὅτι ὁ θάνατός ἐστι χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος, οὐδὲν δὲ ἀσώματον ἀπὸ σώματος χωρίζεται· οὐδὲ γὰρ ἐφάπτεται σώματος ἀσώματον· ἡ δὲ ψυχὴ καὶ ἐφάπτεται καὶ χωρίζεται τοῦ σώματος· σῶμα ἄρα ἡ ψυχή.*

Animam corpoream esse inde quoque efficiebant, quod omnia quae efficerent aliquid aut quae efficerentur corpus habere docebant, v. supra n. 402.

415 **Diog. L. VII, 156.** *Ταύτην δὲ* (sc. *τὴν ψυχὴν*) *εἶναι τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα*[a]*· διὸ καὶ σῶμα εἶναι· καὶ μετὰ θάνατον ἐπιμένειν· φθαρτὴν δ' εἶναι, τὴν δὲ τῶν ὅλων ἄφθαρτον, ἧς μέρη εἶναι τὰς ἐν τοῖς ζῴοις.* **157.** *Κλεάνθης μὲν οὖν πάσας* (sc. *ψυχὰς*) *ἐπιδιαμένειν μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως, Χρύσιππος δὲ τὰς τῶν σοφῶν μόνον*[b].

a) Diog. L. VII, 157. *Ζήνων δὲ ὁ Κιτιεὺς — πνεῦμα ἔνθερμον εἶναι τὴν ψυχήν· τούτῳ γὰρ ἡμᾶς εἶναι ἐμπνόους καὶ ὑπὸ τούτου κινεῖσθαι.* Chrys. ap. Galen. de Hipp. et Plat. Plac. III, p. 287. Kuehn. *ἡ ψυχὴ πνεῦμά ἐστι σύμφυτον ἡμῖν συνεχὲς παντὶ τῷ σώματι διῆκον, ἔστ' ἂν ἡ τῆς ζωῆς συμμετρία παρῇ ἐν τῷ σώματι.* Cic. Tusc. I, 9. *Zenoni Stoico animus ignis videtur.* Arius Didymus ap. Euseb. Pr. Ev. XV, 20. *Κλεάνθης — φησὶν ὅτι Ζήνων ψυχὴν λέγει*

— *ἀναθυμίασιν καθάπερ Ἡράκλειτος.* — b) Arius Didymus l. l. *Διαμένειν γὰρ τὰς τῶν ἀποθανόντων ψυχάς· ἔνιοι δὲ τὴν μὲν τοῦ ὅλου ἀΐδιον, τὰς δὲ λοιπὰς συμμίγνυσθαι ἐπὶ τελευτῇ εἰς ἐκείνην.* Sapientum animas robustiores esse et usque ad conflagrationem mundi durare putabant, ceteras imbecilliores quam quae tot vicissitudines sustinerent, Plut. Pl. Ph. IV, 7. Alii ex sapientum animis heroas atque daemonas existere statuebant, Diog. L. VII, 151. *φασὶ δ' εἶναι καί τινας δαίμονας ἀνθρώπων συμπάθειαν ἔχοντας, ἐπόπτας τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων καὶ ἥρωας, τὰς ὑπολελειμμένας τῶν σπουδαίων ψυχάς.*

Plut. de Pl. Ph. IV, 4. *Οἱ Στωϊκοὶ ἐξ ὀκτὼ μερῶν* 416
φασὶ συνιστάναι (sc. *τὴν ψυχήν*), *πέντε μὲν τῶν αἰσθητικῶν, ὁρατικοῦ, ἀκουστικοῦ, ὀσφρητικοῦ, γευστικοῦ, ἁπτικοῦ, ἕκτου δὲ φωνητικοῦ, ἑβδόμου σπερματικοῦ, ὀγδόου αὐτοῦ τοῦ ἡγεμονικοῦ, ἀφ' οὗ ταῦτα πάντα ἐπιτέταται**) *διὰ τῶν οἰκείων ὀργάνων προσφερῶς ταῖς τοῦ πολύποδος πλεκτάναις* [a]. **Sext. Emp. adv. Math. IX, 102.** *Πάσης γὰρ φύσεως καὶ ψυχῆς ἡ καταρχὴ τῆς κινήσεως γίγνεσθαι δοκεῖ ἀπὸ ἡγεμονικοῦ καὶ πᾶσαι αἱ ἐπὶ τὰ μέρη τοῦ ὅλου ἐξαποστελλόμεναι δυνάμεις ὡς ἀπό τινος πηγῆς τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐξαποστέλλονται, ὥστε πᾶσαν δύναμιν τὴν περὶ τὸ μέρος οὖσαν καὶ περὶ τὸ ὅλον εἶναι διὰ τὸ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ ἡγεμονικοῦ διαδίδοσθαι* [b]. **Diog. L. VII, 159.** *ἡγεμονικὸν δ' εἶναι τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι καὶ αἱ ὁρμαὶ γίγνονται καὶ ὅθεν ὁ λόγος ἀναπέμπτεται· ὅπερ εἶναι ἐν καρδίᾳ* [c].

a) Cf. Plut. de Pl. Ph. IV, 21. *ἀπὸ δὲ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἑπτὰ μέρη εἰσὶ τῆς ψυχῆς ἐκπεφυκότα καὶ ἐκτεινόμενα εἰς τὸ σῶμα καθάπερ αἱ ἀπο τοῦ πολύποδος πλεκτάναι,* et paulo post: *ἡ μὲν ὅρασίς ἐστι πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ ἡγεμονικοῦ μέχρις ὀφθαλμῶν, ἀκοὴ δὲ πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρις ὤτων* etc., *τῶν δὲ λοιπῶν τὸ μὲν λέγεται σπέρμα, ὅπερ καὶ αὐτὸ πνεῦμά ἐστι διατεῖνον ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι τῶν παραστατῶν, τὸ δὲ φωνᾶεν ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος εἰρημένον, ὃ καὶ φωνὴν καλοῦσιν, ἔστι πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι φάρυγγος καὶ γλώττης καὶ τῶν οἰκείων*

*) Vulgo *ἐπιτέτακται.* Correximus ex Plut. de Pl. Ph. IV, 21; v. not. a.

ὀργάνων. αὐτὸ δὲ τὸ ἡγεμονικὸν ὥσπερ ἐν κόσμῳ κατοικεῖ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ σφαιροειδεῖ κεφαλῇ. Cf. supra n. 404, not. — b) Propterea negabant distinguendum esse inter rationalem et irrationalem partem animae; *ἡγεμονικὸν* enim rationalis animae esse *λόγον*, quem vocari et *διάνοιαν* et *τὸ λογιστικόν*. Diog. L. VII, 157. Galen. de Hipp. et Plat. Plac. II, p. 244. Kuehn.; Cic. Tusc. IV, 6 sqq.; Diog. L. VII, 111. *δοκεῖ δὲ αὐτοῖς τὰ πάθη κρίσεις εἶναι*, scilicet *πονηράς*, ut animadvertit Plut. de Virt. Moral. 7, qui idem decretum ita explicat: *Ἔνιοι δέ φασιν οὐχ ἕτερον εἶναι τοῦ λόγου τὸ πάθος οὐδὲ δυοῖν διαφορὰν καὶ στάσιν, ἀλλὰ ἑνὸς λόγου τροπὴν ἐπ' ἀμφότερα λανθάνουσαν ἡμᾶς ὀξύτητι καὶ τάχει μεταβολῆς.* — c) Haec sunt adversus Platonem disputata. Praecipuum Zenonis argumentum ita est apud Galenum de Hippocr. et Plat. Plac. II, p. 241 Kuehn. *Φωνὴ διὰ φάρυγγος χωρεῖ· εἰ δὲ ἦν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου χωροῦσα, οὐκ ἂν διὰ φάρυγγος ἐχώρει. ὅθεν δὲ λόγος, καὶ φωνὴ ἐκεῖθεν χωρεῖ· λόγος δὲ ἀπὸ διανοίας χωρεῖ, ὥστ' οὐκ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἐστὶν ἡ διάνοια.*

417 **Cic. de Fato 18. Chrysippus autem quum et necessitatem improbaret et nihil vellet sine praepositis causis evenire, causarum genera distinguit, ut et necessitatem effugiat et retineat fatum. Causarum enim, inquit, aliae sunt perfectae et principales, aliae adiuvantes et proximae. Quam ob rem quum dicimus omnia fato fieri causis antecedentibus, non hoc intelligi volumus, causis perfectis et principalibus, sed causis adiuvantibus antecedentibus et proximis. — — Quae si ipsae non sint in nostra potestate, non sequitur ut ne appetitus quidem sit in nostra potestate. — Quod enim dicantur assensiones fieri causis antepositis, id quale sit facile a se explicari putat. Nam quamquam assensio non possit fieri nisi commota viso, tamen, quum id visum proximam causam habeat, non principalem [a], hanc habet rationem, ut Chrysippus vult, quam dudum diximus, non ut illa quidem fieri possit nulla vi extrinsecus excitata (necesse est enim assensionem viso commoveri), sed revertitur ad cylindrum et ad turbinem suum, quae moveri incipere nisi pulsa non possunt. Id autem quum**

accidit, suapte natura, quod superest, et cylindrum volvi et versari turbinem putat [b].

a) De assensione (*συγκατάθεσις*) et viso (*φαντασία*) v. supra n. 398, cf. Plut. de Stoic. Rep. 47. Assensio non sic visum sequitur, quasi naturali necessitate connexa sint, sed pendet illa ab uniuscuiusque animo atque ingenio, quibus et voluntas et ipsae actiones terminantur. — b) Cf. Gellius N. A. VI, 2, 11. *Sicut, inquit* (sc. Chrysippus), *lapidem cylindrum si per spatia terrae prona atque derupta iacias, causa quidem ei et initium praecipitantiae fueris, mox tamen ille praeceps volvitur, non quia tu id iam facis, sed quoniam ita sese modus eius et formae volubilitas habet: sic ordo et ratio et necessitas fati genera ipsa et principia causarum movet, impetus vero consiliorum mentiumque nostrarum actionesque ipsas voluntas cuiusque propria et animorum ingenia moderantur. Infert deinde verba haec, iis quae dixi congruentia: διὸ καὶ ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων εἴρηται·*

γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας,

ὡς τῶν βλαβῶν ἑκάστοις παρ' αὐτοῖς γιγνομένων καὶ καθ' ὁρμὴν αὐτῶν ἁμαρτανόντων τε καὶ βλαπτομένων καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ θέσιν. Hinc patebit de turbine quem dicit Cicero. Sed differunt Cicero et Gellius eo quod ille Chrysippum dicit distinxisse inter necessitatem et fatum et illam reiecisse, contra ab hoc distinctione ista non commemorata Chrysippus traditur maxime id egisse, ut libertatem voluntatis demonstraret non tolli, etiamsi statueretur necessitas fati. Cf. Trendelenburg *Hist. Beitr.* II, p. 162 sqq.

Diog. L. VII, 147. *Θεὸν δ' εἶναι ζῷον ἀθάνατον,* 418
λογικόν, τέλειον ἢ νοερὸν ἐν εὐδαιμονίᾳ, κακοῦ παντὸς ἀνεπίδεκτον, προνοητικὸν κόσμου τε καὶ τῶν ἐν κόσμῳ· μὴ εἶναι μέντοι ἀνθρωπόμορφον. εἶναι δὲ τὸν μὲν δημιουργὸν τῶν ὅλων καὶ ὥσπερ πατέρα πάντων κοινῶς τε καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ τὸ διῆκον διὰ πάντων, ὃ πολλαῖς προσηγορίαις προσονομάζεσθαι κατὰ τὰς δυνάμεις. Δία μὲν γάρ φασι δι' ὃν τὰ πάντα, Ζῆνα δὲ καλοῦσι παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἴτιός ἐστιν ἢ διὰ τοῦ ζῆν κεχώρηκεν, Ἀθηνᾶν δὲ κατὰ τὴν εἰς αἰθέρα διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ, Ἥραν δὲ κατὰ τὴν εἰς ἀέρα, καὶ Ἥφαιστον κατὰ τὴν εἰς τὸ τεχνικὸν πῦρ, καὶ Ποσειδῶνα κατὰ τὴν εἰς τὸ ὑγρόν, καὶ Δήμητρα κατὰ τὴν εἰς γῆν· ὁμοίως δὲ

καὶ τὰς ἄλλας προσηγορίας ἐχόμενοί τινος οἰκειότητος ἀπέδοσαν [a]. 149. Καθ' εἱμαρμένην δέ φασι τὰ πάντα γίγνεσθαι Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ εἱμαρμένης — καὶ Ζήνων. — ἔστι δ' εἱμαρμένη αἰτία τῶν ὄντων εἰρομένη ἢ λόγος καθ' ὃν ὁ κόσμος διεξάγεται. καὶ μὴν καὶ μαντικὴν ὑφεστάναι πᾶσάν φασιν, εἰ καὶ πρόνοιαν εἶναι [b].

a) Cf. supra n. 404. 407. Exempla harum interpretationum, in quibus summe laboraverant Zeno et Cleanthes et prae ceteris Chrysippus, praeter ea quae apud Diogenem l. c. leguntur exstant apud Ciceronem N. D. I, 15; II, 24 sqq., cf. Phaedr. Epicur. Col. II. III, Krische *Forschungen* p. 463 sqq., Zeller *d. Philos. d. Gr.* III, p. 113 sqq. — b) Cic. Divin. I, 3, 6. *Sed cum Stoici omnia fere illa defenderent, quod et Zeno in suis commentariis quasi semina quaedam sparsisset et ea Cleanthes paulo uberiora fecisset, accessit acerrimo vir ingenio Chrysippus, qui totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno praeterea de oraculis, uno de somniis: quem subsequens unum librum Babylonius Diogenes edidit eius auditor, duo Antipater, quinque noster Posidonius.*

Non spernebant Stoici populares de diis opiniones, sed proficiscebantur ab iis cum deos esse demonstrabant; magnum enim cur deos esse confiteremur argumentum in eo cerni quod omnium gentium hominibus esse viderentur, cf. Cic. N. D. II, 4. *Itaque inter omnes omnium gentium summa constat: omnibus enim innatum est et in animo quasi insculptum esse deos. Quales sint varium est, esse nemo negat.* Maximum vero cur deos esse statuerent argumentum erat omnis naturae, qualem illi esse docebant, et mundi ratio atque compositio: quare omnis eorum theologia erat physica et nil nisi physicae tanquam apex et consummatio, v. Plut. de Stoic. Rep. 9, qui locus citatur supra n. 396, not. Ita deum universum et summum, quem Iovem appellabant, nihil aliud esse volebant quam ipsum mundum, vel mundi substantiam, vel mundi causam procreatricem et providentiam, v. 404. 407 not. a, Diog. L. VII, 148. *οὐσίαν δὲ θεοῦ Ζήνων μέν φησι τὸν ὅλον κόσμον καὶ τὸν οὐρανόν, ὁμοίως δὲ καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ θεῶν καὶ Ποσειδώνιος ἐν πρώτῳ περὶ θεῶν*: ubi quod coelum praeter mundum universum nominatur, hoc eo referendum quod omnem divinam naturam et intelligentiam cum maxime in coelo et sideribus conspici arbitrabantur, cf. Cic. N. D. I, 14 de Zenone et Cleanthe, Krische l. c. p. 385 sq. et supra n. 404 not. Denique in singulis etiam deorum nominibus ac fabulis interpretandis ita maxime versabantur, ut *physicam rationem non inelegantem in eas inclusam esse* demonstrarent,

cf. Cic. N. D. II, 24. et quae in universum satis recte disputantur ab Academiae patrono ib. III, 24. *Magnam molestiam suscepit et minime necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, commenticiarum fabularum reddere rationem, vocabulorum cur quique ita appellati sint causas explicare. Quod quum facitis illud profecto confitemini, longe aliter se rem habere atque hominum opinio sit; eos enim qui dii appellentur rerum naturas esse, non figuras deorum.* Quamquam alii, velut Persaeus Citiensis, cum eos dicerent esse habitos deos, *a quibus magna utilitas ad vitae cultum esset inventa, ipsasque res utiles et salutares deorum esse vocabulis nuncupatas*, in fabulis ad hanc maxime sensum enodandis versabantur, v. Cic. N. D. I, 15; II, 24. Similiter Chrysippus etiam homines in deos mutari docuerat, v. Phaedr. l. c. *καὶ ἀνθρώπους εἰς θεοὺς φησι μεταβαλεῖν*, h. e. ut videtur sapientes, cf. n. 415, not. b.

e. Ethica.

Stob. Ecl. II, p. 132. *Τὸ δὲ τέλος ὁ μὲν Ζήνων* 419
οὕτως ἀπέδωκε, τὸ ὁμολογουμένως ζῆν. τοῦτο δ' ἐστὶ καθ' ἕνα λόγον καὶ σύμφωνον ζῆν, ὡς τῶν μαχομένων ζώων κακοδαιμονούντων[a]*. οἱ δὲ μετὰ τοῦτον προσδιαρθροῦντες οὕτως ἐξέφερον, ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, ὑπολαβόντες ἔλαττον εἶναι κατηγόρημα τὸ ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος ῥηθέν. Κλεάνθης γὰρ πρῶτος διαδεξάμενος αὐτοῦ τὴν αἵρεσιν προσέθηκε τῇ φύσει καὶ οὕτως ἀπέδωκε, τέλος ἐστὶ τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. ὅπερ ὁ Χρύσιππος σαφέστερον βουλόμενος ποιῆσαι ἐξήνεγκε τὸν τρόπον τοῦτον, ζῆν κατ' ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων*[b]

a) Differt Diog. L. VII, 87. *διόπερ πρῶτος ὁ Ζήνων ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου φύσεως τέλος εἶπε τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν.* Cf. Cic. d. Fin. IV, 6, 14. Post *μαχομένων* supple *ἑαυτοῖς*. Seneca Ep. 89, 14. *Vita sibi concors.* Felicitatem (*εὐδαιμονία*), qua terminabant summum bonum, unam consensionem totius vitae esse dicebant. Diog. L. VII, 89. *ἐν αὐτῇ τε* (sc. *τῇ ψυχῇ*) *εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, ἅτ' οὔσῃ ψυχῇ πεποιημένῃ πρὸς τὴν ὁμολογίαν παντὸς τοῦ βίου.* Stob. Ecl. II, p. 138. *τὴν δὲ εὐδαιμονίαν ὁ Ζήνων ὡρίσατο τὸν τρόπον τοῦτον· εὐδαιμονία δ' ἐστὶν εὔροια βίου.* — b) Cf. Chrysipp. ap. Diog. L. VII, 87, qui locus citatur n. 396, not., quem sequuntur haec ib. 88. *διόπερ τέλος γίγνεται τὸ ἀκολούθως τῇ φύσει*

ζῆν, ὅπερ ἐστὶ κατά τε τὴν αὑτοῦ καὶ κατὰ τὴν τῶν ὅλων, οὐδὲν ἐνεργοῦντας ὧν ἀπαγορεύειν εἴωθεν ὁ νόμος ὁ κοινός, ὅσπερ ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος διὰ πάντων ἐρχόμενος, ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διὶ καθηγεμόνι τούτῳ τῆς τῶν ὅλων διοικήσεως ὄντι. Cf. Chrysipp. ap. Plut. de Stoic. Rep. 9 in n. 396, not. Natura igitur, cui convenienter vivendum est, minime impetus est quo quisque feratur naturae neque peculiaris natura hominum, sed summa communis h. e. universa, quae universi lex est; quamquam de hoc loco dissentiebant Cleanthes et Chrysippus, vid. Diog. L. VII, 89. *φύσιν δὲ Χρύσιππος μὲν ἐξακούει, ᾗ ἀκολούθως δεῖ ζῆν, τήν κε κοινὴν καὶ ἰδίως τὴν ἀνθρωπίνην· ὁ δὲ Κλεάνθης τὴν κοινὴν μόνην ἐκδέχεται φύσιν, ᾗ ἀκολουθεῖν δεῖ, οὐκέτι δὲ καὶ τὴν ἐπὶ μέρους.* Ab universa illa naturae lege quum toti pendeamus, id maximo opere agendum ut quaeramus ad quod adipiscendum ipsa natura impellamur, propriae voluntati quam maxime renuntiantes: quo pertinent hi versus Cleanthis apud Epictet. Man. 52:

Ἄγου δέ μ' ὦ Ζεῦ καὶ σύ γ' ἡ Πεπρωμένη
ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος.
ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος· ἢν δὲ μὴ θέλω,
κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

Neque bonum et quod ab eo pendet officium in alio positum est nisi in voluntate, quam habeamus oportet, necessariae isti naturae legi constanter prudenterque obtemperandi. Cic. Tusc. IV, 6. Cleanth. ap. Senec. Benef. VI, 11. *Voluntas est quae apud nos ponit officium.*

420 **Gellius Noct. Att. XII, 5, 7. Natura, inquit (sc. Taurus), omnium rerum, quae nos genuit, induit nobis inolevitque in ipsis statim principiis, quibus nati sumus, amorem nostri et caritatem, ita prorsus ut nihil quidquam esset carius pensiusque nobis quam nosmet ipsi[a]. Atque hoc esse fundamentum rata est conservandae hominum perpetuitatis, si unusquisque nostrum simul atque editus in lucem foret harum prius rerum sensum affectionemque caperet, quae a veteribus philosophis *τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν* appellata sunt[b]: ut omnibus scilicet corporis sui commodis gauderet, ab incommodis omnibus abhorreret. Postea per incrementa aetatis exorta e seminibus suis ratio est et utendi consilii reputatio et honestatis utilitatisque verae contemplatio subtiliorque et exploratior, commodorumque delectus[c]: atque ita**

prae ceteris omnibus enituit et praefulsit decori et honesti dignitas, ac si ei retinendae obtinendaeve incommodum extrinsecus aliquod obstaret, contemtum est. Neque aliud esse vere et simpliciter bonum nisi honestum, aliud quidquam malum nisi quod turpe esset existimatum est. Reliqua omnia, quae in medio forent ac neque honesta essent neque turpia, neque bona esse neque mala decretum est. Productiones tamen et reiectiones*) suis quaeque momentis distinctae divisaeque sunt, quae *προηγμένα καὶ ἀποπροηγμένα* **ipsi vocant [d]. Propterea voluptas quoque et dolor, quod ad finem ipsum bene beateque vivendi pertinet, et in mediis relicta et neque in bonis neque in malis iudicata sunt [e]. Sed enim quoniam his primis sensibus doloris voluptatisque ante consilii et rationis exortum recens natus homo imbutus est et voluptati quidem a natura conciliatus, a dolore autem quasi a gravi quodam inimico abiunctus alienatusque est: idcirco affectiones istas primitus penitusque inditas ratio ipsi addita convellere ab stirpe atque exstinguere vix potest. Pugnat autem cum iis semper et exsultantes eas opprimit obteritque et parere sibi atque obedire cogit.**

a) Cf. Cic. de Fin. III, 5; Diog. L. VII, 85. *Τὴν δὲ πρώτην ὁρμήν φασι (οἱ Στωϊκοί) τὸ ζῷον ἴσχειν ἐπὶ τὸ τηρεῖν ἑαυτό, οἰκειούσης αὐτῷ τῆς φύσεως ἀπ' ἀρχῆς, καθά φησιν ὁ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τελῶν, πρῶτον οἰκεῖον εἶναι λέγων παντὶ ζῴῳ τὴν αὑτοῦ σύστασιν καὶ τὴν ταύτης συνείδησιν· οὔτε γὰρ ἀλλοτριῶσαι εἰκὸς ἦν αὐτὸ τὸ ζῷον οὔτε ποιήσασαν αὐτὸ***) *μήτε ἀλλοτριῶσαι μήτε οἰκειῶσαι. ἀπολείπεται τοίνυν λέγειν συστησαμένην αὐτὸ οἰκειῶσαι πρὸς ἑαυτό· οὕτω γὰρ τά τε βλάπτοντα διωθεῖται καὶ τὰ οἰκεῖα προσίεται.* Idem haud dubie spectans Chrysippus ap. Plut. de Stoic. Rep. 18. *Λυσιτελεῖ ζῆν ἄφρονα μᾶλλον ἢ μὴ βιοῦν, κἂν μηδέποτε μέλλῃ φρονήσειν.* Ideoque etiam animalia hominibus exempla esse possunt; ib. 22. *καὶ πρὸς τὰ θηρία φησὶ* (sc. *ὁ Χρύσιππος*) *δεῖν*

*) Ex coni. Steph. Libb. *relationes.* — **) Libb. *ποιῆσαι ἂν αὐτό.* Corr. Madvig Cic. de Fin. p. 367.

ἀποβλέπειν καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων γιγνομένοις τεκμαίρεσθαι τὸ μηδὲν ἄτοπον μηδὲ παρὰ φύσιν εἶναι τῶν τοιούτων. Quae pertinent ad praecepta Stoicorum de moribus atque institutis quae vulgo obtineant repudiandis, quia quae his notentur ut delicta non sint delicta secundum naturam. — b) De *primis secundum naturam* h. e. quae natura conciliante primum appetuntur, v. Madvig Cic. de Fin. Exc. IV, p. 828 sqq. — c) Cf. Diog. L. VII, 86. *ἐκ περιττοῦ δὲ τῆς ὁρμῆς τοῖς ζῴοις ἐπιγενομένης, ᾗ συγχρώμενα πορεύεται πρὸς τὰ οἰκεῖα, τούτοις μὲν τὸ κατὰ φύσιν τὸ κατὰ τὴν ὁρμὴν διοικεῖσθαι· τοῦ δὲ λόγου τοῖς λογικοῖς κατὰ τελειοτέραν προστασίαν δεδομένου τὸ κατὰ λόγον ζῆν ὀρθῶς γίγνεσθαι αὐτοῖς κατὰ φύσιν· τεχνίτης γὰρ οὗτος ἐπιγίγνεται τῆς ὁρμῆς.* Cic. de Fin. III, 5 sq. IV, 11. *Chrysippus autem exponens differentias animantium ait alias earum corpore excellere, alias autem animo, nonnullas valere utraque re: deinde disputat quod cuiusque generis animantium statui deceat extremum. Quum autem hominem in eo genere posuisset ut ei tribueret animi excellentiam, summum bonum id constituit, non ut excellere animus, sed ut nihil esse praeter animum videretur.* — d) Rigidius illud placitum, non esse bonum nisi quod honestum, mollitur eo quod etiam externa bona, dummodo prudenter iis uteremur, existimatione aliqua digna esse dicebant; esse ea *ἀδιάφορα* quidem, sed *προηγμένα*. Cf. Cic. de Fin. III, 6; Stob. Ecl. II, p. 144. *Ἔτι δὲ τῶν ἀδιαφόρων τὰ μὲν πλείω ἀξίαν ἔχειν, τὰ δ' ἐλάττω — —, καὶ τὰ μὲν προηγμένα, τὰ δὲ ἀποπροηγμένα, τὰ δ' οὐδετέρως ἔχοντα.* Ib. 156. *οὐδὲν δὲ τῶν ἀγαθῶν εἶναι προηγμένον διὰ τὸ τὴν μεγίστην ἀξίαν αὐτὰ ἔχειν. τὸ δὲ προηγμένον τὴν δευτέραν χώραν καὶ ἀξίαν ἔχον συνεγγίζειν πως τῇ τῶν ἀγαθῶν φύσει. — — προηγμένα δὲ λέγεσθαι οὐ τῷ πρὸς εὐδαιμονίαν τινὰ συμβάλλεσθαι συνεργεῖν τι πρὸς αὐτήν, ἀλλὰ τῷ ἀναγκαῖον εἶναι τούτων τὴν ἐκλογὴν ποιεῖσθαι παρὰ τὰ ἀποπροηγμένα.* cf. Diog. L. VII, 105 sqq. In quibus animadvertas severiorem et mitiorem Stoicae doctrinae interpretationem. Posteriorem sequebantur Zeno et Chrysippus, quorum ille *τὸ προηγμένον* non revocabat ad *ἀδιάφορον*, hic autem etiam illud bonum appellari posse concedebat, si modo honesto subiectum esse putaretur. Plut. de Stoic. Rep. 30. — e) Diog. L. VII, 85. *Ὃ δὲ λέγουσί τινες, πρὸς ἡδονὴν γίγνεσθαι τὴν πρώτην ὁρμὴν τοῖς ζῴοις, ψεῦδος ἀποφαίνουσιν.* 86. *ἐπιγέννημα γάρ φασιν, εἰ ἄρα ἐστίν, ἡδονὴν εἶναι, ὅταν αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ φύσις ἐπιζητήσασα τὰ ἐναρμόζοντα τῇ συστάσει ἀπολάβῃ*, cf. Suid. v. *ὁρμή*. *Ἐπιγεννηματικὸν* quo sensu dicatur liquet ex Cic. de Fin. III, 9. Et hac quoque parte potest inter rigidiorem et mitiorem Stoicae formulae interpretationem distingui, quarum illa apud eos invenitur qui *ἡδονὴν πάθος* animae esse, Cic. de Fin. III, 10, Diog. L. VII, 110, Stob. Ecl.

II, p. 166, et *χαρὰν* ab ea differre statuebant, Diog. L. VII, 116. Quid quod Cleanthes voluptatem naturae contrariam esse affirmabat. Sext. Emp. adv. Math. XI, 73. *Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἀδιάφορον καὶ οὐ προηγμένον* (sc. *εἶναι τὴν ἡδονήν*). *ἀλλὰ Κλεάνθης μὲν μήτε κατὰ φύσιν αὐτὴν εἶναι μήτε ἀξίαν ἔχειν ἐν τῷ βίῳ, καθάπερ δὲ τὸ κάλλυντρον κατὰ φύσιν μὴ εἶναι· ὁ δὲ Ἀρχέδημος κατὰ φύσιν μὲν εἶναι ὡς τὰς ἐν μασχάλῃ τρίχας, οὐχὶ δὲ καὶ ἀξίαν ἔχειν.*

Diog. L. VII, 101. *Δοκεῖ δὲ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἴσα* 421
εἶναι [a] *καὶ πᾶν ἀγαθὸν ἐπ' ἄκρον εἶναι αἱρετὸν καὶ μήτ' ἄνεσιν μήτ' ἐπίτασιν ἐπιδέχεσθαι. τῶν δὲ ὄντων φασὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ εἶναι, τὰ δὲ κακά, τὰ δ' οὐδέτερα.* 102. *ἀγαθὰ μὲν οὖν τάς τ' ἀρετάς, φρόνησιν, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν, σωφροσύνην καὶ τὰ λοιπά· κακὰ δὲ τὰ ἐναντία, ἀφροσύνην, ἀδικίαν καὶ τὰ λοιπά· οὐδέτερα δὲ ὅσα μήτ' ὠφελεῖ μήτε βλάπτει, οἷον ζωή, ὑγίεια, ἡδονή, κάλλος, ἰσχύς, πλοῦτος, εὐδοξία, εὐγένεια καὶ τὰ τούτοις ἐναντία, θάνατος, νόσος, πόνος, αἶσχος, ἀσθένεια, πενία, ἀδοξία, δυσγένεια καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. — — μὴ γὰρ εἶναι ταῦτ' ἀγαθά, ἀλλ' ἀδιάφορα κατ' εἶδος προηγμένα.* 103. *ὡς γὰρ ἴδιον θερμοῦ τὸ θερμαίνειν, οὐ τὸ ψύχειν, οὕτω καὶ ἀγαθοῦ τὸ ὠφελεῖν, οὐ τὸ βλάπτειν· οὐ μᾶλλον δ' ὠφελεῖ ἢ βλάπτει ὁ πλοῦτος καὶ ἡ ὑγίεια· οὐκ ἄρ' ἀγαθὸν οὔτε πλοῦτος οὔθ' ὑγίεια. ἔτι τέ φασιν, ᾧ ἔστιν εὖ καὶ κακῶς χρῆσθαι, τοῦτ' οὐκ ἔστιν ἀγαθόν· πλούτῳ δὲ καὶ ὑγιείᾳ ἔστιν εὖ καὶ κακῶς χρῆσθαι· οὐκ ἄρ' ἀγαθὸν πλοῦτος καὶ ὑγίεια.*

a) Cic. de Fin. III, 14. *Crescere bonorum finem non putamus. Ut enim qui demersi sunt in aqua nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt a summo, ut iam iamque possint emergere, quam si etiam tum essent in profundo; nec catulus ille qui iam appropinquat ut videat, plus cernit quam is qui modo est natus: item qui processit aliquantum ad virtutis aditum nihilo minus in miseria est quam ille qui nihil processit.* Ib. IV, 27. *Peccata paria quonam modo? Quia nec honesto quicquam honestius nec turpi turpius. — — Ut — in fidibus pluribus, si nulla earum ita contenta sit nervis*) ut*

*) H. e. *si ex pluribus organis musicis nervos habentibus nul-*

concentum servare possit, omnes aeque incontentae sint, sic peccata quia discrepant aeque discrepant: paria sunt igitur. Cf. Cic. Parad. 3; Diog. L. VII, 120.

Ita Stoici severiores, cf. et Stob. Ecl. II, p. 202. *τὸ ἀγαθὸν ἀρετή ἐστιν ἢ τὸ μετέχον ἀρετῆς.* Diog. L. VII, 101. Qui mitiorem disciplinam sequebantur alia praeter virtutem bona esse statuebant. Stob. Ecl. II, p. 92. *τῶν δ' ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι ἀρετὰς τὰ δ' οὔ. φρόνησιν μὲν οὖν καὶ σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν ἀρετάς, χαρὰν δὲ καὶ εὐφροσύνην καὶ θάρσος καὶ βούλησιν καὶ τὰ παραπλήσια οὐκ εἶναι ἀρετάς,* cf. ib. p. 98 sq., p. 126 sqq., ubi haec fusius exeutiuntur. Contraria ratio in eo cernitur quod *προηγμένοις* et *ἀδιαφόροις* etiam utiles artes adnumerantur et quae faciunt ad ingenium exercendum, itemque *ἡ προκοπή*, de qua dicetur n. 423, v. Stob. Ecl. II, p. 146; Diog. L. VII, 106.

422 **Stob. Ecl. II, p. 104.** *Κοινότερον δὲ τὴν ἀρετὴν διάθεσιν* [a] *εἶναί φασι ψυχῆς σύμφωνον αὐτῇ περὶ ὅλον τὸν βίον. τῶν δ' ἀρετῶν τὰς μὲν εἶναι πρώτας τὰς δὲ ταῖς πρώταις ὑποτεταγμένας* [b]. *πρώτας δὲ τέτταρας εἶναι, φρόνησιν, σωφροσύνην, ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην* [c]. **Ib. p. 108.** *ταύτας μὲν οὖν τὰς ῥηθείσας ἀρετὰς τελείας εἶναι λέγουσι περὶ τὸν βίον καὶ συνεστηκέναι ἐκ θεωρημάτων· ἄλλας δὲ ἐπιγίγνεσθαι ταύταις οὐκ ἔτι τέχνας οὔσας, ἀλλὰ δυνάμεις τινὰς ἐπὶ τῆς ἀσκήσεως περιγιγνομένας, οἷον τὴν ὑγείαν τῆς ψυχῆς καὶ τὴν ἀρτιότητα καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῆς καὶ τὸ κάλλος* [d]. — — *πάσας δὲ τὰς ἀρετάς, ὅσαι ἐπιστῆμαί εἰσι καὶ τέχναι, κοινά τε θεωρήματα ἔχειν καὶ τέλος — τὸ αὐτό, διὸ καὶ ἀχωρίστους εἶναι· τὸν γὰρ μίαν ἔχοντα πάσας ἔχειν καὶ τὸν κατὰ μίαν πράττοντα κατὰ πάσας πράττειν.* — — *πάσας γὰρ τὰς ἀρετὰς τὰ πασῶν βλέπειν καὶ τὰ ὑποτεταγμένα ἀλλήλαις* [e].

a) Stoici virtutem non *ἕξιν* esse, quemadmodum docebat Aristoteles, sed *διάθεσιν* statuebant, v. Diog. L. VII, 89. 98; Stob. Ecl. II p. 98. Quae qua significatione dicatur luculentissime cer-

---

lius nervi ita intenti sunt, ut concentum servare possit. Madvig. Plerumque editur *numeris.*

nitur ex Simpl. in Arist. Cat. fol. 61 *B*. Schol. Arist. p. 70 b sqq. *Καὶ γὰρ τὰς μὲν ἕξεις ἐπιτείνεσθαί φασι δύνασθαι καὶ ἀνίεσθαι, τὰς δὲ διαθέσεις ἀνεπιτάτους εἶναι καὶ ἀνανέτους· διὸ καὶ τὴν εὐθύτητα τῆς ῥάβδου, κἂν εὐμετάβολος ᾖ, δυναμένη κάμπτεσθαι, διάθεσιν εἶναί φασι· μὴ γὰρ ἀνεθῆναι ἢ ἐπιταθῆναι τὴν εὐθύτητα, μηδὲ ἔχειν τὸ μᾶλλον ἢ ἧττον, διόπερ εἶναι διάθεσιν.* cf. ib. fol. 72 *Δ*; Schol. Arist. p. 76 a. Quo sensu virtus dicatur *διάθεσις* v. n. 423. — b) Inferiorum virtutum recensum habes ap. Stob. Ecl. II, p. 106 sq., Diog. L. VII, 92 sq.; 126. — c) Cf. Diog. L. VII, 92; Stob. p. 102 sq. *φρόνησιν δ' εἶναι ἐπιστήμην ὧν ποιητέον καὶ οὐ ποιητέον καὶ οὐδετέρων ἢ ἐπιστήμην ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων, — σωφροσύνην δ' εἶναι ἐπιστήμην αἱρετῶν καὶ φευκτῶν καὶ οὐδετέρων, δικαιοσύνην δ' ἐπιστήμην ἀπονεμητικὴν τῆς ἀξίας ἑκάστῳ, ἀνδρείαν δὲ ἐπιστήμην δεινῶν καὶ οὐ δεινῶν καὶ οὐδετέρων. — καὶ τὴν μὲν φρόνησιν περὶ τὰ καθήκοντα γίγνεσθαι, τὴν δὲ σωφροσύνην περὶ τὰς ὁρμὰς τοῦ ἀνθρώπου, τὴν δὲ ἀνδρείαν περὶ τὰς ὑπομονάς, τὴν δὲ δικαιοσύνην περὶ τὰς ἀπονεμήσεις.* — d) Diog. L. VII, 90. *τῇ γὰρ σωφροσύνῃ τεθεωρημένῃ ὑπαρχούσῃ συμβαίνει ἀκολουθεῖν καὶ παρεκτείνεσθαι τὴν ὑγίειαν, καθάπερ τῇ ψαλίδος οἰκοδομίᾳ τὴν ἰσχὺν ἐπιγίγνεσθαι.* — e) Cf. Plut. de Stoic. Rep. 7., ubi Zeno dicitur omnes virtutes ad *φρόνησιν* revocasse; Diog. L. VII, 125. Ceterum Stoicis cum virtus scientia faciendorum esse videretur, conveniens erat ut virtutem doceri posse affirmarent. Diog. L. VII, 91. Sed recte facere cum scientia coniunctissimem esse, v. n. 396, ideoque rationalem vitam consociationem vitae theoreticae et practicae esse dicebant. Diog. L. VII, 130. *Βίων δὲ τριῶν ὄντων, θεωρητικοῦ καὶ πρακτικοῦ καὶ λογικοῦ, τὸν τρίτον φασὶν αἱρετέον. γεγονέναι γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπίτηδες τὸ λογικὸν ζῷον πρὸς θεωρίαν καὶ πρᾶξιν.*

Diog. L. VII, 127. *Ἀρέσκει δ' αὐτοῖς μηδὲν μέσον* 423
εἶναι ἀρετῆς καὶ κακίας, τῶν Περιπατητικῶν μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας εἶναι λεγόντων τὴν προκοπήν[a]*· ὡς γὰρ δεῖν φασὶν ἢ ὀρθὸν εἶναι ξύλον ἢ στρεβλόν, οὕτως ἢ δίκαιον ἢ ἄδικον, οὔτε δὲ δικαιότερον οὔτε ἀδικώτερον, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. καὶ μὴν τὴν ἀρετὴν Χρύσιππος μὲν ἀποβλητήν, Κλεάνθης δὲ ἀναπόβλητον· ὁ μὲν ἀποβλητὴν διὰ μέθην καὶ μελαγχολίαν, ὁ δ' ἀναπόβλητον διὰ βεβαίους καταλήψεις*[b]*. κατ' αὐτὴν**) *δὲ αἱρετὴν*

*) Vulg. *καὶ αὐτήν*. Corr. C. Fr. Herm. in cens. ed. Huebner.

εἶναι. αἰσχυνόμεθα γοῦν ἐφ' οἷς κακῶς πράττομεν, ὡς ἂν μόνον τὸ καλὸν εἰδότες ἀγαθόν. αὐτάρκη τ' εἶναι αὐτὴν πρὸς εὐδαιμονίαν, καθά φησι Ζήνων καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀρετῶν καὶ Ἑκάτων ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἀγαθῶν. 128. „Εἰ γάρ", φησίν, „αὐτάρκης ἐστὶν ἡ μεγαλοψυχία πρὸς τὸ πάντων ὑπεράνω ποιεῖν, ἔστι δὲ μέρος τῆς ἀρετῆς, αὐτάρκης ἔσται καὶ ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, καταφρονοῦσα καὶ τῶν δοκούντων ὀχληρῶν [c]".

a) Hoc non ita accipiendum, quasi prorsus negaverint esse προκοπὴν h. e. profectum in virtute; sed negabant προκοπὴν esse medium inter virtutem et vitium. Eo spectat simile de catulo sumtum supra in n. 421. not. a, ex Cic. de Fin. III, 14 allatum. V. Chrysippus ap. Stob. Serm. CIII, 22. Ὁ δ' ἐπ' ἄκρον, φησί, προκόπτων ἅπαντα πάντως ἀποδίδωσι τὰ καθήκοντα καὶ οὐδὲν παραλείπει. τὸν δὲ τούτου βίον οὐκ εἶναί πω φησὶν εὐδαίμονα, ἀλλ' ἐπιγίγνεσθαι αὐτῷ τὴν εὐδαιμονίαν, ὅταν αἱ μέσαι πράξεις αὗται προσλάβωσι τὸ βέβαιον καὶ ἑκτικὸν καὶ ἰδίαν πῆξίν τινα λάβωσιν. Quod patet eodem spectare quo omnis τοῦ προηγμένου finitio, videlicet ut nimius formulae rigor inhibeatur et emolliatur. Diversos proficientium gradus prosequitur Seneca Ep. 75, 6. — b) Etiam in his Cleanthes restrictiori disciplinae, Chrysippus laxiori favebat. De hoc v. Simpl. in Cat. fol. 102 *A*. Schol. in Arist. p. 86 b.; Plut. de Stoic. Rep. 27. Cum Cleanthe faciunt quae traduntur a Diog. L. VII, 118, coll. Cic. Tusc. III, 5. — c) Stoicus sapiens sentit quidem dolorem et incommodum omne, sed vincitur hoc per illum, quippe fortiorem; Senec. Ep. 9. Possumus enim dolore et metu affici et nihilominus superiores esse h. e. impetu eorum non pati nos regi in agendo; Plut. de Comm. Notit. 25. In hoc cernitur impatientia (ἀπάθεια) quam vocabant sapientis, v. n. 426, not. b. De αὐταρκείᾳ virtutis v. Cic. Parad. 2.

424 **Diog. L. VII, 107.** Ἔτι δὲ καθῆκόν φασιν εἶναι ὃ πραχθὲν*) εὔλογόν τιν' ἴσχει ἀπολογισμόν, οἷον τὸ ἀκόλουθον ἐν τῇ ζωῇ, ὅπερ καὶ ἐπὶ τὰ φυτὰ καὶ ζῷα διατείνει· ὁρᾶσθαι γὰρ κἀπὶ τούτων καθήκοντα. **108.** κατωνομάσθαι δ' οὕτως ὑπὸ πρώτου Ζήνωνος τὸ καθῆκον

*) Codd. προαχθέν. Corr. Menag. ex Sext. Emp. adv. Math. VII, 158, cf. Stob. Ecl. II, p. 158.

ἀπὸ τοῦ κατά τινας ἥκειν τῆς προσονομασίας εἰλημμένης· ἐνέργημα δ' αὐτὸ εἶναι ταῖς κατὰ φύσιν κατασκευαῖς οἰκεῖον. τῶν γὰρ καθ' ὁρμὴν ἐνεργουμένων τὰ μὲν καθήκοντα εἶναι, τὰ δὲ παρὰ τὸ καθῆκον, τὰ δ' οὔτε καθήκοντα οὔτε παρὰ τὸ καθῆκον. καθήκοντα μὲν οὖν εἶναι ὅσα λόγος αἱρεῖ ποιεῖν, ὡς ἔχει γονεῖς τιμᾶν, ἀδελφούς, πατρίδα, συμπεριφέρεσθαι φίλοις· παρὰ τὸ καθῆκον δὲ ὅσα μὴ αἱρεῖ λόγος, ὡς ἔχει τὰ τοιαῦτα, γονέων ἀμελεῖν, ἀδελφῶν ἀφροντιστεῖν, φίλοις μὴ συνδιατίθεσθαι, πατρίδα ὑπερορᾶν καὶ τὰ παραπλήσια· **109.** οὔτε δὲ καθήκοντα οὔτε παρὰ τὸ καθῆκον ὅσα οὔθ' αἱρεῖ λόγος πράττειν οὔτ' ἀπαγορεύει, οἷον κάρφος ἀνελέσθαι, γραφεῖον κρατεῖν ἢ στλεγγίδα καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. **Stob. Ecl. II, p. 158.** Τῶν δὲ καθηκόντων τὰ μὲν εἶναί φασι τέλεια, ἃ δὴ καὶ κατορθώματα λέγεσθαι· κατορθώματα δ' εἶναι τὰ κατ' ἀρετὴν ἐνεργήματα, οἷον τὸ φρονεῖν, τὸ δικαιοπραγεῖν. οὐκ εἶναι δὲ κατορθώματα τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα, ἃ δὴ οὐδὲ τέλεια καθήκοντα προσαγορεύουσιν, ἀλλὰ μέσα, οἷον τὸ γαμεῖν, τὸ πρεσβεύειν, τὸ διαλέγεσθαι, τὰ τούτοις ὅμοια. — — πᾶν δὲ τὸ παρὰ τὸ καθῆκον ἐν λογικῷ γιγνόμενον ἁμάρτημα εἶναι· τὸ δὲ καθῆκον τελειωθὲν κατόρθωμα γίγνεσθαι.

Cf. Cic. de Off. I, 3; Stob. Ecl. II, p. 184. 192. 220. Secundum Chrysippum in n. 423., not. a., laudatum omnia officia sunt *μέσαι πράξεις* et actiones *τῶν προκοπτόντων*, *κατορθώματα* autem eaedem actiones, sed agente sapiente, Clem. Alex. Paed. I, 13, p. 136 B. *τὸ δὲ κατορθούμενον κατὰ τὴν τοῦ λόγου ὑπακοὴν προσῆκον καὶ καθῆκον Στωϊκῶν ὀνομάζουσι παῖδες.* Cic. d. Off. III, 3, 14. *Haec enim omnia officia, de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant: ea communia sunt et late patent; quae et ingenii bonitate multi assequuntur et progressione discendi. Illud autem officium, quod rectum iidem appellant, perfectum atque absolutum est et ut iidem dicunt omnes numeros habet nec praeter sapientem cadere in quemquam potest.*

Cicero Tusc. IV, 5. Quia Chrysippus et Stoici, 425
quum de animi perturbationibus disputant [a], magnam

partem in iis partiendis et definiendis occupati sunt, — utamur Stoicorum definitionibus et partitionibus, qui mihi videntur in hac quaestione versari acutissime. 6. Est igitur Zenonis haec definitio, ut perturbatio sit, quod πάθος ille dicit, aversa a recta ratione contra naturam animi commotio. Quidam brevius, perturbationem esse appetitum vehementiorem; sed vehementiorem eum volunt esse qui longius discesserit a naturae constantia [b]. Partes autem perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci et ex duobus opinatis malis. Ita esse quatuor: ex bonis *libidinem* et *laetitiam*, ut sit laetitia praesentium bonorum, libido futurorum, ex malis *metum* et *aegritudinem* nasci censent, metum futuris, aegritudinem praesentibus [c]. 7. Omnes perturbationes iudicio censent fieri et opinione [d]. Itaque eas definiunt pressius, ut intelligatur non modo quam vitiosae, sed etiam quam in nostra sint potestate. Est igitur *aegritudo* opinio recens mali praesentis, in quo demitti contrahique animo rectum esse videatur, *laetitia* opinio recens boni praesentis, in quo efferri rectum esse videatur, *metus* opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur, *libido* opinio venturi boni, quod sit ex usu iam praesens esse atque adesse. Sed quae iudicia quasque opiniones perturbationum esse dixi, non in eis perturbationes solum positas esse dicunt, verum illa etiam quae efficiuntur perturbationibus: ut aegritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi et fugam, laetitia profusam hilaritatem, libido effrenatam appetentiam. *Opinationem* autem, quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem [e]. 9. Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt *intemperantiam*, quae est a tota mente et a recta ratione defectio, sic aversa a praescriptione rationis, ut nullo modo appeti-

tiones animi nec regi nec contineri queant. 10. Ex perturbationibus autem primum *morbi* conficiuntur, quae vocant illi *νοσήματα*, eaque quae sunt eis morbis contraria, quae habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium: deinde *aegrotationes*, quae appellantur a Stoicis *ἀρρωστήματα*, hisque item oppositae contrariae offensiones. Hoc loco nimium operae consumitur a Stoicis, maxime a Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo [f].

a) Etiam hunc locum primi Stoici excoluerunt. Scripserant *περὶ παθῶν* Zeno, Chrysippus, alii, v. Diog. L. VII, 110 sqq., Stob. Ecl. II, p. 166 sqq. ubi multa inde excerpta reperiuntur. — b) Diog. L. l. c. *ἔστι δὲ τὸ πάθος κατὰ Ζήνωνα ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις ἢ ὁρμὴ πλεονάζουσα.* — c) Stob. l. c. *τοῦ δὲ πάθους τοιούτου ὄντος ὑποληπτέον τὰ μὲν πρῶτα εἶναι καὶ ἀρχηγά, τὰ δ' εἰς ταῦτα τὴν ἀναφορὰν ἔχειν. πρῶτα δ' εἶναι τῷ γένει ταῦτα τὰ τέσσαρα, ἐπιθυμίαν, φόβον, λύπην, ἡδονήν. ἐπιθυμίαν μὲν οὖν καὶ φόβον προηγεῖσθαι τὴν μὲν πρὸς τὸ φαινόμενον ἀγαθόν, τὴν δὲ πρὸς τὸ φαινόμενον κακόν. ἐπιγίγνεσθαι δὲ τούτοις ἡδονὴν καὶ λύπην, ἡδονὴν μὲν ὅταν τυγχάνωμεν ὧν ἐπιθυμοῦμεν ἢ ἐκφύγωμεν ἃ ἐφοβούμεθα, λύπην δὲ ὅταν ἀποτυγχάνωμεν ὧν ἐπιθυμοῦμεν ἢ περιπέσωμεν οἷς ἐφοβούμεθα.* — d) Cic. Acad. post. I, 10, 39. *Quumque eas perturbationes antiqui naturales esse dicerent et rationis expertes, aliaque in parte animi cupiditatem, alia rationem collocarent, ne his quidem assentiebatur (Zeno). Nam et perturbationes voluntarias esse putabat opinionisque iudicio suscipi, et omnium perturbationum arbitrabatur matrem esse immoderatam quandam intemperantiam.* Propterea Chrysippus *τὰ πάθη κρίσεις εἶναι* docebat, v. Diog. L. l. c. *ἥ τε γὰρ φιλαργυρία ὑπόληψίς ἐστι τοῦ τὸ ἀργύριον καλὸν εἶναι καὶ ἡ μέθη δὲ καὶ ἡ ἀκολασία ὁμοίως καὶ τἆλλα.* — e) Sequitur singularum perturbationum recensus: *Singulis perturbationibus partes eiusdem generis plures subiiciuntur, ut aegritudini invidentia, aemulatio, obtrectatio* etc. Deinde singulae definiuntur. Graeca exstant ap. Diog. L. VII, 111 sq., Stob. Ecl. II, p. 174. — f) Diog. L. VII, 115. *ὡς δὲ λέγεταί τινα ἐπὶ τοῦ σώματος ἀρρωστήματα, οἷον ποδάγρα καὶ ἀρθρίτιδες, οὕτω κἀπὶ τῆς ψυχῆς φιλοδοξία καὶ φιληδονία καὶ τὰ παραπλήσια* etc. Contraria his morbis dicebantur quae nasci putabantur a metu, velut odium mulierum, *μισανθρωπία* etc. Porro a morbis atque aegrotationibus animi distinguebantur *vitia* et *vitiositas,* quam definiebant esse habitum aut

affectionem in tota vita inconstantem et a se ipsa dissentientem. Denique ut in malis, sic etiam in bonis animi ac corporis similitudinem esse docebant, v. Cic. l. c. 13. *Sunt enim in corpore praecipua pulchritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas, sunt item in animo. Ut enim corporis temperatio quum ea congruunt inter se e quibus constamus sanitas, sic animi dicitur quum eius iudicia opinionesque concordant. — Et ut corporis est quaedam apta figura membrorum cum coloris quadam suavitate eaque dicitur pulchritudo, sic in animo opinionum iudiciorumque aequabilitas et constantia, cum firmitate quadam et stabilitate virtutem subsequens aut virtutis vim ipsam continens, pulchritudo vocatur.*

426 **Stob. Ecl. II, p. 116.** *Φαϲὶ δὲ καὶ πάντα ποιεῖν τὸν ϲοφὸν κατὰ πάϲας τὰς ἀρετάς· πᾶϲαν γὰρ πρᾶξιν τελείαν αὐτοῦ εἶναι, διὸ καὶ μηδεμίαν ἀπολελεῖφθαι ἀρετῆς*[a]. *ἀκολούθως γὰρ τούτοις δογματίζουϲι καὶ ὅτι κατὰ νοῦν ἔχων καὶ διαλεκτικῶς *) ποιεῖ καὶ ϲυμποτικῶς καὶ ἐρωτικῶς*[b]. **Ib. p. 120.** *τὸ γὰρ κατὰ λόγον ὀρθὸν ἐπιτελεῖν πάντα καὶ οἷον κατ' ἀρετήν, περὶ ὅλον οὖϲαν τὸν βίον τέχνην, ἀκόλουθον ᾠήθηϲαν τῷ περὶ τοῦ πάντ' εὖ ποιεῖν τὸν ϲοφὸν δόγμα· κατὰ τὸ ἀνάλογον δὲ καὶ τὸν φαῦλον πάντα ὅϲα ποιεῖ κακῶς ποιεῖν καὶ κατὰ πάϲας τὰς κακίας. φιλομουϲίαν δὲ καὶ φιλογραμματείαν καὶ φιλιππίαν καὶ φιλοκυνηγίαν καὶ καθόλου τὰς **) ἐγκυκλίους λεγομένας τέχνας ἐπιτηδεύματα μὲν καλοῦϲιν, ἐπιϲτήμας δ' οὔ, ἐν ***) ταῖς ϲπουδαίαις ἕξεϲι ταῦτα καταλείποντες*[c]. *καὶ ἀκολούθως μόνον τὸν ϲοφὸν φιλόμουϲον εἶναι λέγουϲι καὶ φιλογράμματον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κατὰ τὸ ἀνάλογον. τό τε ἐπιτήδευμα τοῦτον ἐπιγράφουϲι τὸν τρόπον, ὁδὸν διὰ τέχνης ἡμέρου ἄγουϲαν ἐπὶ τὴν κατ' ἀρετήν* †). *μόνον δέ φαϲι τὸν ϲοφὸν καὶ μάντιν ἀγαθὸν εἶναι καὶ ποιητὴν καὶ ῥήτορα καὶ διαλεκτικὸν καὶ κριτικόν, οὐ πάντα δὲ διὰ τὸ προϲδεῖϲθαι εἴς* ††) *τινα τούτων καὶ*

*) Vulg. *διαδεκτικῶς*. Corr. Heeren. — **) Vulg. *κατά*. Corr. Heeren. — ***) Codd. *ἐν* — *καταλείπουϲι*. Heeren *ἕν τε* — *καταλείπουϲι*. — †) Codd. *ἐπὶ κατ' ἀρετήν*. Heer. eiecit *ἐπί*. — ††) Codd. *εἰ* et deinde *ἀναλήψεων*. Corr. Heeren.

θεωρημάτων τινῶν ἀναλήψεως. Ib. p. 122. Λέγουσι δὲ καὶ ἱερέα μόνον εἶναι τὸν σοφόν, φαῦλον δὲ μηδένα· τὸν γὰρ ἱερέα εἶναι δεῖν ἔμπειρον νόμων τῶν περὶ θυσίας καὶ εὐχὰς καὶ καθαρμοὺς καὶ ἱδρύσεις καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἄλλων, διά τε τὸ εὐσεβείας δεῖσθαι καὶ ἐμπειρίας τῆς τῶν θεῶν θεραπείας καὶ ἐντὸς εἶναι τῆς φύσεως τῆς θείας [d]. μηδενὶ δέ τι τούτων ὑπάρχειν τῶν φαύλων, διὸ καὶ πάντας εἶναι τοὺς ἄφρονας ἀσεβεῖς. Ib. p. 124. ἔτι δὲ λέγουσι πάντα φαῦλον μαίνεσθαι, ἄγνοιαν ἔχοντα αὑτοῦ καὶ τῶν καθ' αὑτόν, ὅπερ ἐστὶ μανία [e].

a) Quidquid agit sapiens, *κατόρθωμα* est, v. n. 424, not. Ei soli *voluntas* tribuenda h. e. quam Stoici dicebant *βούλησιν* i. e. constans appetitio recti, opposita caeca libidine, v. Cic. Tusc. IV, 6, 12. — b) Solus sapiens *ἀπαθής*, Diog. L. VII, 117; Cic. Tusc. IV, 17, 37. *Ergo is, quisquis est, qui moderatione et constantia quietus animo est sibique ipse placatus, ut nec tabescat molestiis nec frangatur timore nec sitienter quid expetens ardeat desiderio nec alacritate futili gestiens deliquescat, is est sapiens quem quaerimus, is est beatus.* — c) *ἐπιτηδεύματα* enim pertinent ad *ἕξεις*, *ἐπιστῆμαι* et *ἀρεταὶ* ad *διαθέσεις*. Cf. n. 422, not. a, Stob. Ecl. II, p. 128. Propterea *ἐγκύκλιοι τέχναι* etiam *μέσαι* ab iis nominabantur. Simpl. in Cat. fol. 72 *Δ*. Schol. Arist. p. 76 a. — d) Cic. N. D. II, 28, 71. *Cultus autem deorum est optimus idemque castissimus atque sanctissimus plenissimusque pietatis, ut eos semper pura, integra, incorrupta et mente et voce veneremur.* — e) Cf. Cic. Tusc. III, 5, 10, Parad. 4, Diog. L. VII, 124.

Vides duo quasi genera hominum opponi, bonorum et pravorum. In illos omnes virtutes, omnes laudes, in hos omnia vitia, omnia opprobria cumulantur, v. Stob. Ecl. II, p. 198. *ἀρέσκει γὰρ τῷ τε Ζήνωνι καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ Στωϊκοῖς φιλοσόφοις δύο γένη τῶν ἀνθρώπων εἶναι, τὸ μὲν τῶν σπουδαίων τὸ δὲ τῶν φαύλων, καὶ τὸ μὲν τῶν σπουδαίων διὰ παντὸς τοῦ βίου χρῆσθαι ταῖς ἀρεταῖς, τὸ δὲ τῶν φαύλων ταῖς κακίαις* etc. De laudibus bonorum s. sapientum cf. Cic. Acad. pr. II, 44, 136; Parad. 5. 6; Diog. L. VII, 119. *θείους τε εἶναι* (sc. *τοὺς σοφούς*)· *ἔχειν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς οἱονεὶ θεόν.* Plut. de Stoic. Rep. 13; de Comm. Notit. 33 ex Chrysippo: *ἀρετῇ τε γὰρ οὐχ ὑπερέχειν τὸν Δία τοῦ Δίωνος, ὠφελεῖσθαί τε ὁμοίως ὑπ' ἀλλήλων τὸν Δία καὶ τὸν Δίωνα σοφοὺς ὄντας.* Nimi-

rum inter sapientes omnia communia. Stob. Ecl. II, p. 204. *καὶ τον σπουδαῖον εἶναι μόνον πλούσιον καὶ ἐλεύθερον, τὸν δὲ φαῦλον τοὐναντίον πένητα — καὶ δοῦλον.* Paradoxon, quod in ista doctrina inest, eo efficitur quod fingebant sapientem omnibus virtutibus absolutum h. e. ad mores et officia absolute intelligentem esse, etiamsi homo natus sit nihilque humani ab se alienum habeat neque sapiat omnia quae possunt doceri, velut qui nostro loco encycliarum artium rudis esse dicitur. Cui argumento congruenter sapientem statuebant neque falli posse neque delinquere quicquam neque idcirco poenitentiam agere unquam, Stob. Ecl. II, p. 232 sqq. Omnia eum bene agere perfectamque a lege potestatem habere, Diog. L. VII, 125, etiamsi turpiter et obscene agere videatur, v. Diog. L. VII, 188. Etiam vitae suae vim afferre licet sapienti, si pietatis officium aliquod praestandum sit aut ultima necessitas ingruerit, v. Diog. L. VII, 130. *εὐλόγως τέ φασιν ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν καὶ ὑπὲρ πατρίδος καὶ ὑπὲρ φίλων, κἂν ἐν σκληροτέρᾳ γένηται ἀλγηδόνι ἢ πηρώσεσιν ἢ νόσοις ἀνιάτοις*, cf. Stob. Ecl. II, p. 226; Cic. de Fin. III, 18, 60. Et constat Stoicos, praesertim inter Romanos, in eo quod vitae se subducere liceat morte voluntaria (*ἐξαγωγὴν* dicere solebant) vel libertatem sapientis cerni putasse, cf. Seneca Ep. XII extr. *Agamus deo gratias quod nemo in vita teneri potest.* Ceterum si sapientes num qui exstiterint interrogabantur, Socratem, Antisthenem, Diogenem proximos fuisse affirmabant, Diog. L. VII, 91. Consummate sapientes si unquam exstiterint, beatioribus eos fortasse priscorum saeculorum aetatibus exstitisse.

427 **Stob. Ecl. II, p. 184.** *Τό τε δίκαιόν φασι φύσει εἶναι καὶ μὴ θέσει. ἑπόμενον δὲ τούτοις ὑπάρχειν καὶ τὸ πολιτεύεσθαι τὸν σοφὸν καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τοιαύταις πολιτείαις ταῖς ἐμφαινούσαις τινὰ προκοπὴν πρὸς τὰς τελείας πολιτείας, καὶ τὸ νομοθετεῖν τε καὶ τὸ παιδεύειν ἀνθρώπους, ἔτι δὲ συγγράφειν τὰ δυνάμενα ὠφελεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς γράμμασιν οἰκεῖον εἶναι τοῖς σπουδαίοις καὶ τὸ συγκαταβαίνειν καὶ εἰς γάμον καὶ εἰς τεκνογονίαν καὶ αὐτοῦ χάριν καὶ τῆς πατρίδος, καὶ ὑπομένειν περὶ ταύτης, ἐὰν ᾖ μέτρια, καὶ πόνους καὶ θάνατον*[a]. **Diog. L. VII, 124.** *Λέγουσι δὲ καὶ τὴν φιλίαν ἐν μόνοις τοῖς σπουδαίοις εἶναι, διὰ τὴν ὁμοιότητα· φασὶ δ' αὐτὴν κοινωνίαν τινὰ εἶναι τῶν κατὰ τὸν βίον, χρωμένων ἡμῶν τοῖς φίλοις ὡς ἑαυτοῖς*[b]. **Stob. Ecl. l. c.**

p. 188. *Οἰκονομικὸν δ' εἶναι μόνον λέγουσι τὸν σπουδαῖον καὶ ἀγαθὸν οἰκονόμον, ἔτι δὲ χρηματιστικόν* [c].

a) De republica quamquam et Zeno et Cleanthes et Chrysippus commentati erant, tamen sicut ipsi vitam suam peregre et in otio egerant, ita nihil quod ad usum popularem atque civilem attinuerit ab iis expositum fuisse testatur Cic. Legg. III, 6, cf. Plut. de St. Rep. 2. Quae prae ceteris inclaruerat respublica Zenonis, ad Cynicorum placita illa composita et cosmopolitiam unice commendans, singulas civitates magis resolvebat quam stabiliebat, v. Diog. L. VII, 4; Plut. de Alex. Fort. I, 6. *Καὶ μὴν ἡ πολὺ θαυμαζομένη πολιτεία τοῦ τὴν Στωϊκῶν αἵρεσιν καταβαλομένου Ζήνωνος εἰς ἓν τοῦτο συντείνει κεφάλαιον, ἵνα μὴ κατὰ πόλεις μηδὲ κατὰ δήμους οἰκῶμεν ἰδίοις ἕκαστοι διωρισμένοι δικαίοις, ἀλλὰ πάντας ἀνθρώπους ἡγώμεθα δημότας καὶ πολίτας, εἷς δὲ βίος ᾖ καὶ κόσμος ὥσπερ ἀγέλης συννόμου νόμῳ κοινῷ συντρεφομένης.* Simile eorum quae more et consuetudine hominum recepta erant fastidium prae se ferebat politia Chrysippi, cuius fragmm. v. ap. Baguet. p. 331 sqq. — b) Stob. II, p. 184. *τήν τε ὁμόνοιαν ἐπιστήμην εἶναι κοινῶν ἀγαθῶν, δι' ὃ καὶ τοὺς σπουδαίους πάντας ὁμονοεῖν ἀλλήλοις, διὰ τὸ συμφωνεῖν ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον.* Cic. N. D. I, 44. *Stoici — censent sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos. Nihil est enim virtute amabilius, quam qui adeptus erit, ubicumque erit gentium, a nobis diligetur.* Eodem facit quod omnia inter sapientes communia esse praecipiebant, etiam mulieres, v. Diog. L. VII, 32 sq. 124. — c) Oeconomica pertinet ad rem domesticam, oeconomia ad rem rusticam, chrematistica ad quaestum, v. Stob. l. c. sqq., ubi inter alia: *τὸ δὲ χρηματίζεσθαί τινες μὲν μέσον εἶναι εἶπον τινὲς δὲ ἀστεῖον, — μόνον δὲ τὸν σπουδαῖον ἄνδρα χρηματιστικὸν εἶναι, γιγνώσκοντα ἀφ' ὧν χρηματιστέον καὶ πότε καὶ πῶς καὶ μέχρι πότε.* In victu et moribus mirum est quantum Cynicorum praeceptis obsecuti sunt, v. Sext. Emp. Hyp. Pyrrh. III, 198 sqq., 245 sqq. Diog. L. VII, 3. 121. 187 sqq.

2. Stoici posteriores.

a. Boethus. Zeno Tarsensis. Diogenes Babylonius.

Philo de Incorr. Mund. 10, p. 497. Mang. *Βόηθος* 428
γοῦν καὶ Ποσειδώνιος καὶ Παναίτιος, ἄνδρες ἐν τοῖς Στωϊκοῖς δόγμασιν ἰσχυκότες, ἅτε θεόληπτοι τὰς ἐκπυρώσεις καὶ παλιγγενεσίας καταλιπόντες, πρὸς θειότερον δόγμα τὸ τῆς ἀφθαρσίας τοῦ κόσμου παντὸς ηὐτομόλη-

σαν. λέγεται δὲ καὶ Διογένης*), ἡνίκα νέος ἦν συγγραψάμενος κατὰ τὸ παντελὲς τοῖς ἔνδοθεν.

De Boethi aetate incertum est, nam ex Diogene L. VII, 54 ambigua conclusio est; sed cf. Menag. ad Diog. L. VII, 143. Ceteros constat Chrysippo iuniores fuisse. De Posidonio et Panaetio v. n. 430. 434. Diogenes, quem dicit Philo, est Babylonius, Chrysippi et hic auditor, unus ex legatis qui Romam ab Atheniensibus missi sunt, v. infra n. 442, not. b. n. 450, ad quem disciplina a Zenone transiisse videtur, cf. Cic. de Div. I, 3; van Lynden de Panaetio p. 16. 31 sqq.; Krische *Forschungen* p. 360. 482 sqq. et de omni Stoicorum inferiorum successione Zumpt in Comment. Acad. Berol. a. 1842, p. 102 sqq. Argumenta Boethi enumerat Philo l. l. 16, p. 503 sqq. Quae si recte intelligimus, videtur ille sibi cavere voluisse ne mundum in combustione prorsus dissolvi statueret, cf. Stob. Ecl. I, p. 390; Plut. de Pl. II, 9. In iis quae de Diogene Babylonio adiiciuntur *οἱ ἔνδοθεν* sunt Stoici interioris admissionis. Sensus: Diogenes dum iuvenis erat antiquiores Stoicos sequebatur, deinde ad Boethi placita delatus est. Dicitur autem etiam Zeno Tarsensis, Chrysippi discipulus ac successor, de combustione mundi dubitasse, v. Arius Didymus ap. Euseb. Pr. Ev. XV, 18. Contra Antipater Tarsensis, qui erat Diogenis discipulus, combustioni denuo patrocinatus est, Diog. L. VII, 142.

b. Panaetius.

429 **Suidas.** Παναίτιος — Ῥόδιος, φιλόσοφος Στωϊκός, Διογένους γνώριμος [a], ὃς καθηγήσατο τοῦ Σκιπίωνος τοῦ ἐπικληθέντος Ἀφρικανοῦ μετὰ Πολύβιον Μεγαλοπολίτην. ἐτελεύτησε δ' ἐν Ἀθήναις [b]. — — φέρεται αὐτοῦ βιβλία φιλόσοφα πλεῖστα [c].

Omisimus quae de duobus Panaetiis Stoicis, seniore et iuniore, apud Suidam traduntur, aperte commenticia; v. van Lynden disputatio historico-critica de Panaetio Rhodio, Lugd. Bat. 1802, p. 6 sqq. — a) Praeter Diogenem fertur Antipatrum audivisse, Cic. de Div. I, 3. Diogenes eum conciliavit Laelio, Laelius Scipioni, Cic. de Fin. II, 3. — b) Multorum praeter Scipionem Romanorum nobilium familiaritate floruit, v. Ciceronis testimonia ap. Lynden p. 38 sqq., 50 sqq. Aetatis spatium duobus temporibus continetur, quorum

---

*) Sc. *αὐτομολῆσαι πρὸς δόγμα τὸ τῆς ἀφθαρσίας κόσμου.* Ita non opus est lacuna, quae indicatur in editionibus post *ἔνδοθεν*, deest in codicibus.

prius transegit apud Romanos, posterius apud Athenienses, ubi post obitum Antipatri Tarsensis scholae Stoicae praefuisse videtur. — c) Ante reliqua nominandum opus *περὶ τοῦ καθήκοντος*, de officiis, quod inchoatum reliquerat, unde suum de Officiis opus elaboravit Cicero, v. de Off. III, 2, ad Att. XVI, 11. Etiam de legibus et de republica accuratius inquisivit, v. Cic. Legg. III, 6. In eloquendo popularem quandam elegantiam secutus est, v. Cic. de Fin. IV, 28. *Quam illorum* (sc. Stoicorum) *tristitiam atque asperitatem fugiens* (Panaetius) *nec acerbitatem sententiarum nec disserendi spinas probavit fuitque in altero genere mitior in altero illustrior, semperque habuit in ore Platonem, Aristotelem, Xenocratem, Theophrastum, Dicaearchum, ut ipsius scripta declarant.* De Off. II, 10. *Popularibus enim verbis est agendum et usitatis quum loquimur de opinione populari, idque eodem modo fecit Panaetius.* De ceteris scriptis v. Lynden p. 114 sqq.

Cic. de Div. I, 3. Sed a Stoicis vel princeps eius disciplinae — — degeneravit Panaetius: nec tamen ausus est negare vim esse divinandi, sed dubitare se dixit. 430

Cf. Cic. Ac. pr. II, 33. Minus accurate Diog. L. VII, 149. *ὁ μὲν γὰρ Παναίτιος ἀνυπόστατον αὐτήν* (sc. *τὴν μαντικήν*) *φησιν.* Panaetium et de combustione mundi haesitasse intelligitur ex n. 428; cf. Cic. de Nat. D. II, 46. Erat igitur hic ceteris Stoicis ad dubitandum proclivior et a superstitionibus remotior.

Diog. L. VII, 128. *Ὁ μέντοι Παναίτιος καὶ Ποσειδώνιος οὐκ αὐτάρκη λέγουσι τὴν ἀρετήν, ἀλλὰ χρείαν εἶναί φασι καὶ ὑγιείας καὶ χορηγίας καὶ ἰσχύος.* **Gell. Noctt. Att. XII, 5, 10.** *Ἀναλγησία* **enim atque** *ἀπάθεια* **non meo tantum, inquit (sc. Taurus), sed quorundam etiam ex eadem porticu prudentiorum hominum, sicuti iudicio Panaetii, gravis atque docti viri, improbata abiectaque est. Sext. Emp. adv. Math. XI, 73.** *Παναίτιος δέ τινα μὲν* **(sc.** *ἡδονήν φησι*) *κατὰ φύσιν ὑπάρχειν, τινὰ δὲ παρὰ φύσιν.* **Seneca Ep. 116, 4. Eleganter mihi videtur Panaetius respondisse adolescentulo cuidam quaerenti an sapiens amaturus esset? De sapiente, inquit, videbimus: mihi et tibi, qui adhuc a sapiente** 431

longe absumus, non est committendum ut incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipatam, vilem sibi.

Vides Panaetium etiam in moribus missis superiorum paradoxis quae ad communem hominum usum et vitam accommodatiora et fructuosiora essent praecepisse.

c. Posidonius.

432 **Suidas.** *Ποσειδώνιος, Ἀπαμεὺς ἐκ Συρίας ἢ Ῥόδιος, φιλόσοφος Στωϊκός, ὃς ἐπεκλήθη Ἀθλητής· σχολὴν δ' ἔσχεν ἐν Ῥόδῳ* [a], *διάδοχος γεγονὼς καὶ μαθητὴς Παναιτίου. ἦλθε δὲ καὶ εἰς Ῥώμην ἐπὶ Μάρκου Μαρκέλλου. ἔγραψε πολλά* [b].

a) Rhodi eum praeter alios Romanos Cicero et Pompeius audierant, Cic. Tusc. II, 25; de Nat. D. I, 3. 44. — b) De scriptis v. Bake Posidonii Rhodii reliquiae doctrinae, Lugd. B. 1810, c. 5, p. 235 sqq. Pertinent ea et ad philosophiam et ad historiam geographiamque, quam illustravit opere Historiarum magno ac diffuso, cf. Bake p. 249 sqq. Strabo, qui eo utitur persaepe, nominat eum *τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατον*. Fecerat itinera longinqua historiamque naturalem et geometriam optime callebat, unde Galenus de Plac. Hippocr. et Plat. VIII, p. 652 Kuehn. *Ποσειδώνιος ὁ ἐπιστημονικώτατος τῶν Στωϊκῶν διὰ τὸ γεγυμνάσθαι κατὰ γεωμετρίαν*. De loquendi genere Strab. III, p. 147, qui dicit Posidonium *οὐκ ἀπέχεσθαι τῆς συνήθους ῥητορείας, ἀλλὰ συνενθουσιᾶν ταῖς ὑπερβολαῖς*: atque eum ad exemplum magistri orationi aliquantum tribuisse cernitur cum ex fragmentis tum ex aliis testimoniis, velut Cic. Tusc. II, 25, Senec. Ep. 90; v. Bake p. 30 sqq.

433 **Diog. L. VII, 129.** *Δοκεῖ δ' αὐτοῖς* (sc. *τοῖς Στωϊκοῖς*) *μήτε διὰ τὴν διαφωνίαν ἀφίστασθαι φιλοσοφίας, ἐπεὶ τῷ λόγῳ τούτῳ προλείψειν ὅλον τὸν βίον, ὡς καὶ Ποσειδώνιός φησιν ἐν τοῖς προτρεπτικοῖς.*

De dissensionibus philosophorum quod monet vide ne studuerit eas aptissima quaeque ex diversis scholis eligendo removere ac solvere; certe constat Posidonium, etsi in quibusdam antiquiores Stoicos magis etiam quam Panaetius sequebatur (defendebat enim divinationem, Cic. de Div. I, 3, et mundi combustionem, etsi hanc alio sensu atque superiores accipiebat, v. n. 428 et 434.), tamen

in aliis ab Aristotele atque Platone pependisse. Aristotelem praesertim in iis sectabatur quae disputabat de singulis naturae rebus. Strab. II, p. 104. *πολὺ γάρ ἐστι τὸ αἰτιολογικὸν παρ' αὐτῷ καὶ τὸ Ἀριστοτελίζον, ὅπερ ἐκκλίνουσιν οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἐπίκρυψιν τῶν αἰτίων*, cf. et n. 435, not. Platoni eum studuisse cernitur vel ex eo quod ediderat *ἐξήγησιν τοῦ Πλάτωνος Τιμαίου*, cf. Sext. Emp. adv. Math. VII, 93; Bake p. 238 sqq.; cf. Galen. de Hippocr. et Plat. Plac. IV, p. 421. Quid quod etiam ad Pythagoram sua placita revocare conabatur, Galen. l. l. p. 425, ut erat omnino antiquorum philosophorum admirator. Diog. L. VII, 91; Senec. Ep. 90. Quod exemplum secuti quantum posteriores Stoici conciliandis philosophorum placitis indulserint, potissimum Stoicorum et Peripateticorum, exemplo est liber de Mundo, qui inter Aristotelicos fertur, v. Zeller *Philos. d. Griech.* III, p. 355 sqq.

Plut. de Pl. Ph. II, 9. *Οἱ δὲ Στωϊκοὶ εἰς ὃ κατὰ τὴν* 434 *ἐκπύρωσιν ἀναλύεται* (sc. *ὁ κόσμος*), *τὸ ἄπειρον* (sc. *εἶναι τὸ κενόν*). *Ποσειδώνιος οὐκ ἄπειρον, ἀλλ' ὅσον αὔταρκες εἰς τὴν διάλυσιν, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ κενοῦ.*

Cf. Diog. L. VII, 142; Stob. Ecl. I, p. 390; Euseb. Pr. Ev. XV, 40; v. supra n. 428. Falsum igitur de Posidonio esse videtur quod illo loco traditum didicimus a Philone; nam *διάλυσιν* Posidonii differre ab *ἐκπυρώσει* ceterorum Stoicorum ut cum Bakio l. l. p. 50 statuamus non est idonea ratio. Ceterum ex nostro loco apparet Posidonium non solum de inani ab antiquioribus Stoicis discrepasse, verum etiam de rebus incorporabilibus.

Galen. de Hipp. et Plat. Plac. IV, p. 421 Kuehn. *Αὐ-* 435 *τός τε* (sc. *ὁ Ποσειδώνιος*) *δείκνυσιν ὡς ὑπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας γίγνεται τὰ πάθη.* **Ib. p. 424.** *Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐναργές ἐστιν ὡς τὸ δυνάμεις τινὰς ἐν ταῖς ἡμετέραις εἶναι ψυχαῖς ἐφιεμένας φύσει, τὴν μὲν ἡδονῆς τὴν δὲ κράτους καὶ νίκης, ἃς ἐναργῶς ὁρᾶσθαί φησι κἀν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ὁ Ποσειδώνιος.* **Ib. V, p. 476.** *Ὅσα μὲν οὖν τῶν ζῴων δυσκίνητ' ἐστὶ καὶ προσπεφυκότα δίκην φυτῶν πέτραις ἢ τισιν ἑτέροις τοιούτοις, ἐπιθυμίᾳ μόνῃ διοικεῖσθαι λέγει* (sc. *ὁ Ποσειδώνιος*) *αὐτά, τὰ δ' ἄλλα τὰ ἄλογα σύμπαντα ταῖς δυνάμεσιν ἀμφοτέραις χρῆσθαι, τῇ τ' ἐπιθυμητικῇ καὶ τῇ θυμοειδεῖ, τὸν ἄνθρωπον δὲ*

μόνον ταῖς τρισί, προσειληφέναι γὰρ καὶ τὴν λογιστικὴν ἀρχήν.

His disputabat adversus Chrysippum; Zenonem vero et Cleanthem secum sentire dicebat, l. l. p. 475 sq. In ceteris sequebatur Platonem et Aristotelem, quamquam commutatis nonnullis et ita ut principale illud Stoicorum decretum, omnia in anima ab una eademque vi proficisci, non deserendum esse declararet. V. l. l. p. 515. *ὁ δ' Ἀριστοτέλης τε καὶ ὁ Ποσειδώνιος εἴδη μὲν ἢ μέρη ψυχῆς οὐκ ὀνομάζουσιν, δυνάμεις δ' εἶναί φασι μιᾶς οὐσίας ἐκ τῆς καρδίας ὁρμωμένης.* Quantum haec pertineant ad doctrinam de moribus ipse animadvertit l. l. p. 421; ib. V, p. 469. Alium locum, in quo ab antiquioribus Stoicis dissenserit, indicat Diog. L. VII, 128, v. n. 431.

CAPUT XI.

ACADEMICI NOVI.

1. De diversis Academiis.

436 **Sext. Emp. Pyrrh. Hyp. I, 220.** *Ἀκαδημίαι δὲ γεγόνασιν, ὥς φασιν οἱ πλείους μέν, τρεῖς *)· καὶ μία μὲν καὶ ἀρχαιοτάτη ἡ τῶν περὶ Πλάτωνα, δευτέρα δὲ καὶ μέση ἡ τῶν περὶ Ἀρκεσίλαον τὸν ἀκουστὴν Πολέμωνος, τρίτη δὲ καὶ νέα ἡ τῶν περὶ Καρνεάδην καὶ Κλειτόμαχον. ἔνιοι δὲ καὶ τετάρτην προστιθέασι τῶν περὶ Φίλωνα καὶ Χαρμίδαν. τινὲς δὲ καὶ πέμπτην καταλέγουσι τῶν **) περὶ τὸν Ἀντίοχον.*

Conspirat Numenius ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 4. Diogenes contra I, 19, IV, 59 Lacydem fundatorem novae Academiae appellat, eo nomine ut videtur, quod hic alio atque priores loco Academicos congregare solebat. ib. 60. Nonnulli duplicem dumtaxat Academiam fuisse voluerunt, veterem et novam. Cic. de Orat. III, 18; Ac. post. I, 12; de Fin. V, 3; Varro ap. Augustin. de Civ. D. XIX, 1, 3.

---

*) Codd. *ὥς φασι πλείους μὲν ἢ τρεῖς*. Fabric. coni. *οὐ πλείους*. — **) Codd. *τὴν περὶ τὸν Ἀντίοχον*. Fabric. *τὴν τῶν* ex Euseb.

2. Arcesilas.

Diog. L. IV, 28. Ἀρκεσίλαος — Πιτάνης τῆς Αἰολίδος. οὗτός ἐστιν ὁ τῆς μέσης Ἀκαδημίας κατάρξας, πρῶτος ἐπισχὼν τὰς ἀποφάσεις διὰ τὰς ἐναντιότητας τῶν λόγων. πρῶτος δὲ καὶ ἐς ἑκάτερον ἐπεχείρησε καὶ πρῶτος τὸν λόγον ἐκίνησε τὸν ὑπὸ Πλάτωνος παραδεδομένον καὶ ἐποίησε δι' ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως ἐριστικώτερον [a]. 29. Ἤκουσε δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν Αὐτολύκου τοῦ μαθηματικοῦ, πολίτου τυγχάνοντος, πρὶν ἀπαίρειν εἰς Ἀθήνας, — ἔπειτα Ξάνθου τοῦ Ἀθηναίου μουσικοῦ [b]· μεθ' ὃν Θεοφράστου διήκουσεν. ἔπειτα μετῆλθεν εἰς Ἀκαδημίαν πρὸς Κράντορα [c], 30. ἵνα καὶ τὸν Θεόφραστον κνιζόμενόν φασιν εἰπεῖν ὡς εὐφυὴς καὶ εὐεπιχείρητος ἀπεληλυθὼς τῆς διατριβῆς εἴη νεανίσκος. καὶ γὰρ ἐν τοῖς λόγοις ἐμβριθέστατος καὶ φιλογράμματος ἱκανῶς γενόμενος ἥπτετο καὶ ποιητικῆς. 32. Κράτητος δὲ ἐκλιπόντος κατέσχε τὴν σχολήν, ἐκχωρήσαντος αὐτῷ Σωκρατίδου τινός. διὰ δὲ τὸ περὶ πάντων ἐπέχειν οὐδὲ βιβλίον, φασί τινες, συνέγραψεν [d]. 45. ὁ δὲ προειρημένος φιλόσοφος, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, ἤκμαζε περὶ τὴν εἰκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα [e]. 437

a) Cic. de Orat. III, 18. *quem* (sc. Arcesilam) *ferunt eximio quodam usum lepore dicendi — primum instituisse (quamquam id fuit Socraticum maxime) non quid ipse sentiret ostendere, sed contra id quod quisque se sentire dixisset disputare.* — b) Athenis etiam Hipponicum geometram audivit, Diog. L. IV, 32. — c) Disputandi et dubitandi studio imbutus esse dicitur imitatione Menedemi et Diodori et Pyrrhonis. Diog. L. IV, 33; Numenius ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 5, 6; Sext. Emp. Pyrrh. Hyp. I, 234. Sed ab iisdem etiam Platoni assidue studuisse narratur. De Crantore v. supra n. 302, not. c. — d) Idem perhibet Plut. de Fort. Alex. I, 4. Alii ad Arcesilam eorum operum aliquot referunt, quae vulgo Crantoris esse dicebantur, Diog. L. IV, 24. — e) Mortuus esse dicitur septuagesimo quinto vitae anno, Diog. L. IV, 44; Lacydes autem, eius discipulus, scholam accepisse fertur Ol. 134, 4, Diog. L. IV, 61: unde perspicuum est Arcesilam eo anno, quem dicit Apollodorus, XIX maximum annos natum fuisse, quae aetas minor est quam ut florentissima

dici queat. Tempora eius omnino impedita sunt, v. Clint. Fast. H. p. 452 ed. 3. Sed doctrinam cum omnes referant adversus Zenonem Stoicum disputando ab eo excultam esse, consentaneum Arcesilam Zenone haud multo antiquiorem fuisse.

438 Sext. Emp. Pyrrh. Hyp. I, 234. *Εἰ δὲ δεῖ καὶ τοῖς περὶ αὐτοῦ* (sc. *τοῦ Ἀρκεσιλάου*) *λεγομένοις πιστεύειν, φασὶν ὅτι κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον Πυρρώνειος ἐφαίνετο εἶναι, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν δογματικὸς ἦν· καὶ ἐπεὶ τῶν ἑταίρων ἀπόπειραν ἐλάμβανε διὰ τῆς ἀπορηματικῆς, εἰ εὐφυῶς ἔχουσι πρὸς τὴν ἀνάληψιν τῶν Πλατωνικῶν δογμάτων, δόξαι αὐτὸν ἀπορητικὸν εἶναι· τοῖς μέντοι γε εὐφυέσι τῶν ἑταίρων τὰ Πλάτωνος παρεγχειρεῖν. ἔνθεν καὶ τὸν Ἀρίστωνα* [a] *εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ,*

πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν Πύρρων, μέσσος Διόδωρος,

διὰ τὸ προσχρῆσθαι τῇ διαλεκτικῇ τῇ κατὰ τὸν Διόδωρον, εἶναι δὲ ἀντικρὺς Πλατωνικόν. Cic. Ac. post. I, 12. Cum Zenone —, ut accepimus, Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, ut mihi quidem videtur, sed earum rerum obscuritate, quae ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem. — — Itaque Arcesilas negabat esse quidquam quod sciri posset, ne illud quidem ipsum quod Socrates sibi reliquisset: sic omnia latere in occulto, neque esse quidquam quod cerni aut intelligi posset. Quibus de causis nihil oportere neque profiteri neque affirmare quemquam neque assensione approbare, cohibereque semper et ab omni lapsu continere temeritatem, quae tum esset insignis, quum aut falsa aut incognita res approbaretur; neque hoc quidquam esse turpius quam cognitioni et perceptioni assensionem approbationemque praecurrere.

a) De Aristone Chio v. supra n. 392. Versus parodia expressus est ex Homero Il. VI, 181 vel Hesiodo Theog. 323; cf. Diog. L. IV, 33.

Vides iam veteres de scepticismo Arcesilai incertos fuisse: quod

factum videtur maxime eo quod nulli ab Arcesila libri exstabant. Suis studet Sextus Emp. Pyrrh. Hyp. I, 226, qui Scepticos et Academicos recentiores eo differre dicit quod hi statuerint *πάντα εἶναι ἀκατάληπτα*; cf. n. 446.

Sext. Emp. adv. Math. VII, 150. *Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀρ-* 439
κεσίλαον προηγουμένως μὲν οὐδὲν ὥρισαν κριτήριον. οἱ δὲ καὶ ὡρικέναι δοκοῦντες τοῦτο κατὰ ἀντιπαρεξαγωγὴν τὴν ὡς πρὸς τοὺς Στωϊκοὺς ἀπέδοσαν. **151.** *τρία γάρ εἶναί φασιν ἐκεῖνοι τὰ συζυγοῦντα ἀλλήλοις, ἐπιστήμην καὶ δόξαν καὶ τὴν ἐν μεθορίᾳ τούτων τεταγμένην κατάληψιν· ὧν ἐπιστήμην μὲν εἶναι τὴν ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν καὶ ἀμετάθετον ὑπὸ λόγου κατάληψιν, δόξαν δὲ τὴν ἀσθενῆ καὶ ψευδῆ συγκατάθεσιν, κατάληψιν δὲ τὴν μεταξὺ τούτων, ἥτις ἐστὶ καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσις* [a]. **153.** *ταῦτα δὴ λεγόντων τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς ὁ Ἀρκεσίλαος ἀντικαθίστατο δεικνὺς ὅτι οὐδέν ἐστι μεταξὺ ἐπιστήμης καὶ δόξης κριτήριον ἡ κατάληψις. αὕτη γὰρ ἣν φασι κατάληψιν καὶ καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσιν*) ἤτοι ἐν σοφῷ ἢ ἐν φαύλῳ γίγνεται. ἀλλ' ἐάν τε ἐν σοφῷ γένηται ἐπιστήμη ἐστίν, ἐάν τε ἐν φαύλῳ δόξα, καὶ οὐδὲν ἄλλο παρὰ ταῦτα ἢ μόνον ὄνομα μετείληπται.* **154.** *εἴπερ τε ἡ κατάληψις καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσίς ἐστιν, ἀνύπαρκτός ἐστι· πρῶτον μὲν ὅτι ἡ συγκατάθεσις οὐ πρὸς φαντασίαν γίγνεται, ἀλλὰ πρὸς λόγον· τῶν γὰρ ἀξιωμάτων εἰσὶν αἱ συγκαταθέσεις* [b]· *δεύτερον ὅτι οὐδεμία τοιαύτη ἀληθὴς φαντασία εὑρίσκεται οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ψευδής, ὡς διὰ πολλῶν καὶ ποικίλων παρίσταται* [c]. **155.** *μὴ οὔσης δὲ καταληπτικῆς φαντασίας οὐδὲ κατάληψις γενήσεται· ἦν γὰρ καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσις**)· μὴ οὔσης δὲ καταλήψεως πάντα ἔσται ἀκατάληπτα.*

---

*) Vulg. *καταληπτικὴν φαντασίαν, συγκατάθεσις.* Bekk. *καταληπτικῇ φαντασίᾳ συγκατάθεσιν.* — **) Libb. *καταληπτικὴ φαντασία, συγκατάθεσις.* Fabr. *καταληπτικῇ φαντασίᾳ συγκατάθεσις.*

a) Cf. supra n. 398 sqq. — b) Promptum est *τὴν συγκατάθεσιν πρὸς λόγον* eo tantum consilio poni, ut ipsa impugnetur et convellatur. Cic. de Orat. III, 18. *Arcesilas — — ex variis Platonis libris sermonibusque Socraticis hoc maxime arripuit, nihil esse certi quod aut sensibus aut animo percipi possit.* — c) Cic. Ac. pr. II, 24. *Incubuit autem* (sc. Arcesilas) *in eas disputationes, ut doceret nullum tale esse visum a vero, ut non eiusdem modi etiam a falso possit esse.* Ib. 6. Pluribus de eadem re Sext. Emp. adv. Math. VII, 408 sqq.

440 **Cic. Ac. pr. II, 21. Si ulli rei sapiens assentietur unquam, aliquando etiam opinabitur: nunquam autem opinabitur: nulli igitur rei assentietur. Hanc conclusionem Arcesilas probabat.**

Cf. ib. c. 24; Sext. Emp. adv. Math. VII, 156 sq. Etiam haec disputantur adversus Stoicos, v. n. 398, not.

441 **Sext. Emp. adv. Math. VII, 158.** *Ἀλλ' ἐπεὶ μετὰ τοῦτο ἔδει καὶ περὶ τῆς τοῦ βίου διεξαγωγῆς ζητεῖν, ἥτις οὐ χωρὶς κριτηρίου πέφυκεν ἀποδίδοσθαι, ἀφ' οὗ καὶ ἡ εὐδαιμονία, τουτέστι τὸ τοῦ βίου τέλος, ἠρτημένην ἔχει τὴν πίστιν, φησὶν ὁ Ἀρκεσίλαος ὅτι ὁ περὶ πάντων ἐπέχων κανονιεῖ τὰς αἱρέσεις καὶ φυγὰς καὶ κοινῶς τὰς πράξεις τῷ εὐλόγῳ, κατὰ τοῦτό τε προερχόμενος τὸ κριτήριον κατορθώσει· τὴν μὲν γὰρ εὐδαιμονίαν περιγίγνεσθαι διὰ τῆς φρονήσεως, τὴν δὲ φρόνησιν κινεῖσθαι ἐν τοῖς κατορθώμασι, τὸ δὲ κατόρθωμα εἶναι ὅπερ πραχθὲν εὔλογον ἔχει τὴν ἀπολογίαν· ὁ προσέχων οὖν τῷ εὐλόγῳ κατορθώσει καὶ εὐδαιμονήσει.*

Secundum Numenium ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 6 Arcesilas sustulerit etiam *τὸ πιθανόν*. Quod si recte traditur, ita cum testimonio Sexti conciliari potest, ut Arcesilam sumamus distinxisse inter *τὸ πιθανὸν* et *τὸ εὔλογον*.

3. Carneades.

442 **Diog. L. IV, 62.** *Καρνεάδης — Κυρηναῖος. οὗτος τὰ τῶν Στωϊκῶν βιβλία ἀναγνοὺς ἐπιμελῶς καὶ μάλιστα τὰ Χρυσίππου ἐπιεικῶς αὐτοῖς ἀντέλεγε καὶ εὐημέρει τοσοῦτον, ὥστε ἐκεῖνο ἐπιλέγειν· Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν ἐγώ* [a]. **65.** *Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ἐν*

Χρονικοῖς ἀπελθεῖν αὐτὸν ἐξ ἀνθρώπων ἔτει τετάρτῳ τῆς δευτέρας καὶ ἑξηκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, βιώσαντα ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα [b]. *φέρονται δὲ αὐτοῦ ἐπιστολαὶ πρὸς Ἀριαράθην τὸν Καππαδοκίας βασιλέα· τὰ δὲ λοιπὰ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ συνέγραψαν· αὐτὸς δὲ κατέλιπεν οὐδέν* [c].

a) Dicitur et Diogenem Stoicum audiisse. Cic. Ac. pr. II, 30. Successionem, qua secutus est reliquos Academicos, exhibet Cic. Ac. pr. II, 6. *Qui est quartus ab Arcesila; audivit enim Hegesinum, qui Evandrum audierat Lacydi discipulum, quum Arcesilae Lacydes fuisset.* — b) Cic. l. l. loquitur de nonaginta annis. Fuerit igitur fere LX annos natus, cum Romam peregrinatus est in legatis Atheniensium, ubi famosas istas disputationes habuit, quibus et laudabat et evertebat iustitiam. v. Lactant. Inst. V; 14, Cic. de Rep. Fragm. lib. III, 6 sqq. De eloquentia Carneadis Cic. de Orat. I, 11. *hominem omnium in dicendo, ut ferebant, acerrimum et copiosissimum*; Gell. VII, 14, 10. *violenta et rapida Carneades dicebat.* — c) Hoc confirmat Diog. L. I, 16; Plut. de Alex. Fort. I, 4; Galen. de Opt. Doctr. c. 2, p. 45 Kuehn. Inter discipulos, qui doctoris placita scriptis celebraverunt, Clitomachus Karthaginiensis facile princeps erat. Diog. L. IV, 67; Cic. Ac. pr. II, 31. 32. Aliorum discipulorum meminit Cic. Ac. pr. II, 6; de Or. I, 11. Carneades de qualibet re ita disputare solebat, ut eam poneret primum, deinde tolleret: unde Clitomachus, teste Cic. Ac. pr. II, 45, *nunquam se intelligere potuisse affirmabat, quid Carneadi probaretur.* Cf. Cic. de Div. I, 30, 62. *Carneades concertationis studio modo ait hoc modo illud.* De Rep. ap. Non. v. *calumnia: Saepe optimas causas ingenii calumnia ludificari solebat.* Acumen eius apud Romanos in proverbium abierat, v. Lucil. ap. Lactant. V, 15.

Cic. de Nat. D. III, 12. Illa autem, quae Carneades afferebat, quemadmodum dissolvitis? Si nullum corpus immortale sit, nullum esse corpus sempiternum: corpus autem immortale nullum esse, ne individuum quidem, nec quod dirimi distrahive non possit. Quumque omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus id est quasi ferendi et patiendi necessitatem, et si omne animal tale est, immortale nullum est. 443

Cetera quae disputabat adversus theologiam Stoicorum omisimus, specimen hoc argumentationis apposuisse satis esse rati; cf. et Sext. Emp. adv. Math. IX, 140. Videtur adversus Stoicos eorum sententiae suffragatus esse, qui mundum casu factum esse censerent; Cic. de Div. I, 13. Fatum his argumentis subvertebat. Cic. de Fato 14. *Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione conserte contexteque fiunt. Quod si ita est, omnia necessitas efficit. Id si verum est, nihil est in nostra potestate. Est autem aliquid in nostra potestate. At si omnia fato fiunt, omnia causis antecedentibus fiunt. Non igitur fato fiunt quaecunque fiunt.* Neque tamen iis quibus Epicurus hanc quaestionem solvere conatus erat acquiescere voluit; v. ib. 11. — In transcursu monemus neque mathematicam evidentiam esse Carneadem concessisse, v. Galen. de Opt. Doctr. c. 2, p. 45 Kuehn. *ὁ γοῦν Καρνεάδης οὐδὲ τοῦτο τὸ πάντων ἐναργέστατον συγχωρεῖ πιστεύειν, ὅτι τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα μεγέθη καὶ ἀλλήλοις ἴσα γίγνεται.*

444 **Cic. de Rep. III, 8. Ius enim, de quo quaerimus, civile est aliquod, naturale nullum: nam si esset, ut calida et frigida et amara et dulcia, sic essent iusta et iniusta eadem omnibus. 14. Etenim iustitiae non natura nec voluntas, sed imbecillitas mater est. Nam quum de tribus unum esset optandum, aut facere iniuriam nec accipere aut et facere et accipere aut neutrum, optimum est facere impune si possis, secundum nec facere nec pati, miserrimum digladiari semper tum faciendis tum accipiendis iniuriis.**

Haec quoque pro specimine tantum sunto disputationis contra iustitiam. Morales quaestiones studiosius quam physicas persecutus esse dicitur, Diog. L. IV, 62, propterea ut videtur quod illae erant ad orandum accommodatiores. In quibus id agebat ut quicquid praeceptum esset de moribus, nihil tam firmum esse evinceret quin posset subverti. De partitionibus quibus in talibus disceptationibus uti solebat v. Cic. de Fin. V, 6, 16 sqq., ed. Madvig p. 835 sqq. Ipse ad Calliphontis, philosophi ceteroquin ignoti, sententiam inclinasse fertur, summum bonum positum esse in conciliatione honestatis et voluptatis. Cic. Ac. pr. II, 45. De Calliphonte v. Cic. Ac. pr. II, 42, Tusc. V, 31.

445 **Sext. Emp. adv. Math. VII, 159. Ὁ δὲ Καρνεάδης οὐ μόνον τοῖς Στωϊκοῖς, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς πρὸ αὐτοῦ**

ἀντιδιετάσσετο περὶ τοῦ κριτηρίου. καὶ δὴ πρῶτος μὲν αὐτῷ καὶ κοινὸς πρὸς πάντας ἐστὶ λόγος, καθ' ὃν παρίσταται ὅτι οὐδέν ἐστιν ἁπλῶς ἀληθείας κριτήριον, οὐ λόγος, οὐκ αἴσθησις, οὐ φαντασία, οὐκ ἄλλο τι τῶν ὄντων. πάντα γὰρ ταῦτα συλλήβδην διαψεύδεται ἡμᾶς. **160.** δεύτερον δέ, καθὸ δείκνυσιν ὅτι καὶ εἰ ἔστι τὸ κριτήριον τοῦτο, οὐ χωρὶς τοῦ ἀπὸ τῆς ἐναργείας πάθους ὑφίσταται. ἐπεὶ γὰρ αἰσθητικῇ δυνάμει διαφέρει τὸ ζῷον τῶν ἀψύχων, πάντως διὰ ταύτης ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἐκτὸς ἀντιληπτικὸν γενήσεται. ἡ δέ γε αἴσθησις ἀκίνητος μὲν οὖσα καὶ ἀπαθὴς καὶ ἄτρεπτος οὔτε αἴσθησίς ἐστιν οὔτε ἀντιληπτική τινος. **161.** τραπεῖσα δὲ καί πως παθοῦσα κατὰ τὴν τῶν ἐναργῶν ὑπόπτωσιν τότε ἐνδείκνυται τὰ πράγματα. ἐν ἄρα τῷ ἀπὸ τῆς ἐναργείας πάθει τῆς ψυχῆς ζητητέον ἐστὶ τὸ κριτήριον. τοῦτο δὲ τὸ πάθος αὑτοῦ ἐνδεικτικὸν ὀφείλει τυγχάνειν καὶ τοῦ ἐμποιήσαντος αὐτὸ φαινομένου, ὅπερ πάθος ἐστὶν οὐχ ἕτερον τῆς φαντασίας. **162.** ὅθεν καὶ φαντασίαν ῥητέον εἶναι πάθος τι περὶ τὸ ζῷον ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ ἑτέρου παραστατικόν. οἷον προσβλέψαντές τινι, φησὶν ὁ Ἀντίοχος [a], διατιθέμεθά πως τὴν ὄψιν, καὶ οὐχ οὕτως αὐτὴν διακειμένην ἴσχομεν ὡς πρὶν τοῦ βλέψαι διακειμένην εἴχομεν· κατὰ μέντοι τὴν τοιαύτην ἀλλοίωσιν δυοῖν ἀντιλαμβανόμεθα, ἑνὸς μὲν αὐτῆς τῆς ἀλλοιώσεως τουτέστι τῆς φαντασίας, δευτέρου δὲ τοῦ τὴν ἀλλοίωσιν ἐμποιήσαντος τουτέστι τοῦ ὁρατοῦ· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων τὸ παραπλήσιον. **163.** ὥσπερ οὖν τὸ φῶς ἑαυτό τε δείκνυσι καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὕτω καὶ ἡ φαντασία ἀρχηγὸς οὖσα τῆς περὶ τὸ ζῷον εἰδήσεως φωτὸς δίκην ἑαυτήν τε ἐμφανίζειν ὀφείλει καὶ τοῦ ποιήσαντος αὐτὴν ἐναργοῦς ἐνδεικτικὴ καθεστάναι. ἀλλ' ἐπεὶ οὐ τὸ κατ' ἀλήθειαν ἀεί ποτε ἐνδείκνυται, πολλάκις δὲ διαψεύδεται καὶ διαφωνεῖ τοῖς ἀναπέμψασιν αὐτὴν πράγμασιν, ὡς οἱ μοχθηροὶ τῶν ἀγγέλων, κατ' ἀνάγκην ἠκολούθησε τὸ μὴ πᾶσαν φαντα-

σίαν δύνασθαι κριτήριον ἀπολείπειν ἀληθείας, ἀλλὰ μόνην εἰ καὶ ἄρα τὴν ἀληθῆ. **164.** πάλιν οὖν ἐπεὶ οὐδεμία ἐστὶν ἀληθὴς τοιαύτη οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ψευδής, ἀλλὰ πάσῃ τῇ δοκούσῃ ἀληθεῖ καθεστάναι, εὑρίσκεταί τις ἀπαράλλακτος ψευδής [b], γενήσεται τὸ κριτήριον ἐν κοινῇ φαντασίᾳ τοῦ τε ἀληθοῦς καὶ ψεύδους. ἡ δὲ κοινὴ τούτων φαντασία οὐκ ἔστι καταληπτική, μὴ οὖσα δὲ καταληπτικὴ οὐδὲ κριτήριον ἔσται. **165.** μηδεμιᾶς δὲ οὔσης φαντασίας κριτικῆς οὐδὲ λόγος ἂν εἴη κριτήριον· ἀπὸ φαντασίας γὰρ οὗτος ἀνάγεται. καὶ εἰκότως· πρῶτον μὲν γὰρ δεῖ φανῆναι αὐτῷ τὸ κρινόμενον, φανῆναι δὲ οὐδὲν δύναται χωρὶς τῆς ἀλόγου αἰσθήσεως [c]. οὔτε οὖν ἡ ἄλογος αἴσθησις οὔτε ὁ λόγος ἦν κριτήριον.

a) Hinc existimaveris Sextum haec de Carneadis doctrina, neque non ista de Arcesila hausisse ex Antiocho, de quo dicetur n. 449. — b) Huic argumento plurimum tribuebat; cf. Numen. ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 8. *διὰ τὸ ὁμοίας φαντασίας ἀληθέσιν εἶναι τὰς ψευδεῖς, ὡς ἀπὸ ὠοῦ κηρίνου πρὸς τὸ ἀληθινὸν ὠόν.* — c) Argumenta, quibus ductus rationalem cognitionem esse negabat, parum explicita sunt, unde cernitur plurimam operam ab eo illis datam esse, quae contra Stoicos disserenda erant. Videtur autem iis favisse qui omnem cognitionem ex sensuum affectionibus repetebant: quo pertinent quae contra dogmaticorum de deo decreta disputabat. Sext. Emp. adv. Math. IX, 139 sq. *ὅθεν καὶ τὸ περικόπτειν ταύτην* (sc. *τὴν γεῦσιν*) *ἢ τινα αἴσθησιν ἄλλην ἁπλῶς τοῦ θεοῦ παντελῶς ἐστὶν ἀπίθανον· περιττοτέρας γὰρ αἰσθήσεις ἔχων ἀμείνων αὑτοῦ γενήσεται, δέον μᾶλλον, ὡς ἔλεγεν ὁ Καρνεάδης, σὺν ταῖς πᾶσιν ὑπαρχούσαις πέντε ταύταις αἰσθήσεσι καὶ ἄλλας αὐτῷ περισσοτέρας προσμαρτυρεῖν, ἵν' ἔχῃ πλειόνων ἀντιλαμβάνεσθαι πραγμάτων, ἀλλὰ μὴ τῶν πέντε ἀφαιρεῖν.*

446 **Cic. Ac. pr. II, 9. Sed Antipatro — —, quum diceret ei, qui affirmaret nihil posse percipi, consentaneum esse unum tamen illud dicere percipi posse, ut alia non possent, Carneades acutius resistebat. Nam tantum abesse dicebat ut id consentaneum esset, ut maxime etiam repugnaret. Qui enim negaret quidquam esse quod perciperetur, eum nihil excipere: ita ne-**

cesse esse ne id ipsum quidem, quod exceptum non esset, comprehendi et percipi ullo modo posse.

Sext. Emp. adv. Math. VII, 166. *Ταῦτα μὲν ἀντιπαρεξάγων τοῖς ἄλλοις φιλοσόφοις ὁ Καρνεάδης εἰς τὴν ἀνυπαρξίαν τοῦ κριτηρίου διεξήρχετο. ἀπαιτούμενος δὲ καὶ αὐτός τι κριτήριον πρός τε τὴν τοῦ βίου διεξαγωγὴν καὶ πρὸς τὴν τῆς εὐδαιμονίας περίκτησιν, δυνάμει ἐπαναγκάζεται καὶ καθ' αὑτὸν περὶ τούτου διατάττεσθαι, προσλαμβάνων τήν τε πιθανὴν φαντασίαν καὶ τὴν πιθανὴν ἅμα καὶ ἀπερίσπαστον καὶ διεξωδευμένην.* 167. *τίς δέ ἐστιν ἡ τούτων διαφορά, συντόμως ὑποδεικτέον. ἡ τοίνυν φαντασία τινὸς φαντασία ἐστίν, οἷον τοῦ τε ἀφ' οὗ γίγνεται καὶ τοῦ ἐν ᾧ γίγνεται· καὶ ἀφ' οὗ μὲν γίγνεται ὡς τοῦ ἐκτὸς ὑποκειμένου αἰσθητοῦ, τοῦ ἐν ᾧ δὲ γίγνεται καθάπερ ἀνθρώπου.* 168. *τοιαύτη δὲ οὖσα δύο ἂν ἔχοι σχέσεις, μίαν μὲν ὡς πρὸς τὸ φανταστόν, δευτέραν δὲ ὡς πρὸς τὸν φαντασιούμενον. κατὰ μὲν οὖν τὴν πρὸς τὸ φανταστὸν σχέσιν ἢ ἀληθὴς γίγνεται ἢ ψευδής· καὶ ἀληθὴς μὲν ὅταν σύμφωνος ᾖ τῷ φανταστῷ, ψευδὴς δὲ ὅταν διάφωνος.* 169. *κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὸν φαντασιούμενον σχέσιν ἡ μέν ἐστι φαινομένη ἀληθής, ἡ δὲ οὐ φαινομένη ἀληθής· ὧν ἡ μὲν φαινομένη ἀληθὴς ἔμφασις καλεῖται παρὰ τοῖς Ἀκαδημαϊκοῖς καὶ πιθανότης καὶ πιθανὴ φαντασία, ἡ δ' οὐ φαινομένη ἀληθὴς ἀπέμφασίς τε προσαγορεύεται καὶ ἀπειθὴς καὶ ἀπίθανος φαντασία· οὔτε γὰρ τὸ αὐτόθεν φαινόμενον ψευδὲς οὔτε τὸ ἀληθὲς μέν, μὴ φαινόμενον δὲ ἡμῖν πείθειν ἡμᾶς πέφυκεν* [a]. 173. *ἡ δὲ φαινομένη ἀληθὴς καὶ ἱκανῶς ἐμφαινομένη κριτήριόν ἐστι τῆς ἀληθείας κατὰ τοὺς περὶ τὸν Καρνεάδην.* 176. *ἐπεὶ δὲ οὐδέποτε φαντασία μονοειδὴς ὑφίσταται, ἀλλ' ἁλύσεως τρόπον ἄλλη ἐξ ἄλλης ἤρτηται, δεύτερον προσγενήσεται κριτήριον ἡ πιθανὴ ἅμα καὶ ἀπερίσπαστος φαντασία* [b]. *οἷον ὁ ἀνθρώπου σπῶν φαντασίαν* 447

ἐξ ἀνάγκης καὶ τῶν περὶ αὐτὸν λαμβάνει φαντασίαν καὶ τῶν ἐκτός, τῶν μὲν περὶ αὐτὸν ὡς χρόας, μεγέθους, σχήματος, κινήσεως, λαλιᾶς, ἐσθῆτος, ὑποδέσεως, τῶν δὲ ἐκτὸς ὡς ἀέρος, φωτός, ἡμέρας, οὐρανοῦ, γῆς, φίλων, τῶν ἄλλων ἁπάντων. ὅταν οὖν μηδεμία τούτων τῶν φαντασιῶν περιέλκῃ ἡμᾶς τῷ φαίνεσθαι ψευδής, ἀλλὰ πᾶσαι συμφώνως φαίνωνται ἀληθεῖς, μᾶλλον πιστεύομεν. 181. τῆς δὲ ἀπερισπάστου φαντασίας πιστοτέρα μᾶλλόν ἐστι καὶ τελειοτάτην ποιοῦσα τὴν κρίσιν, ἡ σὺν τῷ ἀπερίσπαστος εἶναι ἔτι καὶ διεξωδευμένη καθέστηκε. 182. τίς δέ ἐστι καὶ ὁ ταύτης χαρακτήρ, παρακειμένως ὑποδεικτέον. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἀπερισπάστου ψιλὸν ζητεῖται τὸ μηδεμίαν τῶν ἐν τῇ συνδρομῇ φαντασιῶν ὡς ψευδῆ ἡμᾶς περισπᾶν, πάσας δὲ εἶναι ἀληθεῖς τε καὶ φαινομένας καὶ μὴ ἀπιθάνους· ἐπὶ δὲ τῆς κατὰ τὴν περιωδευμένην συνδρομὴν ἑκάστην τῶν ἐν τῇ συνδρομῇ ἐπιστατικῶς δοκιμάζομεν· ὁποῖόν τι γίγνεται καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὅταν ὁ δῆμος ἕκαστον τῶν μελλόντων ἄρχειν ἢ δικάζειν ἐξετάζῃ εἰ ἄξιός ἐστι τοῦ πιστευθῆναι τὴν ἀρχὴν ἢ τὴν κρίσιν.

a) Cf. Cic. Ac. pr. II, 31. 32, ubi eadem distinctio inter visum verisimile et verum ex Carneade affertur. — b) *Probabilis visio et quae non impediatur*, Cic. Ac. pr. II, 11. *Probabile neque ulla re impeditum*, ib. II, 31.

Tribus illis probabilium gradibus utendum est prout quaeque res est vel maioris vel minoris momenti, *διεξωδευμένη φαντασία* adhibenda in gravissimis quaestionibus, quae pertineant ad felicitatem. Sext. Emp. l. l. 184. Unde collegeris, sicuti etiam ex praefatione illa Sexti, Carneadis disciplinam ad mores potissimum et vitam agendam respexisse. Sed tamen si summam eorum quae de Carneade traduntur computamus, universam illam doctrinam magis ad artis oratoriae quam ad vitae usum excogitatam esse dixeris. Neque huic contrarium est quod Clitomachus et Charmides, Carneadis discipuli, rhetoricae adversabantur, Sext. Emp. adv. Math. II, 20 sqq.; nam Charmides nonnisi ei rhetoricae increpabat, quae cum philosophia non esset coniuncta, hanc optimam dicendi magistram esse declarans eosque affirmans, teste Cicerone de Or. I, 18.

qui rhetores nominarentur et qui dicendi praecepta traderent, nihil plane tenere, neque posse quemquam facultatem assequi dicendi nisi qui philosophorum inventa didicisset.

Polyb. Excerpt. Vat. lib. XII, 26. *Λοιπὸν ἐκ τούτων διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παραδοξολογίας οὐκ εἰς σύγκρισιν, ἀλλ' εἰς καταμώκησιν ἀεὶ καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς πράξεις — προΐστασθαι· ἃ σχεδὸν εἰς τὸ παραπλήσιον ἐμπίπτει τοῖς περὶ τοὺς ἐν Ἀκαδημίᾳ λόγους τὸν προχειριστότατον λόγον ἠσκηκόσι· καὶ γὰρ ἐκείνων τινὲς βουλόμενοι περί τε τῶν προφανῶς καταληπτῶν εἶναι δοκούντων καὶ περὶ τῶν ἀκαταλήπτων εἰς ἀπορίαν ἄγειν τοὺς προσμαχομένους τοιαύταις χρῶνται παραδοξολογίαις καὶ τοιαύτας εὐποροῦσι πιθανότητας, ὥστε διαπορεῖν εἰ δυνατόν ἐστι τοὺς ἐν Ἀθήναις ὄντας ὀσφραίνεσθαι τῶν ἑψομένων ᾠῶν ἐν Ἐφέσῳ, καὶ διστάζειν μή πως καθ' ὃν καιρὸν ἐν Ἀκαδημίᾳ διαλέγονται περὶ τούτων, οὐχ ὑπὲρ ἄλλων ἄρ' ἐν οἴκῳ κατακείμενοι τούτους διατιθῶνται τοὺς λόγους· ἐξ ὧν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παραδοξολογίας εἰς διαβολὴν ἤχασι τὴν ὅλην αἵρεσιν, ὥστε καὶ τὰ καλῶς ἀπορούμενα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀπιστίαν ἦχθαι. καὶ χωρὶς τῆς ἰδίας ἀστοχίας καὶ τοῖς νέοις τοιοῦτον ἐντετόκασι ζῆλον, ὥστε τῶν μὲν ἠθικῶν καὶ πραγματικῶν λόγων μηδὲ τὴν τυχοῦσαν ἐπίνοιαν ποιεῖσθαι, δι' ὧν ὄνησις τοῖς φιλοσοφοῦσι, περὶ δὲ τὰς ἀνωφελεῖς καὶ παραδόξους εὑρεσιλογίας κενοδοξοῦντες κατατρίβουσι τοὺς βίους.* 448

Diximus iam Carneadem orationi habili atque versutae nimium tribuisse videri: iam vides scholam eius hanc viam protinus tenuisse indeque eos ad artificia ista veternosissima prolapsos esse, quae notat Polybius: cuius testimonium et propter ipsum virum et propter aetatem eius gravissimum est, ut qui Carneadi fere suppar esset.

4. Philo. Antiochus.

Sext. Emp. Pyrrh. Hyp. I, 235. *Οἱ δὲ περὶ Φίλωνά* [a] *φασιν, ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ Στωϊκῷ κριτηρίῳ, τουτέστι τῇ* 449

καταληπτικῇ φαντασίᾳ, ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πράγματα, ὅσον δὲ ἐπὶ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων αὐτῶν, καταληπτά [b]. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀντίοχος τὴν Στοὰν μετήγαγεν εἰς τὴν Ἀκαδημίαν, ὡς καὶ εἰρῆσθαι ἐπ' αὐτῷ ὅτι ἐν Ἀκαδημίᾳ φιλοσοφεῖ τὰ Στωϊκά· ἐπεδείκνυε γὰρ ὅτι παρὰ Πλάτωνι κεῖται τὰ τῶν Στωϊκῶν δόγματα [c].

a) Philo Larissaeus, Clitomachi auditor et in Academia successor, Stob. Ecl. II, p. 38, Euseb. Praep. Ev. XIV, 8, p. 739. *διάδοχος δὲ Καρνεάδου τῆς διατριβῆς καθίσταται Κλειτόμαχος, μεθ' ὃν Φίλων.* Bello Mithridatico a. 88 a. Chr. cum optimatibus Atheniensium domo fugit et Romam venit ibique vitam agens cum summo nobilium studio et rhetorum praecepta et philosophorum tradidit, v. Cic. Brut. 89, Tusc. II, 3; V, 37. Inter alios eum audiebat Cicero, qui totum se ei tradidit, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus, ut ipse scribit ad Famil. XIII, 1, cf. Acad. I, 4, N. D. I, 3; Plutarch. Cic. 3. — b) Similia tradit Cic. Ac. II, 6. De veritate quid statuerit haud liquet, nisi forte inde coniecturam feceris eum ad Platonis doctrinam reversum esse, quod negabat duas Academias esse, Cic. Ac. II, 4. Opus eius duobus libris comprehensum laudatur ap. Cic. l. c.; sed scripserat etiam de moribus, v. Stob. Ecl. II, p. 38 sqq. Cicero eum et in Academicis prioribus et in libro IV de Finibus passim expressisse videtur, v. Krische *üb. Cicero's Akademika, Götting. Stud.* 1845, p. 126—200, Grysar *die Akademiker Philo u. Antiochus,* Colon. 1849, C. F. Hermann de Philone Larissaeo, Gotting. 1851. 1855. — c) Antiochus Ascalonita philosophiam Athenis apud Philonem didicerat, sed ita ut etiam cum Stoicis versaretur, Cic. Acad. II, 22. Deinde ipse scholam Athenis aperuit, ubi eum et Cicero (a. 79 a. Chr.) audiebat et Brutus atque Atticus et Varro, cf. Cic. Brut. 91; Plut. Cic. 4. Summus autem eius fautor exstitit Lucullus, qui eum et Romae atque Alexandriae et in Asia cum bello Mithridatico imperator esset (a. 74—67) secum habuit, v. Plut. Lucull. 42; Cic. Acad. II, 2. 4. 19. Scripserat de dialectica Academicorum, de diis, adversus Philonem, alia, v. Cic. Acad. II, 4. 22; Sext. Emp. adv. Math. VII, 412; Plut. Lucull. 28. Cicero eum in Academicis prioribus 6—18 et in libro V de Finibus expressisse videtur, cf. Madvig Cic. de Fin. p. 853 sq.

Uterque, et Philo et Antiochus, missis istis Academicorum novorum nugis et rixis (n. 448) ad veterem Academiam reversi erant. Ipsi autem eo maxime discrepasse videntur, quod Antiochus eclecticam philosophandi rationem secutus et Stoicorum et Peripatetico-

rum placita miscuerat cum Academicis, Philo autem illibatam magis Academiam illam veterem contra discipulum tuebatur, cf. Cic. Acad. II, 6, 17; Augustin. adv. Acad. III, 18, 41. Quod Cicero identidem pronuntiat, Stoicos verbis tantum novos fuisse, rebus a Platone et Aristotele non differre, in hoc Antiochum auctorem habebat, cf. Cic. de Fin. V, 25, de Nat. D. I, 7; cf. n. 294, not. Eundem ad Stoicos proniorem fuisse prodit etiam Numenius ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 9, et disertissime Cicero Ac. pr. II, 43: *Erat quidem, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicus.* Sed erant illa perpauca haudquaquam levia; cf. Cic. l. l. *Placet Stoicis omnia peccata esse paria. At hoc Antiocho vehementissime displicet. — Zeno in una virtute positam beatam vitam putat. Quid Antiochus? Etiam, inquit, beatam, sed non beatissimam.* Etiam de regula veritatis cum Stoicis faciebat: qua de re quae discipulis ab eo tradebantur repetuntur a Lucullo ap. Cic. Ac. II, 6—18.

CAPUT XII.

PHILOSOPHIA ROMANORUM.

1. De initiis potissimisque auctoribus philosophiae Latinae.

**Gell. Noct. Att. XV, 11. C. Fannio Strabone M. 450
Valerio Messala coss. senatus consultum de philosophis et de rhetoribus*) factum est: „M. Pomponius Praetor senatum consuluit. Quod verba facta sunt de philosophis et de rhetoribus, de ea re ita censuerunt, ut M. Pomponius Praetor animadverteret curaretque uti ei e republica fideque sua videretur, ut Romae ne essent." Ib. VII, 14. Animadversa eadem tripartita varietas (sc. dicendi) est in tribus philosophis, quos Athenienses Romam ad senatum legaverant impetratum uti multam remitterent, quam fecerant iis propter Oropi vastationem[a]. — — Erant isti philosophi Carneades ex Aca-**

---

*) Vulg. editur *de rhetoribus Latinis* Cf. Sueton. de clar. rhet. 1.

demia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus. Et in senatum quidem introducti interprete usi sunt C. Acilio senatore, sed ante ipsi seorsum quisque ostentandi gratia magno conventu hominum dissertaverunt. Tum admirationi fuisse aiunt Rutilius et Polybius [b] philosophorum trium sui cuiusque generis facundiam. Violenta, inquiunt, et rapida Carneades dicebat, scita et teretia Critolaus, modesta Diogenes et sobria. Plin. N. H. VII, 30. Cato Censorius in illa nobili trium sapientiae procerum ab Athenis legatione audito Carneade quam primum legatos eos censuit dimittendos, quoniam illo viro argumentante quid veri esset haud facile discerni posset.

a) Cf. Pausan. VII, 11. 12. — b) Polybius in amissis. De P. Rutilio Rufo, qui Graece condidit historiam Romanam, v. Krause Fragmm. Historic. Rom. p. 227 sqq.

C. Fannius Strabo M. Valerius Messala coss. incidunt in Ol. 154, 3, a U. c. 592; legatio illa philosophorum Atheniensium in Ol. 156, 2, a U. c. 598. Prima philosophiae semina, quae a U. c. 592. exstincta sunt, sparsa videntur per exules Achaeos, in quibus erat etiam Polybius, quos senatus e patria accitos post bellum Persei in urbe et per Italiam multos annos detinuit; v. Casaubon. ad Sueton. l. l.: de altera philosophorum expulsione, quae facta est auctore Catone maiore, cf. Plut. V. Cat. mai. c. 22 sq. — Alia super has eiectio est Epicureorum, quae facta narratur consule L. Postumio, Athen. XII, p. 547 A., Aelian. V. H. IX, 12, h. e. vel a U. c. 580, coss. L. Postumio Albino M. Popilio Laena, vel 599, coss. Q. Opimio L. Postumio Albino; cf. Perizon. ad Aelian. l. l.

451 Cic. de Orat. II, 37. Et certe non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores aut auctoritate graviores aut humanitate politiores P. Africano, C. Laelio, L. Furio, qui secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuerunt. Atque ego ex istis saepe audivi quum dicerent pergratum Athenienses et sibi fecisse et multis principibus civitatis, quod quum ad senatum legatos de suis maximis rebus mitterent, tres illius aetatis nobilis-

simos philosophos misissent, Carneadem et Critolaum et Diogenem. Itaque eos dum Romae essent et a se et ab aliis frequenter auditos.

Loquitur Q. Catulus. Cic. Tusc. IV, 3. *Sapientiae studium vetus id quidem in nostris, sed tamen ante Laelii aetatem et Scipionis non reperio quos appellare possim nominatim.*

Quintil. Inst. Orat. X, 1, 123. De philosophia — 452
paucissimos adhuc eloquentes litterae Romanae tulerunt. Idem igitur *M. Tullius*, qui ubique, etiam in hoc opere Platonis aemulus exstitit. Egregius vero multoque quam in orationibus praestantior *Brutus* suffecit ponderi rerum; scias eum sentire quae dicit. Scripsit non parum multa *Cornelius Celsus*, Sextios*) secutus, non sine cultu ac nitore. *Plancus* in Stoicis rerum cognitione utilis. In Epicureis levis quidem, sed non iniucundus tamen auctor est *Catius*. — *Seneca* — in philosophia parum diligens, egregius tamen vitiorum insectator fuit. Seneca Ep. 100, 1. *Fabiani Papirii* libros, qui inscribuntur Civilium, legisse te cupidissime scribis, sed non respondisse exspectationi tuae. — — Ib. 8. Affer quem Fabiano possis praeponere. Dic Ciceronem, cuius libri ad philosophiam pertinentes paene totidem sunt quot Fabiani. Cedam, sed non statim pusillum est si quid maximo minus est. Dic *Asinium Pollionem*. Cedam et respondeamus, in re tanta eminere est et post duos esse. Nomina adhuc *Livium*. Scripsit enim et dialogos, quos non magis philosophiae adnumerare possis quam historiae, et ex professo philosophiam continentes libros. Huic quoque dabo locum: vide tamen quam multos antecedat qui a tribus vincitur et tribus eloquentissimis.

---

*) Ita codd. antiquissimi et plurimi. Vulgo editur *Scepticos*, quae videtur esse Philandri coniectura.

Vides utrumque non de ipsa philosophia loqui, sed de elocutione philosophorum. Propterea Quintilianus non nominavit *M. Terentium Varronem*, maximum illud litterarum Romanarum quae in cura et diligentia positae erant decus, qui Antiochum una cum Bruto audiverat Athenis et ipse etiam de philosophia scripserat, v. Cic. Acad. I, 2. 3, ad Att. XIII, 12. 16; Augustin. de Civ. D. XIX, 1—3; Ritschl Mus. Rhen. Philol. 1848, p. 503. In operibus suis, quantum nos sciamus, magis Stoicos secutus est quam Academiam, v. L. Krahner *z. Gesch. d. Verfalls d. röm. Staatsrel.* Hal. 1837, p. 51 sqq. De *Lucretio* Quintilianus dixerat in poetis, X, 1, 87. De *Bruto* cf. Cic. de Fin. I, 3; Tusc. V, 1; Ac. I, 3; ad Att. VIII, 25; Plut. V. Brut. 2. Scripserat de virtute et de officiis, cf. Seneca Ep. 95, 45. *Brutus in eo libro, quem περὶ καθήκοντος inscripsit, dat multa praecepta et parentibus et liberis et fratribus*, cf. n. 464, not. b. De *Sextiis* v. n. 469 sqq., de *Cornelio Celso* Quintil. II, 15, 22. De *Planco* nihil constat; incerta coniectura pro eodem habetur cuius litterae exstant ap. Cic. ad Fam. X. Epicureorum philosophia ante *Catium*, Ciceronis aequalem, et Lucretium Romanis innotuerat per *Amafinium* et *Rabirium*, v. n. 453. De *Seneca* v. infra n. 474. De *Fabiano Papirio*, Senecae familiari, pauca excerpsimus ex longa digressione ap. Senec. l. l., cf. Quintil. II, 14, 2; III, 6, 23; Seneca Controv. lib. II, praef., al. Praeter eum ex aequalibus a Seneca nominatur *Metronax*, qui philosophiam docuit Neapoli, v. Ep. 76 et 93. De *Asinio Pollione* cf. Westermann *Gesch. d. Bereds.* II, p. 206 sqq.

2. Epicurei.

453 **Cic. Tusc. IV, 3. Itaque illius verae elegantisque philosophiae, quae ducta a Socrate in Peripateticis adhuc permansit et idem alio modo dicentibus Stoicis[a], quum Academici eorum controversias disceptarent, nulla fere sunt aut pauca admodum Latina monumenta, sive propter magnitudinem rerum occupationemque hominum sive etiam quod imperitis ea probari posse non arbitrabantur; quum interim illis silentibus C. Amafinius exstitit dicens, cuius libris editis commota multitudo contulit se ad eandem potissimum disciplinam, sive quod erat cognitu perfacilis sive quod invitabantur illecebris blandae voluptatis, sive etiam, quia nihil prolatum erat melius, illud quod erat tenebant. Post Amafinium au-**

tem multi eiusdem aemuli rationis multa quum scripsissent, Italiam totam occupaverunt; quodque maximum argumentum est non dici illa subtiliter, quod et facile ediscantur et ab indoctis probentur, id illi firmamentum esse disciplinae putant.

a) Cf. n. 449, not d.

Cf. Cic. Ac. post. I, 2, ubi praeter Amafinium *Rabirius* nominatur, ut alter Epicureorum interpres. Utrumque dicit *nulla arte adhibita de rebus ante oculos positis vulgari sermone disputasse. Nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt, nullam denique artem esse nec dicendi nec disserendi putant*, confessus tamen se libros illorum ipsum non inspexisse, Tusc. II, 3. Amafinius scripsit de rerum natura, eandemque materiam Rabirius tractasse videtur: omninoque notabile Romanorum quotquot Epicurum sequebantur physicam non sine studio coluisse, ceteroquin a Romanorum ingeniis alienam: sicuti etiam *Catium*, de quo v. n. 452, cum de summo bono tum de rerum natura scripsisse accepimus, v. Comm. vet. in Horat. Sat. II, 4, 1. Videbatur nimirum Epicuri physica ad superstitiones ex hominum animis evellendas accommodatissima, v. n. 455, not. Inter Graecos, qui Romanorum in hac philosophia institutores erant, nominandi sunt *Zeno* et *Phaedrus*, Cic. de Nat. D. I, 21. 33; de Fin. I, 5: ad Phaedrum referendus videtur libellus ex Herculanensibus voluminibus editus, περὶ θεῶν inscriptus, quo usus est Cicero in primo libro de Natura Deorum, cf. Petersen, Phaedri Epicurei vulgo Anonymi Herculanensis etc. Hamburg. 1833. 4. — Ex iisdem voluminibus reviguit memoria *Philodemi Gadarensis*, qui Ciceronis aetate Romae vixit multisque et philosophiae qua a Zenone institutus erat Epicureae professione et poematum lascivia eleganti commendatus erat, v. Cic. in Pison. 24. 29, de Fin. II, 35, 119, Horat. Sat. I, 2, 120. Exstant nunc eius libri de rhetorica, de musica, de moribus, de vitiis, de vitiis et virtutibus oppositis, alii, quibus Epicureorum doctrinae contra Stoicos, Peripateticos cet. patrocinatur: laceri illi quidem, sed ad ista litterarum tempora iudicanda perutiles, cf. L. Preller in Erschii Gruberi Encyclop. III, 23, p. 345 sqq. — De expulsione Epicureorum v. n. 450, not.

Lucret. de Nat. Rer. I, 63 sqq. 454

Humana ante oculos foede cum vita iaceret
in terris, oppressa gravi sub religione,

quae caput a coeli regionibus ostendebat,
horribili super aspectu mortalibus instans:
primum Graius homo [a] mortalis tendere contra
est oculos ausus primusque obsistere contra;
quem neque fama deum nec fulmina nec minitanti
murmure compressit coelum, sed eo magis acrem
irritat animi virtutem, effringere ut arta
naturae primus portarum claustra cupiret.
Ergo vivida vis animi pervicit, et extra
processit longe flammantia moenia mundi,
atque omne immensum peragravit mente animoque:
unde refert nobis victor quid possit oriri,
quid nequeat, finita potestas denique cuique
qua nam sit ratione atque alte terminus haerens.
Quare religio pedibus subiecta vicissim
obteritur, nos exaequat victoria coelo.

a) Epicurus puta, cuius laudes celebrantur etiam IV init., cf. VI, 49 sqq. Praeter eum Empedocles multis a Lucretio nominibus laudatur I, 717 sqq., cuius carmen sibi ipse ad imitandum proposuerat. Cf. supra n. 167, not. f.

455 Ib. V, 196 sqq.

Quod si iam rerum ignorem primordia quae sint,
hoc tamen ex ipsis coeli rationibus ausim
confirmare aliisque ex rebus reddere multis,
nequaquam nobis divinitus esse paratam
naturam rerum: tanta stat praedita culpa.

Ib. 1160 sqq.

Nunc quae causa deum per magnas numina gentis
pervulgarit et ararum compleverit urbis
suscipiendaque curarit sollemnia sacra,
quae nunc in magnis florent sacra rebu' locisque,
unde etiam nunc est mortalibus insitus horror,
qui delubra deum nova toto suscitat orbi

terrarum et festis cogit celebrare diebus,
non ita difficile est rationem reddere verbis.
Quippe etenim iam tum divum mortalia saecla
egregias animo facies vigilante videbant,
et magis in somnis mirando corporis auctu.
His igitur sensum tribuebant propterea quod
membra movere videbantur vocesque superbas
mittere pro facie praeclara et viribus amplis:
aeternamque dabant vitam, quia semper eorum
suppeditabatur facies et forma manebat,
et tamen omnino, quod tantis viribus auctos
non temere ulla vi convinci posse putabant.
Fortunisque ideo longe praestare putabant,
quod mortis timor haud quemquam vexaret eorum,
et simul in somnis quia multa et mira videbant
efficere et nullum capere ipsos inde laborem.
Praeterea coeli rationes ordine certo
et varia annorum cernebant tempora verti,
nec poterant quibus id fieret cognoscere causis.
Ergo perfugium sibi habebant omnia divis
tradere et illorum nutu facere omnia flecti.
In coeloque deum sedes et templa locarunt,
per coelum volvi quia lux et luna videtur,
luna, dies et nox, et noctis signa serena,
noctivagaeque faces coeli, flammaeque volantes,
nubila, sol, imbres, nix, venti, fulmina, grando,
et rapidi fremitus, et murmura magna minarum.
O genus infelix humanum, talia divis
cum tribuit facta atque iras adiunxit acerbas!
Quantos tum gemitus ipsi sibi, quantaque nobis
vulnera, quas lacrumas peperere minoribu' nostris!
Nec pietas ulla est velatum saepe videri
vertier ad lapidem atque omnis accedere ad aras,
nec procumbere humi prostratum et pandere palmas

ante deum delubra, nec aras sanguine multo
spargere quadrupedum, nec votis nectere vota,
sed mage placata posse omnia mente tueri.

Vides Epicurum etiam apud Romanos ad religiones ex animis hominum tollendas cummaxime fecisse; cf. oratio C. Velleii ap. Cic. de Nat. D. I, 8 sqq., partim ex Phaedro expressa.

456 Cic. de Fin. I, 7, 25. Et quod quaeritur saepe, cur tam multi sint Epicurei, sunt aliae quoque causae, sed multitudinem haec maxime allicit, quod ita putant dici ab illo, recta et honesta quae sint, ea facere ipsa per se laetitiam id est voluptatem. Ib. 17, 55. Animi autem voluptates et dolores nasci fatemur e corporis voluptatibus et doloribus. Itaque concedo, quod modo dicebas, cadere causa si qui e nostris aliter existimant; quos quidem video esse multos, sed imperitos.

Loquitur L. Torquatus, qui Epicureorum in hoc opere Ciceronis doctrinam explicat. Ut omnia, quae Epicurus alienius de moribus praeceperat, a Romanis humanius accipiebantur paulloque invertebantur, ita factum est etiam in placito de voluptate: statuebant esse aliquam animi voluptatem, quae nihil haberet cum corpore coniunctum. In qua re notabile quod adversariis increpare solebant eos non posse assequi quid diceretur voluptas, Cic. de Fin. II, 23, et quod dicit Cicero, neminem Epicureorum ausurum publice *se omnia voluptatis causa facturum esse profiteri*. Ib. 22.

457 Cic. de Fin. I, 20. Tribus igitur modis video esse a nostris de amicitia disputatum. Alii quum eas voluptates, quae ad amicos pertinerent, negarent esse per se ipsas tam expetendas quam nostras expeteremus (quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitiae vacillare), tuentur tamen eum locum seque facile, ut mihi videtur, expediunt. — — Sunt autem quidam Epicurei timidiores paullo contra nostra convicia, sed tamen satis acuti, qui verentur ne, si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, sola amicitia quasi claudicare videatur. Itaque primos congressus copula-

tionesque et consuetudinum instituendarum voluntates fieri propter voluptatem: quum autem usus progrediens familiaritatem effecerit, tum amorem efflorescere tantum ut, etiam si nulla sit utilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter se ipsos amentur. — — Sunt autem qui dicant foedus esse quoddam sapientium, ut ne minus amicos quam se ipsos diligant. Quod et fieri posse intelligimus et saepenumero*) videmus, et perspicuum est nihil ad iucunde vivendum reperiri posse, quod coniunctione tali sit aptius.

Loquitur idem L. Torquatus. Primum placitum, quod ab eo explicatur, ipsius Epicuri est, v. n. 390: duo reliqua in humaniorem sententiam a recentioribus inflexa sunt, Epicuri tamen rationi parum convenienter posita, quod demonstrat Cicero de Fin. II, 26.

3. Cicero.

Cic. de Div. II, 1. Quaerenti mihi multumque et 458
diu cogitanti quanam re possem prodesse quam plurimis, ne quando intermitterem consulere reipublicae, nulla maior occurrebat quam si optimarum artium vias traderem meis civibus, quod compluribus iam libris me arbitror consecutum. Nam et cohortati sumus, ut maxime potuimus, ad philosophiae studium eo libro, qui est inscriptus Hortensius, et quod genus philosophandi minime arrogans maximeque et constans [a] et elegans arbitraremur, quatuor Academicis libris ostendimus. Quumque fundamentum esset philosophiae positum in finibus bonorum et malorum, perpurgatus est is locus [b] a nobis quinque libris, ut quid a quoque et quid contra quemque philosophum diceretur intelligi posset. Totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum res ad beate vivendum maxime necessarias aperuerunt. Primus enim est de contemnenda morte, secundus de tolerando do-

---

*) Codd. *saepe enim.* Goerenz. coni. *saepenumero.*

lore, de aegritudine lenienda tertius, quartus de reliquis animi perturbationibus, quintus eum locum complexus est, qui totam philosophiam maxime illustrat [c]: docet enim ad beate vivendum virtutem se ipsa esse contentam. Quibus [libris] editis tres libri perfecti sunt de Natura Deorum, in quibus omnis eius loci quaestio continetur. Quae ut plene esset cumulateque perfecta, de Divinatione ingressi sumus his libris scribere; quibus (ut est in animo) de Fato si adiunxerimus, erit abunde satisfactum toti huic quaestioni. Atque his libris annumerandi sunt sex de Republica, quos tunc scripsimus, quum gubernacula reipublicae tenebamus [d]. Magnus locus philosophiaeque proprius a Platone, Aristotele, Theophrasto totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime. Nam quid ego de Consolatione dicam? quae mihi quidem ipsi sane aliquantum medetur; ceteris item multum illam profuturam puto [e]. Interiectus est etiam nuper liber is, quem ad nostrum Atticum de Senectute misimus. In primisque quoniam philosophia vir bonus efficitur et fortis, Cato noster in horum librorum numero ponendus est. Quumque Aristoteles itemque Theophrastus, excellentes viri cum subtilitate tum copia, cum philosophia dicendi etiam praecepta coniunxerint, nostri quoque oratorii libri in eundem numerum referendi videntur. Ita tres erunt de Oratore, quartus Brutus, quintus Orator. Ib. c. 2. Adhuc haec erant. Ad reliqua alacri tendebamus animo, sic parati, ut nisi quae causa gravior obstitisset, nullum philosophiae locum esse pateremur, qui non latinis litteris illustratus pateret. — — Magnificum illud etiam Romanisque hominibus gloriosum, ut Graecis de philosophia litteris non egeant. Quod assequar profecto, si instituta perfecero. Ac mihi quidem explicandae philosophiae causam attulit gravis casus civitatis, quum in armis civilibus nec tueri meo

more rempublicam nec nihil agere poteram, nec quid potius quod quidem me dignum esset agerem reperiebam.

a) Constantia, quam laudat, Academicorum ea est, ut nihil pro certo affirmarent, sed quidquid cum aliqua probabilitate dici posset, id copiose et eleganter dicerent. Cf. Tusc. V, 11. *A. Sed tua quoque vide ne desideretur constantia. — M. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum et testificaris quid dixerim aliquando aut scripserim. Cum aliis isto modo, qui legibus impositis disputant: nos in diem vivimus: quodcunque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus; itaque soli sumus liberi.* Cf. ib. 29; de Off. I, 2. — b) Cicero cum Academia nova philosophiam esse tanquam collectionem locorum existimabat, de quibus in utramque partem posset apposite disputari. Tusc. V, 7. *Philosophi quamcunque rem habent in manibus, in eam quae conveniunt congerunt omnia, etsi alio loco disputata sunt. — — Propriis enim et suis argumentis et admonitionibus tractanda quaeque res est.* — c) Hinc intelligitur plurimum a Cicerone morali philosophiae parti tributum esse. Tusc. IV, 26. *Sapientiam esse rerum divinarum et humanarum scientiam cognitionemque, quae cuiusque rei causa sit. Ex quo efficitur ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat.* V. n. 459. Physicam longe postponebat morali, tametsi etiam illam ad cognoscendum utilem esse persuasum habebat. Ac. pr. II, 41; de Fin. IV, 5; de Rep. I, 15 sqq. Academicos recentiores sequitur magis quam suum ingenium, si Logicam eodem quo Ethicam loco habet; Ac. pr. II, 9. *etenim duo esse haec maxima in philosophia, iudicium veri et finem bonorum.* — d) Haec parum accurate; vide quae subiicientur. Peripateticos veteres maxime propter multiplicem eruditionem commendare solet, v. de Fin. V, 3, 7. *Ad eos igitur converte te, quaeso. Ex eorum enim scriptis et institutis cum omnis doctrina liberalis, omnis historia, omnis sermo elegans sumi potest, tum varietas est tanta artium, ut nemo sine eo instrumento ad ullam rem illustriorem satis ornatus possit accedere. Ab his oratores, ab his imperatores ac rerum publicarum principes exstiterunt. Ut ad minora veniam, mathematici, poetae, musici, medici denique ex hac tamquam omnium artium officina profecti sunt.* — e) Ut solatium praeberet in rebus adversis, hoc maxime a philosophia exigebant Romani interque eos Cicero, qui tamen hoc genus solatii plus semel queritur haud semper sufficere. V. ad Att. XII, 46; ad Fam. V, 15.

Intelligitur ex hoc loco philosophiae studium apud Romanos quantopere pependerit a negotiis et officiis civilibus. Cicero philosophiae principio propter eloquentiam studebat, v. Brut. c. 89 sqq.; *litteris enim perfectae eloquentiae fontem contineri et philosophiam*

matrem omnium bene factorum beneque dictorum esse censebat, Brut. 93. Ea ipsa aetate, cum ad eloquentiam forensem se praeparabat, prima opera edidit, quae erant et rhetorici et philosophici generis, postea ab eo ut prima iuventutis imperfectae conamina reiecta neque propterea nostro loco commemorata. Utebatur per illa tempora Phaedro (ad Fam. XIII, 1) et Zenone Epicureis (de Nat. D. I, 21; Tusc. III, 17) et praeter illos Philone (Brut. 89; de Nat. D. I, 3) et Antiocho (de Nat. D. I, 3; Brut. 91), qui ei Academiam commendabant, denique Diodoto (de Nat. D. I, 3; Ac. pr. II, 36; Brut. 90; Tusc. V, 39) et Posidonio (de Nat. D. I, 3; Tusc. II, 25) Stoicis. Ea opera, quorum mentio fit nostro loco, publicaverat partim eo tempore quo propter primos triumviros, partim eo quo propter Caesarem a civitate remotus vivebat. In quibus componendis quantum pependerit a Graecis ipse disertissime pronuntiat ad Att. XII, 52. *ἀπόγραφα sunt: minore labore fiunt: verba tantummodo affero, quibus abundo.* Contra de Fin. I, 2. *Quod si nos,* inquit, *non interpretum fungimur munere, sed tuemur ea quae dicta sunt ab iis quos probamus, eisque nostrum iudicium et nostrum scribendi ordinem adiungimus: quid habent cur Graeca anteponant iis, quae et splendide dicta sint neque sint conversa de Graecis?* Cf. ib. c. 3; de Off. III, 2. Simul id, et summo quidem studio, adnitebatur ut Graecis iam, ut ait, languentibus etiam in hoc litterarum genere gloriam eriperet ad populares suos transferendam; Tusc. II, 2, qui locus laudatur in n. 11; Acad. post. I, 3. Neque inde non laudem sibi aucupatur, quod primus philosophiam ornaverit eloquentia, de Off. I, 1, ad quod eo adiuvabatur, quod maxime Academicis studebat. Parad. prooem. *Nos ea philosophia plus utimur, quae peperit dicendi copiam et in qua dicuntur ea quae non multum discrepant ab opinione populari.* Cf. de Amic. 5. Ex quo studio simul illud ad populares commodum ex Ciceronis scriptis redundabat, quod opposita philosophorum placita recensendo et ponderando universam philosophiae, qualis sua memoria maxime tractabatur, adumbravit imaginem.

459 **De Off. I, 43. Placet igitur aptiora esse naturae ea officia quae ex communitate, quam ea quae ex cognitione ducantur: idque hoc argumento confirmari potest. Quod si contigerit ea vita sapienti, ut in omnium rerum affluentibus copiis quamvis omnia quae cognitione digna sunt summo otio secum ipse consideret et contempletur, tamen, solitudo si tanta sit ut hominem vi-**

dere non possit, excedat e vita. Princepsque omnium virtutum illa sapientia, quam σοφίαν Graeci vocant — prudentiam enim, quam Graeci φρόνησιν, aliam quandam intelligimus, quae est rerum expetendarum fugiendarumque scientia — illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est divinarum atque humanarum scientia, in qua continetur deorum et hominum communitas et societas inter ipsos. Ea si maxima est, ut est, certe necesse est, quod a communitate ducatur officium, id esse maximum. Etenim cognitio contemplatioque naturae manca quodam modo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. Ea autem actio in hominum commodis tuendis maxime cernitur; pertinet igitur ad societatem generis humani: ergo haec cognitioni anteponenda est. Atque id optimus quisque reapse ostendit et iudicat. Quis enim est tam cupidus in perspicienda cognoscendaque rerum natura, ut, si ei tractanti contemplantique res cognitione dignissimas subito sit allatum periculum discrimenque patriae, cui subvenire opitularique possit, non illa omnia relinquat atque abiiciat, etiam si dinumerare se stellas aut metiri mundi magnitudinem posse arbitretur? Atque hoc idem in parentis, in amici re aut periculo fecerit. Quibus rebus intelligitur studiis officiisque scientiae praeponenda esse officia iustitiae, quae pertinent ad hominum caritatem, qua nihil homini esse debet antiquius.

Disputantur haec adversus Peripateticos, v. n. 345, not., 355. Cf. de Rep. I, 7, 12. *Neque enim est ulla res, in qua propius ad deorum numen virtus accedat humana, quam civitates aut condere novas aut conservare iam conditas.* Romanorum civitas ei longe perfectissima esse videtur, ib. 46, 70. *Sic enim decerno, sic sentio, sic affirmo, nullam omnium rerum publicarum aut constitutione aut descriptione aut disciplina conferendam esse cum ea, quam patres nostri nobis acceptam iam inde a maioribus reliquerant.* Adde de Orat. I, 44. *Fremant omnes licet, dicam quod sentio: bibliothecas mehercule omnium philosophorum unus mihi videtur XII tabularum*

libellus, si quis legum fontes et capita viderit, et auctoritatis pondere et utilitatis ubertate superare.

460 De Nat. D. I, 21. Omnibus fere in rebus et maxime in physicis quid non sit citius quam quid sit dixerim. Ac. II, 39. Latent ista omnia, Luculle, crassis occultata et circumfusa tenebris, ut nulla acies humani ingenii tanta sit, quae penetrare in coelum, terram intrare possit: corpora nostra non novimus; qui sint situs partium, quam vim quaeque pars habeat ignoramus. Itaque medici ipsi, quorum intererat ea nosse, aperuerunt ut viderentur. Nec eo tamen aiunt empirici notiora esse illa, quia possit fieri ut patefacta et detecta mutentur. Sed ecquid nos eodem modo rerum naturas persecare, aperire, dividere possumus, ut videamus terra penitusne defixa sit et quasi radicibus suis haereat an media pendeat? — — Sed redeo ad animum et corpus. Satisne tandem ea nota sunt nobis, quae nervorum natura sit, quae venarum? tenemusne quid animus sit? ubi sit? denique sitne an, ut Dicaearcho visum est, ne sit quidem ullus? Si est, tresne partes habeat, ut Platoni placuit, rationis, irae, cupiditatis, an simplex unusque sit? Si unus et simplex, utrum sit ignis an anima an sanguis? an, ut Xenocrates, numerus nullo corpore? (quod intelligi quale sit vix potest) et quidquid est mortale sit an aeternum? nam utramque in partem multa dicuntur. Horum aliquid vestro sapienti certum videtur: nostro [a] ne quid maxime quidem probabile sit occurrit; ita sunt in plerisque contrariarum rationum paria momenta. Ib. 41. Neque tamen istas quaestiones physicorum exterminandas puto. Est enim animorum ingeniorumque naturale quoddam quasi pabulum consideratio contemplatioque naturae. Erigimur, elatiores fieri videmur, humana despicimus, cogitantes supera atque coelestia haec nostra ut exigua et minima contemnimus.

Indagatio ipsa rerum cum maximarum tum etiam occultissimarum habet oblectationem. Si vero aliquid occurrit, quod veri simile videatur, humanissima completur animus voluptate. Quaeret igitur haec et vester sapiens et hic noster, sed vester ut assentiatur credat, affirmet, noster ut vereatur temere opinari praeclareque agi secum putet, si in eiusmodi rebus veri simile quod sit invenerit. — — Non mihi videntur considerare, quum physica ista valde affirmant, earum etiam rerum auctoritatem, si quae illustriores videantur, amittere. Non enim magis assentiuntur neque approbant lucere nunc quam, quum cornix cecinerit, tum aliquid eam aut iubere aut vetare: nec magis affirmabunt signum illud, si erunt mensi, sex pedum esse quam solem, quem metiri non possunt, plus quam duodeviginti partibus maiorem esse quam terram. Ex quo illa conclusio nascitur: si sol quantus sit percipi non potest, qui ceteras res eodem modo quo magnitudinem solis approbat, is eas res non percipit. Magnitudo autem solis percipi non potest. Qui igitur id approbat quasi percipiat, nullam rem percipit. Responderint posse percipi quantus sol sit. Non repugnabo, dummodo eodem pacto cetera percipi comprehendique dicant. Nec enim possunt dicere aliud alio magis minusve comprehendi, quoniam omnium rerum una est definitio comprehendendi.

a) Vester sapiens est Antiochus, noster nova Academia.

Commendat igitur naturales quaestiones nonnisi eo nomine, quia possint esse incitamenta ingenii, cf. de Fin. IV, 5. Singulos physicae locos nunquam attingit, neque de iis quae ad universam de natura doctrinam pertinent nisi obiter et in transcursu disputat, velut de contrario formae et materiae. Omnino ea tantummodo studiose perquirit quae faciunt ad dei notionem animaeque humanae substantiam: quae duae quaestiones coniunctissimae ei esse videbantur.

Cic. Tusc. Disp. I, 26. Non enim ambrosia deos aut nectare aut Iuventate pocula ministrante laetari ar- 461

bitror: nec Homerum audio, qui Ganymedem a diis raptum ait propter formam, ut Iovi bibere ministraret, non iusta causa cur Laomedonti tanta fieret iniuria. Fingebat haec Homerus et humana ad deos transferebat [a]: divina mallem ad nos. Quae autem divina? Vigere, sapere, invenire, meminisse. Ergo animus, ut ego dico, divinus est, ut Euripides dicere audet, deus [b]; et quidem, si deus aut anima aut ignis est, idem est animus hominis. Nam ut illa natura coelestis et terra vacat et humore, sic utriusque harum rerum humanus animus est expers. Sin autem est quinta quaedam natura, ab Aristotele inducta primum, haec et deorum est et animorum. Hanc nos sententiam secuti his ipsis verbis in Consolatione hoc expressimus. c. 27. „Animorum nulla in terris origo inveniri potest. Nihil enim est in animis mixtum atque concretum aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur, nihil ne aut humidum quidem aut flabile aut igneum [c]. His enim in naturis nihil inest quod vim memoriae, mentis, cogitationis habeat, quod et praeterita teneat et futura provideat et complecti possit praesentia: quae sola divina sunt, nec invenietur unquam unde ad hominem venire possint nisi a deo. Singularis est igitur quaedam natura atque vis animi, seiuncta ab his usitatis notisque naturis. Ita quidquid est illud quod sentit, quod sapit, quod vivit, quod viget, coeleste et divinum ob eamque rem aeternum sit necesse est [d]. Nec vero deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens, ipsaque praedita motu sempiterno" [e].

a) Vulgaribus de diis opinionibus minime favet; cf. de Legg. II, 11; de Nat. D. III, 15 sq. Nihilo secius deos esse demonstraturus communem de iis persuasionem popularemque cultum argumentari solet, Tusc. I, 13; de Legg. I, 8. Stoicorum cur dii sint

argumenta adeo carere pondere censet, ut rem non expediant, sed dubiam faciant, de Nat. D. III, 4. Ipsius dubitationes eo maxime redeunt, quod ratam illam convenientiam ordinemque mundi etiam ab irrationali causa derivari posse arbitrabatur. Ib. c. 11. *Naturae ista sunt, Balbe, naturae non artificiose ambulantis, ut ait Zeno, — — sed omnia cientis et agitantis motibus et mutationibus suis.* Accedit quod multa in natura esse videntur, quorum quae ratio, qui finis sit, vix dici queat, Ac. II, 38. Enimvero etiam sic verisimilius esse credit esse deos quam non esse, de Nat. D. I, 1; III, 40 extr. Quid in talibus quaestionibus maxime spectandum putaverit, patet ex hisce, de Div. II, 72. *Quam ob rem ut religio propaganda etiam est, quae est iuncta cum cognitione naturae: sic superstitionis stirpes omnes eiiciendae.* — b) Cf. de Rep. VI, 24. *Deum te igitur scito esse: si quidem deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit et moderatur et movet id corpus, cui praepositus est, quam hunc mundum ille princeps deus.* Tusc. I, 22; de Off. III, 10. *Cum vero iurato sententia dicenda sit, meminerit deum se adhibere testem, id est ut arbitror mentem suam, qua nihil homini dedit deus ipse divinius.* — c) Patet ex antecedentibus eum non negare deum esse ignem vel animam, sed hoc tantum negare, terrestri eum igni vel animae aequiparandum esse. Concedit deum esse *animum vacantem corpore*; sed videtur ei esse nil aliud nisi *summa tenuitas, quae fugiat aciem*, Tusc. I, 22; de Fin. IV, 11. *Cuiuscunque enim modi animal constitueris necesse est, etiam si id sine corpore sit, ut fingimus, tamen esse in animo quaedam similia eorum quae sunt in corpore.* — d) Etiam de immortalitate animae verisimile quidem esse putabat; sed monet cives ne nimium tribuant iis quae a philosophis de hac quaestione proferri soleant, Tusc. I, 32. Plurimum etiam hic concedendum dicit communi omnium et optimi cuiusque iudicio ac persuasioni, Cat. 21 sqq. Fabulas de inferis contemtui habet, Tusc. I, 21; sed vivere bonos homines post mortem et coniunctissime vivere persuasum habet, animumque morte solutum in coelum velut in patriam reverti dicit; Cat. 23; Tusc. I, 22. — e) Dei cogitatio quam sit implicata plus semel demonstrat, velut Tusc. I, 22; de Nat. D. III, 15. Summum aliquem deum esse efficit ex convenientia rerum, quas necesse esse ab uno aliquo principe regi; de Legg. I, 7; Tusc. I, 28. Mala vero, quibus conflictetur vita humana, si contemplatur et *quanta cum pernicie ratio* hominibus data sit, ad dubitationem rursus delabitur; de Nat. D. III, 27. 33. Summum deum cum Peripateticis velut animam mundi extremamve sphaeram esse putat; cf. Ac. I, 7; de Rep. VI, 17. 24, quem locum exscriptum habes in not. b.

462 De Fato 11. Communi igitur consuetudine sermonis abutimur, quum ita dicimus, velle aliquid quempiam aut nolle sine causa. Ita enim dicimus, sine causa, ut dicamus sine externa et antecedente causa, non sine aliqua. Ut quum vas inane dicimus, non ita loquimur, ut physici, quibus inane esse nihil placet, sed ita, ut verbi causa sine aqua, sine vino, sine oleo vas esse dicamus: sic quum sine causa animum dicimus moveri, sine antecedente et externa causa moveri, non omnino sine causa dicimus. De ipsa atomo dici potest, quum per inane moveatur gravitate et pondere, sine causa moveri, quia nulla causa accedat extrinsecus. Rursus autem, ne omnibus a physicis irrideamur, si dicamus quidquam fieri sine causa, distinguendum est et ita dicendum, ipsius individui hanc esse naturam, ut pondere et gravitate moveatur, eamque ipsam esse causam cur ita feratur. Similiter ad animorum motus voluntarios non est requirenda externa causa. Motus enim voluntarius eam naturam in se ipse continet, ut sit in nostra potestate nobisque pareat, nec id sine causa.

Sequitur in his Carneadem, qui iisdem argumentis contra fatum Stoicorum disputaverat; v. n. 443, not. Voluntatem liberam esse adeo persuasum habet, ut malit concedere *non omnem enuntiationem esse veram aut falsam*, quam esse fatum; de Fato 10. Quamquam illud certis etiam argumentis demonstrare posse sibi videtur; sed interciderunt ipsa argumenta, cum liber de Fato a capite XIX extremo lacer sit.

463 De Legg. I, 13. His omnibus (sive in Academia vetere cum Speusippo, Xenocrate, Polemone manserunt, sive Aristotelem et Theophrastum cum illis re congruentes, genere docendi paullum differentes secuti sunt, sive, ut Zenoni visum est, rebus non commutatis immutaverunt vocabula, sive etiam Aristonis difficilem atque arduam, sed iam tamen fractam et convictam sectam secuti sunt, ut virtutibus exceptis atque vitiis ce-

tera in summa aequalitate ponerent) his omnibus haec, quae dixi, probantur [a]. Sibi autem indulgentes et corpori deservientes atque omnia, quae sequantur in vita quaeque fugiant, voluptatibus et doloribus ponderantes, etiam si vera dicunt (nihil enim opus est hoc loco litibus), in hortulis suis iubeamus dicere, atque etiam ab omni societate reipublicae, cuius partem nec norunt ullam neque unquam nosse voluerunt, paullisper facessant rogemus [b]. Perturbatricem autem harum omnium rerum Academiam, hanc ab Arcesila et Carneade recentem, exoremus ut sileat. Nam si invaserit in haec, quae satis scite nobis instructa et composita videntur, nimias edet ruinas. Quam quidem ego placare cupio, submovere non audeo.

a) Sermo est de moribus et vita civili, de quibus ei consentire videntur Academia vetus et Peripatetici, v. n. 294, not., itemque Stoici, v. de Fin. IV, 6, ubi tamen cogitandum de Panaetio et Posidonio, non de antiquioribus, v. n. 431. Nam Chrysippum ita loqui dicit, ac si statuat hominis naturam nil nisi animam esse; de Fin. IV, 11; neque etiam aliis in locis Stoicos et Peripateticos de moribus discrepasse arbitratur, v. Acad. I, 10. *Zeno igitur nullo modo is erat, qui ut Theophrastus nervos virtutis inciderit* etc. Ac. II, 43. *Nam aut Stoicus constituatur sapiens aut veteris Academiae. Utrumque non potest. Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio.* Eo tamen consentire ei videntur Stoici et Academici et Peripatetici, quod id tantum bonum esse ponant, quod sit naturae conveniens; de Fin. IV, 26. Nostro loco declinat contentionem, ut ipse ait. De Aristone v. n. 392. — b) Cyrenaicorum et Aristippi doctrinae totus refragatur, ut quae pugnet moribus. De Off. I, 2. *Sed sunt nonnullae disciplinae, quae propositis bonorum et malorum finibus officium omne pervertant. Nam qui summum bonum sic instituit, ut nihil habeat cum virtute coniunctum, idque suis commodis, non honestate metitur, hic, si sibi ipse consentiat et non interdum naturae bonitate vincatur, neque amicitiam colere possit nec iustitiam nec liberalitatem: fortis vero dolorem summum malum iudicans aut temperans voluptatem summum bonum statuens esse certe nullo modo potest.* Neque tamen prorsus nullam esse huius doctrinae veritatem confirmare audet; sibi tamen oppositam probatiorem esse. Ac. II, 45. Epicureos sua placita inter Romanos non

audere publice profiteri memorat plus semel; de Fin. II, 22; cf. supra n. 456, not.

464 De Off. III, 7. Ut geometrae solent non omnia docere, sed postulare ut quaedam sibi concedantur, quo facilius quae volunt explicent, sic ego a te postulo, mi Cicero, ut mihi concedas, si potes, nihil praeter id quod honestum sit propter se esse expetendum. Sin hoc non licet per Cratippum, at illud certe dabis, quod honestum sit, id maxime propter se esse expetendum [a]. Tusc. V, 1. Placere enim tibi admodum sensi et ex eo libro, quem ad me accuratissime scripsisti [b], et ex multis sermonibus tuis, virtutem ad beate vivendum se ipsa esse contentam. Quod etsi difficile est probatu propter tam varia et tam multa tormenta fortunae, tale tamen est ut elaborandum sit quo facilius probetur; nihil est enim omnium, quae in philosophia tractantur, quod gravius magnificentiusque dicatur. — — Equidem eos casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit, mecum ipse considerans, huic incipio sententiae diffidere interdum et humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere. Vereor enim ne natura, cum corpora nobis infirma dedisset iisque et morbos insanabiles et dolores intolerabiles adiunxisset, animos quoque dederit et corporum doloribus congruentes et separatim suis angoribus et molestiis implicatos. Sed in hoc me ipse castigo, quod ex aliorum et ex nostra fortasse mollitia, non ex ipsa virtute de virtutis robore existimo. Illa enim, si modo est ulla virtus, quam dubitationem avunculus tuus [c], Brute, sustulit, omnia quae cadere in hominem possunt subter se habet, eaque despiciens casus contemnit humanos, culpaque omni carens praeter se ipsam nihil censet ad se pertinere. Nos autem omnia adversa, cum venientia metu augentes tum maerore praesentia, rerum naturam quam errorem nostrum damnare malumus.

a) Cratippum Peripateticum Athenis audiebat Cicero filius; de Off. I, 1. Vides Ciceronem ad Stoicos propensiorem fuisse, etiamsi Peripateticorum doctrinam non omnino reiicere velit. Cf. n. 429, not. c. — b) M. Iun. Brutus, ad quem haec scribuntur, ediderat librum de virtute, ad Ciceronem missum; Cic. de Fin. I, 3. Sequebatur ille veterem Academiam, in morali autem cum Stoicis faciebat, sicuti Antiochus; Plut. V. Brut. 2; cf. supra n. 452, not. — c) Cato Uticensis, quem Stoicorum doctrinae morali patrocinantem facit Cicero de Fin. libr. III quemque nominat *perfectissimum Stoicum*, Brut. 31, cf. Paradox. prooem. In eum ut in unicum Stoicae sapientiae exemplar intuebantur omnes qui hanc disciplinam inter Romanos sectabantur. Senec. Provid. II, 6. *Non video quid habeat in terris Iupiter pulchrius, si convertere animum velit, quam ut spectet Catonem, iam partibus non semel fractis, stantem nihilominus inter ruinas publicas rectum* etc.

Apparet Ciceronem in morali Stoicis vel maxime favere, quippe qui tam fortiter tantaque cum severitate de moribus praeceperant, ut non posset eos non admirari; tametsi de suis ipse viribus diffisus aperte illos et totus sequi non audebat. Vetus autem Academia et Aristoteles molliores ei ab hac parte esse videbantur, iisque ipse Epicurus praeponendus, ut qui sapientem affirmasset etiam in extremis aerumnis beatum esse posse. Tusc. V, 26. *Me quidem auctore etiam Peripatetici veteresque Academici balbutire aliquando desinant aperteque et clara voce audeant dicere beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram.* Sapiens ab omnibus animi perturbationibus liber sit postulat. Ib. IV, 17. *Quocirca mollis et enervata putanda est Peripateticorum ratio et oratio, qui perturbari animos necesse dicunt esse, sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. Modum tu adhibes vitio? an vitium nullum est non parere rationi?* Sed offenditur interim in alienioribus illis Stoicorum decretis, et *contra opinionem* omnium, ut ait, *admirabilibus*, etiamsi ad Socratem ea revocanda esse et defendi posse existimet. Ac. II, 44; Parad. prooem. Imprimis abhorret ab his: *Omnes qui non sunt sapientes aeque miseros esse; sapientes omnes summe beatos esse; recte facta omnia aequalia, omnia peccata paria*, de Fin. IV, 19, quae ei videntur cum a vita civili tum ab omni vita agenda aliena. Ib. 9; Lael. 5. *Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse: neque id ad vivum reseco, ut illi, qui haec subtilius disserunt, fortasse vere, sed ad communem utilitatem parum: negant enim quemquam virum bonum esse nisi sapientem. Sit ita sane; sed eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus; nos autem ea quae sunt in usu vitaque*

communi, non ea quae finguntur aut optantur spectare debemus. Censet talia placita et unicam illam virtutis laudationem praeter veritatem et naturam esse. De Fin. IV, 15. *Ut quidam philosophi, quum a sensibus profecti maiora quaedam ac diviniora vidissent, sensus reliquerunt, sic isti* (sc. Stoici), *quum ex appetitione rerum virtutis pulchritudinem adspexissent, omnia, propter quae virtutem ipsam viderant, abiecerunt, obliti naturam omnem appetendarum rerum ita late patere ut a principiis permanaret ad fines; neque intelligunt se rerum illarum pulchrarum atque admirabilium fundamenta subducere.* Qualia ut ipse evitaret et de moribus ut disputaret ad vitam usumque accommodate, de mediis officiis quaerere instituit. De Off. III, 3. *Haec enim omnia officia, de quibus his libris disputamus (media Stoici appellant), ea communia sunt et late patent; quae et ingenii bonitate multi assequuntur et progressione discendi. Illud autem officium, quod rectum iidem appellant, perfectum atque absolutum est et, ut iidem dicunt, omnes numeros habet nec praeter sapientem cadere in quemquam potest.* Cf. n. 424.

465 **De Fin. II, 14. Honestum igitur id intelligimus, quod tale est ut detracta omni utilitate sine ullis praemiis fructibusve per se ipsum possit iure laudari. Quod quale sit non tam definitione, qua sum usus, intelligi potest (quamquam aliquantum potest), quam communi omnium iudicio et optimi cuiusque studiis atque factis, qui permulta ob eam causam unam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honestum est, etsi nullum consecuturum emolumentum vident[a]. Ib. V, 22. Hoc autem loco tantum explicemus haec, honesta quae dico, praeterquam quod nosmet ipsos diligamus, praeterea suapte natura per se esse expetenda. Indicant pueri, in quibus ut in speculis natura cernitur. Quanta studia decertantium sunt! quanta ipsa certamina! ut illi efferuntur laetitia quum vicerint! ut pudet victos! ut se accusari nolunt! quam cupiunt laudari! quos illi labores non perferunt ut aequalium principes sint! quae memoria est in iis bene merentium! quae referendae gratiae cupiditas! Atque ea in optima quaque indole maxime apparent, in qua haec honesta, quae intelligimus, a na-**

tura tanquam adumbrantur. Sed haec in pueris; expressa vero in iis aetatibus, quae iam confirmatae sunt. Quis est tam dissimilis homini, qui non moveatur et offensione turpitudinis et comprobatione honestatis? quis est qui non oderit libidinosam, protervam adolescentiam? quis contra in illa aetate pudorem, constantiam, etiam si sua nihil intersit, non tamen diligat? [b]

a) Loquitur Cato Stoicus, cui tamen haud dubie in his assentitur ipse Cicero. Cuius sententia in eo maxime posita est, quod negat honestum apte definiri posse. Communi omnium iudicio et ex optimi cuiusque studiis atque factis de eo existimandum esse. — b) Honestum quid sit in eius luculentissime moribus intelligi posse putabat, qui suam utilitatem prorsus non curans totum se daret communitati. De Fin. V, 23. Neque tamen non respicit honorem, qui ex hoc communis salutis studio possit redundare; cf. ib. 21. *Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne studium ad virtutem et ad eas actiones, quae virtuti sunt consentaneae, refertur eaque omnia, quae aut ita in animis sunt aut ita geruntur, uno nomine honesta dicuntur.* Ita etiam de Fin. V, 24 gloriam dicit habere *formam honestatis et similitudinem*, neque vero honestum cum gloria confundendum vel e iudicio multorum hominum ponderandum esse; verum est illud nonnisi id quod vere laudabile est. Ib. II, 15; de Off. I, 4. *Honestum quod, etiamsi nobilitatum non sit, tamen honestum est, quodque vere dicimus, etiamsi a nullo laudetur, natura esse laudabile.*

De Off. I, 27. Sequitur ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua verecundia et quasi quidam ornatus vitae, temperantia et modestia omnisque sedatio perturbationum animi et rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id quod dici latine decorum potest: Graece enim πρέπον dicitur. Huius vis ea est ut ab honesto non queat separari. Nam et quod decet honestum est et quod honestum est decet. Qualis autem differentia sit honesti et decori facilius intelligi quam explanari potest. 28. Ut enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam le- 466

pore consentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur, ordine et constantia et moderatione dictorum omnium atque factorum. Adhibenda est igitur quaedam reverentia adversus homines, et optimi cuiusque et reliquorum. Nam negligere quid de se quisque sentiat non solum arrogantis est, sed omnino dissoluti. Est autem quod differat in hominum ratione habenda inter iustitiam et verecundiam. Iustitiae partes sunt non violare homines, verecundiae non offendere: in quo maxime vis perspicitur decori.

Decorum temperantiae subiiciendo multas sibi ipse in reliqua disputationis parte turbas excitavit; v. Garve *Philos. Anmerkk. zu Cic. Bh. v. d. Pflicht.* p. 115. Stoicos vituperat quod parum tribuant decoro; de Off. I, 35. Putat respiciendas esse conditiones hominum, ordinem quem quisque teneat in vita, ingenii indolem et varietates, neque idem ab omnibus exigendum esse. De Off. I, 30 sqq.

467 De Off. I, 31. Admodum autem tenenda sunt sua cuique, non vitiosa, sed tamen propria, quo facilius decorum illud quod quaerimus retineatur. Sic enim est faciendum, ut contra universam naturam nihil contendamus, ea tamen conservata propriam naturam sequamur; ut, etiamsi sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra nostrae naturae regula metiamur. Neque enim attinet naturae repugnare, nec quidquam sequi quod assequi non queas. Ex quo magis emergit quale sit decorum illud, ideo, quia nihil decet invita Minerva, ut aiunt, id est adversante et repugnante natura. 33. Nam quum in omnibus quae aguntur ex eo, quo modo quisque natus sit, ut supra dictum est, quid deceat exquirimus, tum in tota vita constituenda multo est ei rei cura maior adhibenda, ut constare in perpetuitate vitae possimus nobismet ipsis nec in ullo officio claudicare. Ad hanc autem rationem quoniam maximam vim natura habet, fortuna proximam, utrius-

que omnino habenda ratio est in deligendo genere vitae, sed naturae magis; multo enim et firmior est et constantior.

Naturam cuiusque tantum valere ad mores putabat, ut dicat de Off. I, 32. *ipsarum virtutum in alia alius mavult excellere.* In quo deserit Stoicos, omnes virtutes inseparabili inter se nexu contineri statuentes, cui placito ceterum suffragatur. Ad molliora in his Peripateticorum decreta inclinat.

De Off. II, 14. Atque etiam hoc praeceptum officii 468
diligenter tenendum est, ne quem unquam innocentem iudicio capitis arcessas: id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam quid est tam inhumanum quam eloquentiam a natura ad salutem hominum et ad conservationem datam ad bonorum pestem perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum est, item est habendum religioni nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque, defendere. Vult hoc multitudo, patitur consuetudo, fert etiam humanitas. Iudicis est semper in causis verum sequi, patroni nonnunquam verisimile, etiamsi minus sit verum, defendere: quod scribere, praesertim quum de philosophia scriberem, non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum Panaetio. Maxime autem et gloria paritur et gratia defensionibus, eoque maior, si quando accidit ut ei subveniatur, qui potentis alicuius opibus circumveniri urgerique videatur: ut nos et saepe alias et adolescentes contra L. Sullae dominantis opes pro Sex. Roscio Amerino fecimus, quae, ut scis, exstat oratio. Lael. 16. Quam multa enim, quae nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum! precari ab indigno, supplicare, tum acerbius in aliquem invehi insectarique vehementius: quae in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime. 17. His igitur finibus utendum arbitror, ut, quum emendati mores amicorum

sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum sine ulla exceptione communitas: ut etiam, si qua fortuna acciderit ut minus iustae amicorum voluntates adiuvandae sint, in quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinandum sit de via; modo ne summa turpitudo sequatur: est enim quatenus amicitiae dari venia possit. Nec vero negligenda est fama; nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium, quam blanditiis et assentando colligere turpe est. Virtus, quam sequitur caritas, minime repudianda est.

Vides quantum in nonnullis declinaverit a rigore Stoicorum, iis potissimum, qui publicam vitam acturi sint, praecepta dans. Neque illi haec Stoicorum probabantur: *Sapientem gratia nunquam moveri, nunquam cuiusquam delicto ignoscere; neminem misericordem esse nisi stultum et levem.* Cf. pro Murena 29 sq.; Diog. L. VII, 123.

4. Sextii.

469 **Seneca Quaestt. Nat. VII, 32. Sextiorum nova et Romani roboris secta inter initia sua, cum magno impetu coepisset, exstincta est.**

Princeps Sextiorum erat Q. Sextius, quem memorat Seneca non recepisse latum clavum dante divo Iulio, ep. 98. Sequebantur eum Q. Sextii filius, Sotion Alexandrinus, Cornelius Celsus, Papirius Fabianus (v. supra n. 452), alii. Cf. Senec. Controv. II, praef.; Quintil. Inst. Orat. X, 1, 123 (supra n. 452), Sueton. Illustr. Gramm. 18, ubi pro *Q. Septimii* ex plur. codd. recte editur *Q. Sextii;* Claud. Mamerc. de Stat. An. II, 8. Scripsit Sextius *graecis verbis, romanis moribus,* teste Seneca Ep. 59, 6. Idem Ep. 64, 2 Stoicum fuisse Sextium affirmat *(magni, si quid mihi credis, viri et licet neget Stoici),* alii Pythagoreum (472, not.). Scripserat etiam de rebus naturalibus, v. O. Jahn, *Berichte üb. d. Verhandl. d. k. sächs. Ges. d. W.* 1850, p. 277 sqq.

470 **Seneca Ep. 64, 3. Quum legeris Sextium dices, Vivit, viget, liber est, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiduciae. In quacunque positione mentis sim, quum lego hunc, fatebor tibi, libet omnes casus**

provocare, libet exclamare, quid cessas fortuna? congredere; paratum vides. — Nam hoc quoque egregium Sextius habet, quod et ostendet tibi beatae vitae magnitudinem et desperationem eius non faciet. Scies illam esse in excelso, sed volenti penetrabilem. Ib. 59, 6. Movit me imago ab illo (Sextio) posita: ire quadrato agmine exercitum, ubi hostis ab omni parte suspectus est, pugnae paratum. Idem, inquit, sapiens facere debet: omnes virtutes suas undique expandat, ut, ubicunque infesti aliquid oritur, illic parata praesidia sint et ad nutum regentis sine tumultu respondeant. Quod in exercitibus his, quos imperatores magni ordinant, fieri videmus, ut imperium ducis simul omnes copiae sentiant, sic dispositae, ut signum ab uno datum peditem simul equitemque percurrat: hoc aliquanto magis necessarium esse nobis Sextius ait. Illi enim saepe hostem timuere sine causa, tutissimumque illis iter quod suspectissimum fuit: nil stultitia pacatum habet. Tam superne illi metus est quam infra; utrumque trepidat latus. Sequuntur pericula et occurrunt, ad omnia pavet, imparata est et ipsis terretur auxiliis. Sapiens autem ad omnem incursum munitus et intentus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet. Interritus et contra illa ibit et inter illa. Nos multa alligant, multa debilitant: diu in istis vitiis iacuimus, elui difficile est. Non enim inquinati sumus, sed infecti.

Senec. de Ira III, 36. Faciebat hoc Sextius, ut con- 471
summato die quum se ad nocturnam quietem recepisset interrogaret animum suum, quod hodie malum tuum sanasti? cui vitio obstitisti? qua parte melior es?

Senec. Ep. 108, 17. Quoniam coepi tibi exponere 472
quantum maiori impetu ad philosophiam iuvenis accesserim quam senex pergam, non pudebit fateri quem mihi

amorem Pythagorae iniecerit Sotion [a]. **Docebat quare** ille animalibus abstinuisset, quare postea Sextius. Dissimilis utrique causa erat, sed utrique magnifica. Hic homini satis alimentorum citra sanguinem esse credebat, et crudelitatis consuetudinem fieri ubi in voluptatem esset adducta laceratio. Adiiciebat contrahendam materiam esse luxuriae: colligebat bonae valetudini contraria esse alimenta varia et nostris aliena corporibus. At Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat et aliorum commercium in alias atque alias formas transeuntium. — Haec quum exposuisset Sotion et implesset argumentis suis, Non credis, inquit, animas in alia corpora atque alia describi et migrationem esse quam dicimus mortem? — Magni ista crediderunt viri; itaque iudicium quidem tuum sustine: ceterum omnia tibi integra serva. Si vera sunt ista, abstinuisse animalibus innocentia est; si falsa, frugalitas est. Quod istic crudelitatis tuae damnum est? Alimenta tibi leonum et vulturum eripio.

a) V. n. 469, not. Exstant ab hoc Sotione nonnulla ex scripto περὶ ὀργῆς in Florilegio Stobaei.

Exploratio illa sui, quam secum per singulos dies instituebat Sextius (v. n. 471), et quod animalibus abstinebat, Pythagoreos redolet: unde Pythagoreus nonnullis audiebat, velut Eusebio Chron. p. 156 ed. Scaliger. Et videntur per illam aetatem multa antiquiorum philosophorum praecepta resuscitata et denuo vulgata esse. Ad Pythagoreos referebatur iam P. Nigidius Figulus, Ciceronis familiaris, isque in naturalibus quaestionibus apprime versatus. Cic. de Universo 1; Gell. XIX, 14. De aliis Pythagoreis v. infra n. 518. Alii ad Heraclitum revertebantur, alii ad Cynicos, ut quorum philosophia ad vitam agendam, solitum illud Romanorum studium, vel maxime pertineret.

5. Cynici.

473 Sen. de Benef. VII, 1. Egregie enim hoc dicere Demetrius Cynicus, vir meo iudicio magnus, etiamsi maximis comparetur, solet: „Plus prodesse si pauca prae-

cepta sapientiae teneas, sed illa in promtu tibi et in usu sint, quam si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum. Quemadmodum, inquit, magnus luctator est non qui omnes numeros nexusque perdidicit, quorum usus sub adversario rarus est, sed qui in uno se aut altero bene et diligenter exercuit et eorum occasiones intentus exspectat: nec enim refert quam multa sciat, si scit quantum victoriae satis est: sic in hoc studio multa delectant, pauca vincunt. Licet nescias quae ratio oceanum effundat ac revocet; quare septimus quisque annus aetati signum imprimat; quare latitudo porticus ex remoto spectantibus non servet proportionem suam, sed ultima in angustias coeant, et columnarum novissima intervalla iungantur; quid sit quod geminorum conceptum separet, partum iungat; utrum unus concubitus spargatur in duos an toties concepti sint; cur pariter natis fata diversa sint, maximisque rerum spatiis distent quorum inter ortus minimum interest. Non multum tibi nocebit transisse quae nec licet scire nec prodest. Involuta veritas in alto latet. Nec de malignitate naturae queri possumus, quia nullius rei difficilis inventio est nisi cuius hic unus inventae fructus est, invenisse. Quidquid nos meliores beatosque facturum est aut in aperto aut in proximo posuit. Si animus fortuita contemsit, si se supra metum sustulit, nec avida spe infinita complectitur, sed didicit a se petere divitias; si deorum hominumque formidinem eiecit et scit non multum esse ab homine timendum, a deo nihil; si contemtor omnium, quibus torquetur vita dum ornatur, eo perductus est ut illi liqueat mortem nullius esse materiam, multorum finem; si animum virtuti consecravit et quacunque vocat illa planum putat; si, sociale animal et in commune genitus, mundum ut unam omnium domum spectat et conscientiam suam diis aperit semperque tanquam in pu-

blico vivit, se magis veritus quam alios: subductus ille tempestatibus in solido ac sereno stetit consummavitque scientiam utilem atque necessariam. Reliqua oblectamenta otii sunt. Licet enim iam in tutum retracto animo ad haec quoque excurrere, cultum non robur ingeniis afferentia."

Demetrius Thraseae Pacti et Senecae familiaris Romae vivebat, Cynicorum praecepta sub Nerone et Vespasiano publice tradens; Senec. Ep. 62; de Prov. 3, 3; 5, 4; all.; Tac. Ann. XVI, 34; Hist. IV, 40. Recte Lipsius Cynicos dicit huius aetatis a Stoicis *tunica tantum distare* (sunt haec verba Iuvenalis, XIII, 122), *i. e. nudius et inverecundius proferre quae velent et tegant leviter Stoici.* Quo facit quod Seneca Ep. 62. Demetrium appellat *seminudum.* Litteras vero apertius quam Stoici aspernabantur, itemque popularem cultum deorum, quod prae ceteris videmus in *Demonacte*, qui Athenis degebat eratque exemplum Cynicorum, ex iudicio Luciani, Luc. Demon. 11. Ab alio Cynico, qui erat inferioris aetatis, *Oenomao*, fides oraculorum infestabatur; Euseb. Pr. Ev. V, 18. In impudentiam ac simulationem Cynicorum quantum saevierit Lucianus in vulgus notum est.

6. Stoici.

a. Seneca.

474 **Gell. Noct. Att. XII, 2. De Annaeo Seneca partim existimant ut de scriptore minime utili, cuius libros attingere nullum pretium operae sit, quod oratio eius vulgaris videatur et protrita, res atque sententiae aut inepto inanique impetu sint aut ut levi et quasi dicaci argutia, eruditio autem vernacula et plebeia nihilque ex veterum scriptis habens neque gratiae neque dignitatis. Alii vero elegantiae quidem in verbis parum esse non infitias eunt, sed et rerum, quas dicat, scientiam doctrinamque ei non deesse dicunt, et in vitiis morum obiurgandis severitatem gravitatemque non invenustam.**

De genere dicendi acerbius etiam Fronto de Orat. IV, 1, paulo humanius Quintilianus Inst. Orat. X, 1, 125 sqq., qui retractat quod alibi iudicaverat. Recte illi, quos dicit Gellius, Senecae *in vitiis*

morum obiurgandis severitatem gravitatemque non invenustam esse: omnino plurimum pollet in genere admonitorio et praeceptivo, de quo ipse Ep. 94, 45. *in duas partes virtus dividitur, in contemplationem veri et actionem: contemplationem institutio tradit, actionem admonitio,* in qua non tam praeceptis agendum putabat quam decretis, propter perversitatem temporum: Ep. 95, 33. *In hac ergo morum perversitate desideratur solito vehementius aliquid, quod mala inveterata discutiat. Decretis agendum est, ut revellatur penitus falsorum recepta persuasio. His si adiunxerimus praecepta, consolationes, adhortationes, poterunt valere; per se inefficaces sunt.* Sed vehementius illud solito nimium saepe fit *ineptus inanisque sententiarum impetus,* ut illi apud Gellium. Recteque etiam Quintilianus (v. supra n. 452) Senecam dicit *in philosophia parum diligentem fuisse:* quo pertinet quod non solum artes (Ep. 90, 8) disciplinasque fere omnes (Ep. 88; 89), sed logicam etiam et physicam aspernatur (cf. Ep. 65; 106; 113). Qua in re ad recentiores illos Cynicorum magistros referendus videtur, quos tanto opere laudat (n. 473). Aliis tamen locis cum bonis externis tum potentiae aliquantum concedendum esse arbitratur, v. De Vita Beata 21 sq., de Ira II, 33; aliis de naturae humanae vitiis acerbissime queritur. Sufficiat laudasse hos locos:

Seneca Ep. 106, 10. Quoniam ut voluisti morem gessi tibi [a], nunc ipse dicam mihi quod dicturum esse te video. Latrunculis ludimus; in supervacuis subtilitas teritur. Non faciunt bonos ista sed doctos. Apertior res est sapere, immo simplicior. Paucis opus est ad mentem bonam litteris. Sed nos ut cetera in supervacuum diffundimus, ita philosophiam ipsam. Quemadmodum omnium rerum sic litterarum quoque intemperantia laboramus; non vitae sed scholae discimus. 475

a) Disputaverat de Stoicorum placito, bonum corpus esse, cf. n. 402.

De Benef. I, 10. Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur, eversos esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas et omne fas labi. At ista stant loco eodem stabuntque, paululum dumtaxat ultro aut citro mota, ut fluctus quos aestus accedens longius extulit, recedens inferiore litorum ve- 476

stigio tenuit. — Idem semper de nobis pronuntiare debebimus, malos esse nos, malos fuisse, invitus adiiciam et futuros esse. De Clem. I, 6. Peccavimus omnes, alii gravia alii leviora, alii ex destinato alii forte impulsi aut aliena nequitia ablati, alii in bonis consiliis parum fortiter stetimus et innocentiam inviti ac renitentes perdidimus. Nec delinquimus tantum, sed usque ad extremum aevi delinquemus. Etiamsi quis tam bene purgavit animum, ut nihil obturbare eum amplius possit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando pervenit.

Consentaneum erat ut haec vita ei nil nisi custodia esse videretur, corpus animi pondus ac poena, mors libertas et ad meliora transitus, v. Ep. 65, 16 sqq.; 102, 23 sqq. Etiam mors voluntaria commendabilis, v. Ep. 12, 10 et supra n. 426, not.

b. Musonius.

477 Tacit. Ann. XV, 71. (Musonium) Rufum claritudo nominis expulit; nam — studia iuvenum — praeceptis sapientiae fovebat.

Cf. Histor. III, 81. *Musonius Rufus equestris ordinis, studium philosophiae et placita Stoicorum aemulatus.* Patria erat Volsiniensis; quae Tacitus narrat, pertinent ad tempora Neronis. Postea Titum instituebat, ut constet eum ad Vespasianum usque superstitem fuisse; cf. Themist. Orat. XIII, p. 173 ed. Hard.; Dio Cass. LXVI, 13; Suid. s. v. *Μουσώνιος*. Ex scriptis, quae ei a Suida tribuuntur, epistolae ad Apollonium Tyanensem scriptae adulterinae sunt; de ceteris non liquet. De placitis constat ex fragmentis Claudii Pollionis, qui ediderat *ἀπομνημονεύματα Μουσωνίου τοῦ φιλοσόφου*, Suid. v. *Πωλίων*; Plin. Epp. VII, 31; Stob. Floril. App. p. 385 c. not. Wytt.: unde Stobaeus sua Musonii lemmata sumsisse videtur. Pollionis enim liber et titulo et argumento in similitudinem Memorabilium Xenophontis compositus erat; utrumque postea imitatus est Arrianus in dissertationibus Epicteti.

478 Musonius ap. Stob. Floril. LVI, 18. *Τί δέ; οὐ δεινόν, φαίη τις ἂν ἴσως, ἄνδρα παιδευτικὸν καὶ δυνάμενον προβιβάζειν νέους εἰς φιλοσοφίαν ἐργάζεσθαι γῆν καὶ τῷ σώματι πονεῖν τοῖς χωρίταις παραπλησίως; ναί.*

δεινὸν γὰρ ἂν τοῦτο τῷ ὄντι ἦν, εἴπερ ἐκώλυεν ἡ ἐργασία τῆς γῆς φιλοσοφεῖν ἢ ἄλλους πρὸς φιλοσοφίαν ὠφελεῖν. νῦν δὲ καὶ μᾶλλον ἄν μοι δοκοῦσιν ὠφελεῖσθαι οἱ νέοι οὐκ ἐν πόλει τῷ διδασκάλῳ συνόντες οὐδ' ἐν τῇ διατριβῇ ἀκούοντες αὐτοῦ λέγοντος, ἀλλ' ἐργαζόμενον ἐπὶ τῆς ἀγροικίας ὁρῶντες καὶ ἔργῳ ἐνδεικνύμενον ἅπερ ὑφηγεῖται ὁ λόγος, ὅτι χρὴ πονεῖν καὶ κακοπαθεῖν τῷ σώματι μᾶλλον ἢ ἑτέρου δεῖσθαι τοῦ τρέφοντος. τί δὲ τὸ κωλύον ἐστὶ καὶ ἐργαζόμενον μετὰ τοῦ διδασκάλου τὸν μαθητὴν ἀκούειν τι ἅμα περὶ σωφροσύνης ἢ δικαιοσύνης ἢ καρτερίας λέγοντος; πολλῶν μὲν γὰρ λόγων οὐ δεῖ τοῖς φιλοσοφήσουσι καλῶς, οὐδὲ τὸν ὄχλον τούτων τῶν θεωρημάτων ἀναληπτέον πάντως τοῖς νέοις, ἐφ' ᾧ φυσωμένους τοὺς σοφιστὰς ὁρῶμεν· ταῦτα γὰρ δὴ τῷ ὄντι ἱκανὰ κατατρῖψαι βίον ἀνθρώπου ἐστί· τὰ δ' ἀναγκαιότατα καὶ χρησιμώτατα μαθεῖν οὐκ ἀδύνατον καὶ πρὸς ἐργασίᾳ γεωργικῇ ὄντας, ἄλλως τε καὶ οὐ διὰ παντὸς ἐργασομένους ἀλλ' ἀναπαύλαις χρησομένους.

Est hic locus ex laudatione agriculturae sumtus, quod vitae genus Musonio maxime ad philosophandum accommodatum esse videbatur. Hic philosophandum esse nonnisi propter vitam agendam existimabat, omnem scientiam inutilem esse nisi quae moribus vitaeque inserviret. Stob. Flor. LXVII, 20 extr. *οὐ γὰρ δὴ φιλοσοφεῖν ἕτερόν τι φαίνεται ὂν ἢ τὸ ἃ πρέπει καὶ ἃ προσήκει λόγῳ μὲν ἀναζητεῖν, ἔργῳ δὲ πράττειν.* Ib. Append. p. 419. *Φιλοσοφία καλοκἀγαθίας ἐστὶν ἐπιτήδευσις καὶ οὐδὲν ἕτερον.* Ib. p. 427. *ἀλλὰ καὶ ὅσους μεταχειρίζονται λόγους, τῶν ἔργων φημὶ δεῖν ἕνεκα μεταχειρίζεσθαι αὐτούς,* ubi et viros et feminas ut philosophentur adhortatur, quia sine philosophia virtutem non possint sequi. Stob. Flor. App. p. 415. 425; LXXIX, 51. *ἵνα δὲ συντεμὼν εἴπω, ἀγαθὸν εἶναι κελεύει τὸν ἄνθρωπον ὁ νόμος ὁ τοῦ Διός. τὸ δὲ γε εἶναι ἀγαθὸν τῷ φιλόσοφον εἶναι ταὐτόν ἐστιν.* Nam recentiores Stoici sapientiam et virtutem se assequi posse minime diffidebant, cf. Stob. Flor. CXVII, 8. Confidentius etiam quam Musonius Seneca Ep. 41, 8. *Quid est autem quod ab illo* (sc. homine) *ratio haec exigit? rem facillimam, secundum naturam suam vivere. Sed hanc difficilem facit communis insania.*

ψευδόμεθα μέν· πῶς δὲ ἀποδείκνυται ὅτι οὐ δεῖ ψεύδεσθαι πρόχειρον ἔχομεν [b].

a) Primum locum apparet ethicam obtinuisse, tertium logicam, secundum igitur physicam, quae Stoicorum iudicio praeparabat ethicam, physicas in quibus haec innitebatur rationes explicans; quae a recentioribus Stoicis ceteris partibus non modo postponebatur, sed contemnebatur atque omnino negligebatur. Quod ad Epictetum attinet, laudatur quidem ab eo providentia dei, ut qua omnia apte et congruenter ordinata sint atque disposita, sed fugit diligentius de illa quaerere singulis naturae rebus cum cura ac studio examinandis. Dissert. I, 16. *Μέγας ὁ θεός, ὅτι ἡμῖν παρέσχεν ὄργανα τοιαῦτα, δι' ὧν τὴν γῆν ἐργασόμεθα· μέγας ὁ θεός, ὅτι χεῖρας δέδωκεν, ὅτι κατάποσιν, ὅτι κοιλίαν, ὅτι αὔξεσθαι λεληθότως, ὅτι καθεύδοντας ἀναπνεῖν. ταῦτα ἐφ' ἑκάστου ἐφυμνεῖν ἔδει καὶ τὸν μέγιστον καὶ θειότατον ὕμνον ἐφυμνεῖν, ὅτι τὴν δύναμιν ἔδωκε τὴν παρακολουθητικὴν τούτοις καὶ ὁδῷ χρηστικήν. τί οὖν; ἐπεὶ οἱ πολλοὶ ἀποτετύφλωσθε, οὐκ ἔδει τινὰ εἶναι τὸν ταύτην ἐκπληροῦντα τὴν χώραν καὶ ὑπὲρ πάντων ᾄδοντα τὸν ὕμνον τὸν εἰς τὸν θεόν; τί γὰρ ἄλλο δύναμαι γέρων χωλός, εἰ μὴ ὑμνεῖν τὸν θεόν; εἰ γοῦν ἀηδὼν ἤμην, ἐποίουν τὰ τῆς ἀηδόνος, εἰ κύκνος, τὰ τοῦ κύκνου· νῦν δὲ λογικός εἰμι, ὑμνεῖν με δεῖ τὸν θεόν.* Cf. ib. 6. Sed ethicam Stoici recentiores non tam in praeceptis ponebant quam in factis, *ἐν τῇ χρήσει τῶν θεωρημάτων.* Factis quemque oportere se philosophiam penitus hausisse ostendere. Ib. I, 4; Man. 46. *Ἐπεὶ καὶ τὰ πρόβατα οὐ τὸν χόρτον ἐξεμέσαντα τοῖς ποιμέσιν ἐπιδεικνύει πόσον ἔφαγεν, ἀλλὰ τὴν νομὴν ἔσω πέψαντα ἔριον ἔξω φέρει καὶ γάλα. καὶ σὺ τοίνυν μὴ τὰ θεωρήματα τοῖς ἰδιώταις ἐπιδείκνυε, ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν πεφθέντων τὰ ἔργα.* Quid quod theoremata fere superflua esse putabat, quandoquidem vel ipsa natura vel exercitatio in iis quae naturae convenirent factitandis satis bene quemque, quid ipsi agendum, quae partes suscipiendae essent, edocere posset. Diss. I, 2. *Ἐπύθετό τις πόθεν οὖν αἰσθησόμεθα τοῦ κατὰ πρόσωπον ἕκαστος; πόθεν δ' ὁ ταῦρος, ἔφη, λέοντος ἐπελθόντος μόνος αἰσθάνεται τῆς αὑτοῦ παρασκευῆς καὶ προβέβληκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς ἀγέλης πάσης; ἢ δῆλον ὅτι εὐθὺς ἅμα τῷ τὴν παρασκευὴν ἔχειν ἀπαντᾷ καὶ συναίσθησις αὐτῆς. καὶ ἡμῶν τοίνυν ὅστις ἂν ἔχῃ τοιαύτην παρασκευὴν οὐκ ἀγνοήσει αὐτήν· ἄφνω δὲ ταῦρος οὐ γίγνεται οὐδὲ γενναῖος ἄνθρωπος· ἀλλὰ δεῖ χειμασκῆσαι, παρασκευάσασθαι καὶ μὴ εἰκῇ προσπηδᾶν ἐπὶ τὰ μηδὲν προσήκοντα.* — b) Non semel queritur Stoicos sibi aequales inanes disceptationes sectari; v. imprimis Diss. II, 12: unde collegeris alios eadem aetate exstitisse, qui theoreticam potius Stoicae philosophiae partem foverent.

Man. 1. Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ 482
οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἐφ' ἡμῖν μὲν ὑπόληψις, ὁρμή, ὄρεξις, ἔκκλισις, καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα ἡμέτερα ἔργα [a], οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, ἡ κτῆσις, δόξαι, ἀρχαί, καὶ ἑνὶ λόγῳ ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα. καὶ τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ φύσει ἐλεύθερα, ἀκώλυτα, ἀπαρεμπόδιστα, τὰ δ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἀσθενῆ, δοῦλα, κωλυτά, ἀλλότρια. μέμνησο οὖν ὅτι ἐὰν τὰ φύσει δοῦλα ἐλεύθερα οἰηθῇς καὶ τὰ ἀλλότρια ἴδια, ἐμποδισθήσῃ, πενθήσεις, ταραχθήσῃ, μέμψῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους· ἐὰν δὲ τὸ σὸν μόνον οἰηθῇς σὸν εἶναι, τὸ δὲ ἀλλότριον, ὥσπερ ἐστίν, ἀλλότριον, οὐδείς σε ἀναγκάσει οὐδέποτε, οὐδείς σε κωλύσει, οὐ μέμψῃ οὐδένα, οὐκ ἐγκαλέσεις τινί, ἄκων πράξεις οὐδὲ ἕν, οὐδείς σε βλάψει, ἐχθρὸν οὐχ ἕξεις, οὐδὲ γὰρ βλαβερόν τι πείσῃ [b]. τηλικούτων οὖν ἐφιέμενος μέμνησο ὅτι οὐ δεῖ οὐδὲ μετρίως κεκινημένον ἅπτεσθαι αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἀφιέναι παντελῶς, τὰ δ' ὑπερτίθεσθαι πρὸς τὸ παρόν. ἐὰν δὲ καὶ ταῦτ' ἐθέλῃς καὶ ἄρχειν καὶ πλουτεῖν, τυχὸν μὲν οὐδ' αὐτῶν τούτων τεύξῃ διὰ τὸ καὶ τῶν προτέρων ἐφίεσθαι. πάντως γε μὴν ἐκείνων ἀποτεύξῃ, δι' ὧν μόνων ἐλευθερία καὶ εὐδαιμονία περιγίγνεται [c].

a) Opera interna puta, quod colligitur ex exemplo et contrario. Eadem sunt *προαιρέσεις* et *προαιρετικὰ ἔργα*, Diss. I, 32, item *φαντασίαι*, unde ratio dicitur *ἡ χρηστικὴ δύναμις ταῖς φαντασίαις*, Diss. I, 1, qui locus nostro persimilis est; cf. Man. 6. *τί οὖν ἐστὶ σόν; χρῆσις φαντασιῶν.* Voluntatis libertatem ut vindicarent Stoici recentiores, hominem dei partem esse rati, quanta maxima opera adnitebantur; Epictet. Diss. I, 17, cf. Musonius ap. Stob. Flor. LXXIX, 51; sed voluntatis libertas in eo consistit, interprete Epicteto, quod homo dei operum, quae cernuntur in mundo, spectator est et liber interpres, Diss. I, 6. Neque quidquam proprium nobis et vere bonum esse putabat, nisi quod animo ac mente constet, ib. II, 8 init.; quae externa sunt et corpora citra nostram potestatem posita sunt. Ib. I, 1. *ὥσπερ οὖν ἦν ἄξιον, τὸ κράτιστον ἁπάντων καὶ κυριεῦον οἱ θεοὶ μόνον ἐφ' ἡμῖν ἐποίησαν, τὴν χρῆσιν τὴν ὀρθὴν ταῖς φαντασίαις, τὰ δὲ ἄλλα οὐκ ἐφ' ἡμῖν. ἆρά γε ὅτι οὐκ ἤθελον; ἐγὼ μὲν δοκῶ ὅτι, εἰ ἠδύναντο, κἀκεῖνα ἂν ἡμῖν*

ἐπέτρεψαν, ἀλλὰ πάντως οὐκ ἠδύναντο· ἐπὶ γῆς γὰρ ὄντας καὶ σώματι συνδεδεμένους τοιούτῳ καὶ κοινωνοῖς τοιούτοις, πῶς οἷόν τ' ἦν εἰς ταῦτα ὑπὸ τῶν ἐκτὸς μὴ ἐμποδίζεσθαι; — b) Haec eo referenda sunt quod omne bonum et malum in cogitationibus nostris, quae penderent a nobismet ipsis, positum esse statuebat. Diss. III, 3. Τί γάρ ἐστι τὸ κλαίειν καὶ οἰμώζειν; δόγμα. τί δυστυχία; δόγμα. τί στάσις; τί διχόνοια; τί μέμψις; τί κατηγορία; τί ἀσέβεια; τί φλυαρία; ταῦτα πάντα δόγματά ἐστι, καὶ ἄλλο οὐδέν· καὶ δόγματα περὶ τῶν ἀπροαιρέτων ὡς ὄντων ἀγαθῶν καὶ κακῶν. ταῦτά τις ἐπὶ τὰ προαιρετικὰ μεταθέτω, κἀγὼ αὐτὸν ἐγγυῶμαι ὅτι εὐσταθήσει ὡς ἂν ἔχῃ τὰ περὶ αὐτόν. Ib. II, 8. Ὁ θεὸς ὠφέλιμος. ἀλλὰ καὶ τἀγαθὸν ὠφέλιμον. εἰκὸς οὖν, ὅπου ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ, ἐκεῖ εἶναι καὶ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ. τίς οὖν οὐσία θεοῦ; σάρξ; μὴ γένοιτοι. ἀγρός; μὴ γένοιτο. φήμη; μὴ γένοιτο, νοῦς, ἐπιστήμη, λόγος ὀρθός; ναί. ἐνταῦθα τοίνυν ἁπλῶς ζήτει τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ. Ib. II, 1. Ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ ἐστὶν ἐν χρήσει φαντασιῶν καὶ τοῦ κακοῦ ὡσαύτως, τὰ δ' ἀπροαίρετα οὔτε τὴν τοῦ κακοῦ δέχεται φύσιν οὔτε τὴν τοῦ ἀγαθοῦ. — c) Felicitatem enim et libertatem sibi comparabit qui externa contemnere et omnia toleranter perferre didicerit: unde summam doctrinae Epicteteae in haec venire ait Gellius XVII, 19 extr. ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Man. 48. Φιλοσόφου στάσις καὶ χαρακτήρ· πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ.

483 **Diss. I, 2.** Τῷ λογικῷ ζώῳ μόνον ἀφόρητόν ἐστι τὸ ἄλογον· τὸ δ' εὔλογον φορητόν. **Ib. III, 3.** Ὕλη τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ τὸ ἴδιον ἡγεμονικόν. **Ib. III, 14.** Δύο ταῦτα ἐξελεῖν τῶν ἀνθρώπων, οἴησιν καὶ ἀπιστίαν. οἴησις μὲν οὖν ἐστὶ τὸ δοκεῖν μηδενὸς προσδεῖσθαι, ἀπιστία δὲ τὸ ὑπολαμβάνειν μὴ δυνατὸν εἶναι εὐροεῖν *) σε τοσούτων περιεστηκότων. τὴν μὲν οὖν οἴησιν ἔλεγχος ἐξαιρεῖ· καὶ τοῦτο πρῶτον ποιεῖ **) Σωκράτης [a]. ὅτι δ' οὐκ ἀδύνατόν ἐστι τὸ πρᾶγμα, σκέψαι καὶ ζήτησον· οὐδέν σε βλάψει ἡ ζήτησις αὕτη καὶ σχεδὸν τὸ φιλοσοφεῖν τοῦτ' ἔστι, ζητεῖν πῶς ἐνδέχεται ἀπαραποδίστως ὀρέξει χρῆσθαι καὶ ἐκκλίσει.

a) Cf. ib. 21, p. 441 Schweigh. Philosophia ante omnia id agit, quod agebat Socrates, ut falsae hominum de bono et malo

*) Ita coni. Wolf. Codd. εὑρεῖν. — **) Ita codd. Wolf. et Schweigh. malint ἐποίει.

opiniones coarguantur. Diss. II, 11. 17. *Τί πρῶτόν ἐστιν ἔργον τοῦ φιλοσοφοῦντος; ἀποβαλεῖν οἴησιν. ἀμήχανον γάρ ἃ τις εἰδέναι οἴεται, ταῦτα ἄρξασθαι μανθάνειν. τὰ μὲν οὖν ποιητέα καὶ οὐ ποιητέα καὶ ἀγαθὰ καὶ κακὰ καὶ καλὰ καὶ αἰσχρὰ πάντες ἄνω καὶ κάτω λαλοῦντες ἐρχόμεθα πρὸς τοὺς φιλοσόφους κτλ.* Alio loco philosophiam comparat cum medicina, in qua vitia et falsae opiniones ex hominum animis eradicentur, Diss. III, 23, 30. *Ἰατρεῖόν ἐστιν, ἄνδρες, τὸ τοῦ φιλοσόφου σχολεῖον· οὐ δεῖ ἡσθέντας ἐξελθεῖν, ἀλλ' ἀλγήσαντας. ἔρχεσθε γὰρ οὐχ ὑγιεῖς κτλ.*

Diss. IV, 1. *Ἐλεύθερός ἐστιν ὁ ζῶν ὡς βούλεται·* 484
ὃν οὔτ' ἀναγκάσαι ἔστιν οὔτε κωλῦσαι οὔτε βιάσασθαι· οὗ αἱ ὁρμαὶ ἀνεμπόδιστοι, αἱ ὀρέξεις ἐπιτευκτικαί, αἱ ἐκκλίσεις ἀπερίπτωτοι. τίς οὖν θέλει ζῆν ἁμαρτάνων; οὐδείς. τίς θέλει ζῆν ἐξαπατώμενος, προπίπτων, ἄδικος ὤν, ἀκόλαστος, μεμψίμοιρος, ταπεινός; οὐδείς. οὐδεὶς ἄρα τῶν φαύλων ζῇ ὡς βούλεται· οὐ τοίνυν οὐδ' ἐλεύθερός ἐστι. τίς δὲ θέλει λυπούμενος ζῆν, φοβούμενος, φθονῶν, ἐλεῶν, ὀρεγόμενος καὶ ἀποτυγχάνων, ἐκκλίνων καὶ περιπίπτων; οὐδείς. ἔχομεν οὖν τινὰ τῶν φαύλων ἄλυπον, ἄφοβον, ἀπερίπτωτον, ἀναπότευκτον; οὐδένα. οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐλεύθερον.

Man. 14. *Ἐὰν θέλῃς τὰ τέκνα σου καὶ τὴν γυναῖκα* 485
καὶ τοὺς φίλους πάντοτε ζῆν, ἠλίθιος εἶ· τὰ γὰρ μὴ ἐπί σοι θέλεις ἐπί σοι εἶναι, καὶ τὰ ἀλλότρια σὰ εἶναι. οὕτω κἂν τὸν παῖδα θέλῃς μὴ ἁμαρτάνειν, μωρὸς εἶ· θέλεις γὰρ τὴν κακίαν μὴ εἶναι κακίαν ἀλλ' ἄλλο τι [a]. *ἐὰν δὲ θέλῃς ὀρεγόμενος μὴ ἀποτυγχάνειν, τοῦτο δύνασαι. τοῦτο οὖν ἄσκει ὃ δύνασαι.*

a) Aptius Man. 12. *κρεῖττον δὲ τὸν παῖδα κακὸν εἶναι ἢ σε κακοδαίμονα.*

Cum postulet ut solum animum curemus ac foveamus, consequens erat ut cetera mittenda esse praeciperet; quocirca non modo parentes ac necessarios omnes sed etiam patriam in indifferentibus ponendam esse docebat; Diss. I, 22; III, 3. Neque misericordiam adhibendam esse censebat, sive adhiberetur, non veram voluit esse verum ficticiam. Man. 16. *Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθει ἢ ἀπο-*

δημοῦντος τέκνου ἢ ἀποθανόντος ἢ ἀπολωλεκότα τὰ ἑαυτοῦ, πρόσεχε μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ τοῖς ἐκτός· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ καὶ λέγειν ἔστω πρόχειρον ὅτι τοῦτον θλίβει οὐ τὸ συμβεβηκός (ἄλλον γὰρ οὐ θλίβει), ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτου. μέχρι μέντοι λόγου μὴ ὄκνει συμπεριφέρεσθαι αὐτῷ, κἂν οὕτω τύχῃ, καὶ συνεπιστενάξαι. πρόσεχε μέντοι μὴ καὶ ἔσωθεν στενάξῃς.

486 **Man. 11.** *Μηδέποτε ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς ὅτι ἀπώλεσα αὐτό, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. ἡ γυνὴ ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; οὐκοῦν καὶ τοῦτο ἀπεδόθη; ἀλλὰ κακὸς ὁ ἀφελόμενος. τί δέ σοι μέλει διὰ τίνος σε ὁ δοὺς ἀπῄτησε; μέχρι δ' ἂν διδῷ ὡς ἀλλοτρίου αὐτοῦ ἐπιμελοῦ, ὡς τοῦ πανδοχείου οἱ παριόντες.* **15.** *Μέμνησο ὅτι ὡς ἐν συμποσίῳ δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφερόμενον γέγονέ τι κατὰ σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόρρω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε μέχρις ἂν γένηται κατὰ σε. οὕτω πρὸς τέκνα, οὕτω πρὸς γυναῖκα, οὕτω πρὸς ἀρχάς, οὕτω πρὸς πλοῦτον, καὶ ἔσῃ ποτὲ ἄξιος τῶν θεῶν συμπότης. ἂν δὲ καὶ παρατεθέντων σοι μὴ λάβῃς, ἀλλὰ καὶ ὑπερίδῃς, τότε οὐ μόνον συμπότης τῶν θεῶν ἔσῃ, ἀλλὰ καὶ συνάρχων. οὕτω γὰρ ποιῶν Διογένης καὶ Ἡράκλειτος καὶ οἱ ὅμοιοι ἀξίως θεῖοί τε ἦσαν καὶ ἐλέγοντο.* **17.** *Μέμνησο ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος οἵου ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχὺ βραχέος, ἂν μακρὸν μακροῦ· ἂν πτωχὸν ὑποκρίνασθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ, ἂν χωλόν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ' ἔστι, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ ἄλλου.* **22.** *Εἰ φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς, παρασκευάζου αὐτόθεν ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν, ὡς ἐρούντων ὅτι ἄφνω φιλόσοφος ἡμῖν ἐπανελήλυθε, καὶ πόθεν ἡμῖν αὕτη ἡ ὀφρύς; σὺ δὲ ὀφρὺν μὲν μὴ σχῇς· τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. μέμνησο δὲ ὅτι, ἐὰν μὲν ἐμ-*

μείνῃς τοῖς αὐτοῖς, οἱ καταγελῶντές σου πρότερον, οὗτοί σε ὕστερον θαυμάσονται, ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν, διπλοῦν προσλήψῃ καταγέλωτα.

Hac doctrina, cuique suas in vita agenda partes assignatas esse, viam sibi ad partem moralem aperit h. e. ad praecepta de externis hominum actionibus. — Impatientiam quo minus putes ita commendatam esse ab Epicteto, quasi omnia externa spernenda sint, faciunt haec: Diss. III, 2. *Οὐ δεῖ γάρ με εἶναι ἀπαθῆ ὡς ἀνδριάντα, ἀλλὰ τὰς σχέσεις τηροῦντα τὰς φυσικὰς καὶ ἐπιθέτους, ὡς εὐσεβῆ, ὡς υἱόν, ὡς ἀδελφόν, ὡς πατέρα, ὡς πολίτην.* Ib. II, 7; Man. 24. 32. Eo potius redit oratio Epicteti, ut hominem suae ipsius felicitatis gratia etiam aliorum felicitatem ac mores curare debere praecipiat. Epictet. ap. Stob. Flor. I, 57. *Εἰ βούλει ἀταράχως καὶ εὐαρέστως ζῆν, πειρῶ τοὺς συνοικοῦντάς σοι σύμπαντας ἀγαθοὺς ἔχειν.*

Diss. II, 10. *Σκέψαι τίς εἶ. τὸ πρῶτον ἄνθρωπος.* 487
τοῦτο δ' ἔστιν οὐδὲν ἔχων κυριώτερον προαιρέσεως, ἀλλὰ ταύτῃ τὰ ἄλλα ὑποτεταγμένα, αὐτὴν δ' ἀδούλευτον) καὶ ἀνυπότακτον". σκόπει οὖν τίνων κεχώρισαι κατὰ λόγον. κεχώρισαι θηρίων, κεχώρισαι προβάτων. ἐπὶ τούτοις πολίτης εἶ τοῦ κόσμου καὶ μέρος αὐτοῦ, οὐχ ἓν τῶν ὑπηρετικῶν, ἀλλὰ τῶν προηγουμένων· παρακολουθητικὸς**) γὰρ εἶ τῇ θείᾳ διοικήσει καὶ τῶν ἑξῆς ἐπιλογιστικός. τίς οὖν ἐπαγγελία πολίτου; μηδὲν ἔχειν ἰδίᾳ συμφέρον, περὶ μηδενὸς βουλεύεσθαι ὡς ἀπόλυτον, ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ ἡ χεὶρ ἢ ὁ ποὺς λογισμὸν εἶχον καὶ παρηκολούθουν τῇ φυσικῇ κατασκευῇ, οὐδέποτ' ἂν ἄλλως ὥρμησαν ἢ ὠρέχθησαν ἢ ἐπανενεγκόντες ἐπὶ τὸ ὅλον. διὰ τοῦτο καλῶς λέγουσιν οἱ φιλόσοφοι ὅτι, εἰ προῄδει ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς τὰ ἐσόμενα, συνήργει ἂν καὶ τῷ νοσεῖν καὶ τῷ ἀποθνήσκειν καὶ τῷ πηροῦσθαι, αἰσθανόμενός γε ὅτι ἀπὸ τῆς τῶν ὅλων διατάξεως τοῦτο ἀπονέμεται, κυριώτερον δὲ τὸ ὅλον τοῦ μέρους καὶ ἡ πόλις τοῦ πολίτου. νῦν δ' ὅτι οὐ*

---

*) Wolf. et Salmas. malint *ἀδούλωτον*. — **) Codd. *παρηκολουθηκοίς, παρηκολουθηκός, παρακολουθηκός.* Corr. Wolf.

προγιγνώσκομεν, καθήκει τῶν πρὸς ἐκλογὴν εὐφυεστέρων ἔχεσθαι, ὅτι καὶ πρὸς τοῦτο γεγόναμεν. Ib. I, 12. Οὐκ οἶσθα ἡλίκον μέρος πρὸς τὰ ὅλα; τοῦτο δὲ κατὰ τὸ σῶμα· ὡς κατά γε τὸν λόγον οὐδὲ χείρων τῶν θεῶν οὐδὲ μικρότερος· λόγου γὰρ μέγεθος οὐ μήκει οὐδ' ὕψει κρίνεται, ἀλλὰ δόγμασιν, οὐ θέλεις οὖν καθ' ἃ ἴσος εἶ τοῖς θεοῖς, ἐκεῖ που τίθεσθαι τὸ ἀγαθόν; Man. 31. Τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν ὡς ὄντων καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως, καὶ σαυτὸν εἰς τοῦτο κατατεταχέναι, τὸ πείθεσθαι αὐτοῖς καὶ εἴκειν πᾶσι τοῖς γιγνομένοις καὶ ἀκολουθεῖν ἑκόντα ὡς ὑπὸ τῆς ἀρίστης γνώμης ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ οὔτε μέμψῃ ποτὲ τοὺς θεοὺς οὔτε ἐγκαλέσεις ὡς ἀμελούμενος. ἄλλως τε οὐχ οἷόν τε τοῦτο γίγνεσθαι, ἐὰν μὴ ἀποστῇς*) τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν καὶ ἐν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μόνοις θῇς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακόν, ὡς ἄν γέ τι ἐκείνων ὑπολάβῃς ἀγαθὸν ἢ κακόν, πᾶσα ἀνάγκη, ὅταν ἀποτυγχάνῃς ὧν θέλεις καὶ περιπίπτῃς οἷς μὴ θέλεις, μέμψασθαί σε καὶ μισεῖν τοὺς αἰτίους. Diss. I, 3. Εἴ τις τῷ δόγματι τούτῳ συμπαθῆσαι κατ' ἀξίαν δύναιτο, ὅτι γεγόναμεν ἀπὸ τοῦ θεοῦ πάντες προηγουμένως[b] καὶ ὁ θεὸς πατήρ ἐστι τῶν τ' ἀνθρώπων καὶ τῶν θεῶν, οἶμαι ὅτι οὐδὲν ἀγεννὲς οὐδὲ ταπεινὸν ἐνθυμηθήσεται περὶ ἑαυτοῦ. ἀλλ' ἂν μὲν Καῖσαρ εἰσποιήσηταί σε οὐδείς σου τὴν ὀφρὺν βαστάσει· ἂν δὲ γνῷς ὅτι τοῦ Διὸς υἱὸς εἶ, οὐκ ἐπαρθήσῃ; νῦν δ' οὐ ποιοῦμεν· ἀλλ' ἐπειδὴ δύο ταῦτα ἐν τῇ γενέσει ἡμῶν ἐγκαταμέμικται, τὸ σῶμα μὲν κοινὸν πρὸς τὰ ζῷα, ὁ λόγος δὲ καὶ ἡ γνώμη κοινὸν πρὸς τοὺς θεούς, πολλοὶ μὲν ἐπὶ ταύτην ἀποκλίνουσι τὴν συγγένειαν τὴν ἀτυχῆ καὶ νεκράν, ὀλίγοι δέ τινες ἐπὶ τὴν θείαν καὶ μακαρίαν[c]. ἐπειδὴ τοίνυν ἀνάγκη πάνθ' ὁντινοῦν οὕτως ἑκάστῳ

*) Schweigh. ἄρῃς ἀπό.

χρῆσθαι ὡς ἂν περὶ αὐτοῦ ὑπολάβῃ, ἐκεῖνοι μὲν οἱ ὀλίγοι, ὅσοι πρὸς πίστιν οἴονται γεγονέναι καὶ πρὸς αἰδῶ καὶ πρὸς ἀσφάλειαν τῆς χρήσεως τῶν φαντασιῶν, οὐδὲν ταπεινὸν οὐδ' ἀγεννὲς ἐνθυμοῦνται περὶ αὐτῶν, οἱ δὲ πολλοὶ τἀναντία. *Τί γὰρ εἰμί; ταλαίπωρον ἀνθρωπάριον*, καὶ τὰ δύστηνά μου σαρκίδια τῷ μὲν ὄντι δύστηνα, ἀλλ' ἔχεις τι καὶ κρεῖσσον τῶν σαρκιδίων. τί οὖν ἀφεὶς ἐκεῖνο τούτοις προστέτηκας; **14.** *'Αλλ'* οὖν οὐδὲν ἧττον καὶ ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρέστησε (sc. ὁ Ζεὺς) τὸν ἑκάστου δαίμονα, καὶ παρέδωκε φυλάσσειν αὐτὸν αὐτῷ καὶ τοῦτον ἀκοίμητον καὶ ἀπαραλόγιστον. τίνι γὰρ ἄλλῳ κρείττονι καὶ ἐπιμελεστέρῳ φύλακι παραδέδωκεν *) ἡμῶν ἕκαστον; ὥσθ' ὅταν κλείσητε τὰς θύρας καὶ σκότος ἔνδον ποιήσητε, μέμνησθε μηδέποτε λέγειν ὅτι μόνοι ἐστέ· οὐ γὰρ ἐστέ. ἀλλ' ὁ θεὸς ἔνδον ἐστί, καὶ ὁ ὑμέτερος δαίμων ἐστί. καὶ τίς τούτοις χρεία φωτὸς εἰς τὸ βλέπειν τί ποιεῖτε; τούτῳ τῷ θεῷ ἔδει καὶ ὑμᾶς ὀμνύειν ὅρκον, οἷον οἱ στρατιῶται τῷ *Καίσαρι*.

a) Cf. Diss. IV, 1, 100. *Τί μοι δέδωκεν (ὁ θεὸς) ἐμὸν καὶ αὐτεξούσιον; τί αὑτῷ κατέλιπε; τὰ προαιρετικά μοι δέδωκεν, ἐπ' ἐμοὶ πεποίηκεν ἀνεμπόδιστα, ἀκώλυτα. τὸ σῶμα τὸ πήλινον πῶς ἐδύνατο ἀκώλυτον ποιῆσαι; ὑπέταξεν οὖν τῇ τῶν ὅλων περιόδῳ τὴν κτῆσιν, τὰ σκεύη, τὴν οἰκίαν, τὰ τέκνα, τὴν γυναῖκα.* Corpus et quae huius vitae sunt maximopere ab eo contemnuntur. Morte liberamur ab onere vitae, cf. Diss. I, 9, 10 sqq., Marc. Antonin. IV, 41. *ψυχάριον εἶ βαστάζον νεκρόν, ὡς 'Επίκτητος ἔλεγεν.* — b) Cf. Diss. II, 10, loco supra laudato. — c) Omnis enim sapientia et intelligentia a deo repetenda est, etiam philosophia, cf. Diss. III, 1, 36. *ἅπαξ ἀκούσας τῶν λόγων τούτων ἀπελθὼν σαυτῷ εἰπέ· Ταῦτά μοι 'Επίκτητος οὐκ εἴρηκε, πόθεν γὰρ ἐκείνῳ; ἀλλὰ θεός τις ποτ' εὐμενὴς δι' ἐκείνου. — ἄγε οὖν τῷ θεῷ πεισθῶμεν, ἵνα μὴ θεοχόλωτοι ὦμεν.*

Haec longius a vulgaribus de diis opinionibus recedunt quam quae ab antiquioribus Stoicis de rebus divinis statuebantur; sed habet hoc Epictetus cum recentioribus huius disciplinae sectatoribus

*) Upton susp. post *παραδέδωκεν* excidisse particulam *ἄν*, Schweigh. scriptum fuisse *τίνι γὰρ ἂν ἄλλῳ*.

commune. Divinationem admittit, sed putat ei non nimium tribuendum esse, cum pertineat ad externa tantum. Verum vatem eum genium esse docebat, qui in cuiusque mente repositus sit, inde quid bonum quid secus sit quemque edocens; neque se quoquam alio indigere affirmabat, Diss. II, 7; Man. 32. Irridebat cultum malorum geniorum eorumque deorum, a quibus externa bona repeterentur. Diss. I, 19, 6; 22, 16. Reiicit fabulas de inferis; omnia nimirum in ea elementa reversura esse, ex quibus quodque conflatum sit. Diss. III, 13, 14 sqq.

d. Marcus Antoninus.

488 **Comm. X, 33.** *Ἀπόλαυσιν γὰρ δεῖ ὑπολαμβάνειν πᾶν, ὃ ἔξεστι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐνεργεῖν. Πανταχοῦ δὲ ἔξεστι. τῷ μὲν οὖν κυλίνδρῳ οὐ πανταχοῦ δίδοται φέρεσθαι τὴν ἰδίαν κίνησιν, οὐδὲ τῷ ὕδατι οὐδὲ πυρὶ οὐδὲ τοῖς ἄλλοις, ὅσα ἀπὸ φύσεως ἢ ψυχῆς ἀλόγου διοικεῖται· τὰ γὰρ διείργοντα καὶ ἐνιστάμενα πολλά. νοῦς δὲ καὶ λόγος διὰ παντὸς τοῦ ἀντιπίπτοντος οὕτως πορεύεσθαι δύναται, ὡς πέφυκε καὶ ὡς θέλει.* **Ib. V, 19.** *Τὰ πράγματα αὐτὰ οὐδ' ὁπωστιοῦν ψυχῆς ἅπτεται, οὐδὲ ἔχει εἴσοδον πρὸς ψυχήν, οὐδὲ τρέψαι οὐδὲ κινῆσαι ψυχὴν δύναται· τρέπει δὲ καὶ κινεῖ αὐτὴ ἑαυτὴν μόνη· καὶ οἵων ἂν κριμάτων καταξιώσῃ ἑαυτήν, τοιαῦτα ἑαυτῇ ποιεῖ τὰ προϋφεστῶτα* *).

Cf. n. 482, not. a. Quod absolutam libertatem voluntati humanae tribuit, id haud bene congruit cum his quae leguntur Comm. V, 33. *αὐτὸ δὲ τὸ ψυχάριον ἀναθυμίασις ἀφ' αἵματος.* Sed videtur distinguendum esse inter *ψυχὴν* et *νοῦν*, v. n. sq. — Inter praeceptores (I, 6 sqq.) prae ceteris nominandus Rusticus, qui ei praeivit lectionem *τῶν Ἐπικτητείων ὑπομνημάτων*, c. 7.

489 **Ib. II, 13.** *Οὐδὲν ἀθλιώτερον τοῦ πάντα κύκλῳ ἐκπεριερχομένου καὶ τὰ νέρθεν γᾶς, φησίν, ἐρευνῶντος καὶ τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν πλησίον διὰ τεκμάρσεως ζητοῦντος, μὴ αἰσθομένου δὲ ὅτι ἀρκεῖ πρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον ἑαυτοῦ δαίμονι εἶναι καὶ τοῦτον γνησίως θεραπεύειν.*

---

*) Vulgo *προσυφεστῶτα*. Vat. A *προεφεστῶτα*. Nos cum Schneidero (Lex. Gr.) et Corais.

Ib. VII, 28. *Εἰς αὑτὸν συνειλοῦ. φύσιν ἔχει τὸ λογικόν, ἡγεμονικὸν ἑαυτῷ ἀρκεῖσθαι δικαιοπραγοῦντι καὶ παρ' αὐτὸ τοῦτο γαλήνην ἔχοντι.* 59. *Ἔνδον βλέπε. ἔνδον ἡ πηγὴ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἀεὶ ἀναβλύειν δυναμένη, ἐὰν ἀεὶ σκάπτῃς.* Ib. XII, 3. *Τρία ἐστὶν ἐξ ὧν συνέστηκας, σωμάτιον, πνευμάτιον, νοῦς. τούτων τἆλλα μέχρι τοῦ ἐπιμελεῖσθαι δεῖν σά ἐστι· τὸ δὲ τρίτον μόνον κυρίως σόν. διὸ ἐὰν χωρίσῃς*) ἀπὸ σεαυτοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ τῆς σῆς διανοίας, ὅσα ἄλλοι**) ποιοῦσιν ἢ λέγουσιν, ἢ ὅσα αὐτὸς ἐποίησας ἢ εἶπας, καὶ ὅσα ὡς μέλλοντα ταράσσει σε***), καὶ ὅσα τοῦ περικειμένου σοι σωματίου ἢ τοῦ συμφύτου πνευματίου ἀπροαίρετα πρόσεστιν, καὶ ὅσα ἡ ἔξωθεν περιρρέουσα δίνη ἑλίσσει, ὥστε τῶν συνειμαρμένων ἐξῃρημένην καὶ†) καθαρὰν τὴν νοερὰν δύναμιν ἀπόλυτον ἐφ' ἑαυτῆς ζῆν, ποιοῦσαν τὰ δίκαια καὶ θέλουσαν τὰ συμβαίνοντα καὶ λέγουσαν τἀληθῆ· ἐὰν χωρίσῃς, φημί, τοῦ ἡγεμονικοῦ τούτου τὰ προσηρτημένα ἐκ προσπαθείας καὶ τοῦ χρόνου τὰ ἐπέκεινα ἢ παρῳχηκότα, ποιήσῃς τε σεαυτὸν οἷος ὁ Ἐμπεδόκλειος*

σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιηγέϊ γαίων††),

μόνον τε ζῆν ἐκμελετήσῃς ὃ ζῇς, τοῦτ' ἔστι τὸ παρόν· δυνήσῃ τό γε μέχρι τοῦ ἀποθανεῖν ὑπολειπόμενον†††) *ἀταράκτως καὶ εὐμενῶς**) *καὶ ἵλεως τῷ σεαυτοῦ δαίμονι διαβιῶναι.*

Antonini sententiae in plurimis nihil sunt nisi imitationes Epictetearum; in nonnullis tamen ultra quam hae progrediuntur, velut in iis quae hoc loco apposita sunt. Maxime proprium est quod plurimum tribuit quieto animi statui ac solitudini; cf. IV, 3. Propterea neque futura neque praeterita curanda esse praecipit; praesentibus vivendum esse: in quo propius a Cyrenaicis abest

---

*) Vulg. *ὃ ἐὰν χωρίσῃς. διὸ* coni. Schultz. Corais c. ed. Oxon. *ἐὰν οὖν χ.* — **) Vulg. *ἄλλα.* Corais *οἱ ἄλλοι;* v. Schultz. — ***) Vulg. *ταράσσεις.* Vat. A *ταράσσειας.* Casaub. Cor. *ταράσσει.* Schultz. coni. *ταράσσει σε.* — †) Inseruimus *καὶ* praeeunte Cor. — ††) Vulg. *κονῇ περιηθεῖ.* Vat. A *μονῇ.* V. supra n. 171. — †††) Ita vulg. ante Gatak., qui ded. *ὑπολιπόμενον.* — *) Coni. Cor. vulg. *εὐγενῶς.*

quam a Stoicis. Adde quod monet animum in se ipsum recedere debere, ut solus sit cum genio suo, a quo de felicitate sua instituatur: in quibus ferme consentit cum Neoplatonicis idque in ipsis verbis, cum dicat Comm. IV, 26 *ἅπλωσον σεαυτόν*, cf. infra n. 545, not. Cum iisdem facit in contemtu quem profitetur non solum corporis ac vitae et omnium rerum humanarum, ib. III, 3. *τὸ μὲν γὰρ νοῦς καὶ δαίμων, τὸ δὲ γῆ καὶ λύθρος.* IX, 3. *ὡς νῦν περιμένεις πότε ἔμβρυον ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς γυναικός σου ἐξέλθῃ, οὕτως ἐκδέχεσθαι τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τὸ ψυχάριόν σου τοῦ ἐλύτρου τούτου ἐκπεσεῖται.* X, 31. *τὰ ἀνθρώπινα καπνὸς καὶ τὸ μηδέν*, sed totius mundi, ib. IV, 3. *ὁ κόσμος ἀλλοίωσις, ὁ βίος ὑπόληψις.* Nihilominus civica negotia subeunda esse statuit eoque se impelli profitetur consideratione officiorum divinitus ipsi impositorum tam hominis quam civis et imperatoris. Ib. III, 4, 5.

CAPUT XIII.

SCEPTICI RECENTIORES.

1. De principibus huius sectae.

490 **Diog. L. IX, 115.** *Τούτου (sc. τοῦ Τίμωνος) διάδοχος, ὥς μὲν Μηνόδοτός*[a] *φησι, γέγονεν οὐδείς, ἀλλὰ διέλιπεν ἡ ἀγωγὴ ἕως αὐτὴν Πτολεμαῖος ὁ Κυρηναῖος ἀνεκτήσατο. ὡς δὲ Ἱππόβοτός φησι καὶ Σωτίων, διήκουσαν αὐτοῦ Διοσκουρίδης Κύπριος καὶ Νικόλοχος Ῥόδιος καὶ Εὐφράνωρ Σελευκεὺς Πραΰλος*) τε ἀπὸ Τρῳάδος.* — **116.** *Εὐφράνορος δὲ διήκουσεν Εὔβουλος Ἀλεξανδρεύς, οὗ Πτολεμαῖος, οὗ Σαρπηδὼν καὶ Ἡρακλείδης· Ἡρακλείδου δὲ Αἰνησίδημος Κνώσιος, ὃς καὶ Πυρρωνείων λόγων ὀκτὼ συνέγραψε βιβλία*[b]. *οὗ Ζεύξιππος ὁ Πολίτης, οὗ Ζεῦξις ὁ Γωνιόπους, οὗ Ἀντίοχος**) Λαοδικεὺς ἀπὸ Λύκου. τούτου δὲ Μηνόδοτος ὁ Νικομηδεύς, ἰατρὸς ἐμπειρικός, καὶ Θειωδᾶς**) Λαοδικεύς· Μηνοδότου δὲ Ἡρό-*

---

*) Cobet. ed. *Πραΰλους.* — **) Var. lect. *Ἀντίγονος, Ἀντίλοχος.* — ***) Var. l. *Θειόδας, Θειώδης.* Menag. *Θευδᾶς.* v. not. c.

δοτος *) — *Ταρσεύς*· *Ἡροδότου δὲ διήκουσε Σέξτος ὁ ἐμπειρικός, οὗ καὶ τὰ δέκα τῶν Σκεπτικῶν καὶ ἄλλα κάλλιστα· Σέξτου δὲ διήκουσε Σατορνῖνος ὁ Κυθηνᾶς, ἐμπειρικὸς καὶ αὐτός* [c]

a) Idem est ut videtur qui memoratur infra, *Μηνόδοτος ὁ Νικομηδεύς, ἰατρὸς ἐμπειρικός*, et qui plus semel nominatur Galeno et in principibus Scepticorum una cum Aenesidemo numeratur a Sexto Emp. Hyp. Pyrrh. I, 222, ubi v. Fabric.: cuius de Scepticorum successionibus testimonium apparet haud parvae fidei esse. Contra is recensus, qui affertur ex Hippoboto et Sotione, magnam lacunam habet, quod cognoscitur ex rationibus temporum. — b) Aenesidemus Cnosius philosophiam tradidit Alexandriae; Aristocl. ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 18.; de cuius temporibus dicetur not. c. Hic primus resuscitavit et ultra persecutus est quae tradita erant a Scepticis antiquioribus. Ex libro eius praecipuo, qui a Diogene laudatur, brevem conspectum exhibet Photius Bibl. cod. 212, qui parum sufficit ad doctrinam eius iudicandam. Laudatur etiam *ὑποτύπωσις εἰς τὰ Πυρρώνεια*, Diog. L. IX, 78; Aristocl. l. l., et alia, v. Diog. L. IX, 105. — c) De vitis horum Scepticorum parum liquet. Plurimi diserte traduntur medici empirici fuisse, ceteros credibile est eandem professionem secutos esse; cf. Menag. ad Diog. L. IX, 106. Unde fuerunt qui hanc Scepticorum disciplinam eandem atque empiricam medicorum sectam fuisse censerent; Sextus tamen Empiricus malit eos ad methodicos referre, Hyp. Pyrrh. I, 236 sqq.; cf. adv. Math. VIII, 327 sq. Paucorum libri laudantur, velut Zeuxidis, v. Diog. L. IX, 106, et Theodae, qui rectius dicitur Theudas, cf. Diog. L. IX, 70; Suid. v. *Θεοδόσιος*. Neque de temporibus exploratum est. Sextum Empiricum probabile est paulo serius quam Galenum scripsisse; v. Ritter *Gesch. d. Philos.* IV, p. 275 sq. Hinc profectus si superiora tempora reputas Hippobotique ac Sotionis catalogum si usque ad Aenesidemum integrum esse ponis, hunc collegeris floruisse fere circa Christum natum. Antiquior fuerit Aenesidemus, si recte Menagius ad Diog. L. IX, 106 Zeuxidem Scepticum eundem fuisse suspicatur atque eum, a quo secta medicorum repetitur a Strabone X, 8 extr., p. 580.

2. Placita horum Scepticorum.

Sext. Emp. Pyrrh. Hyp. I, 210. *Οἱ περὶ τὸν Αἰνη-* 491
σίδημον ἔλεγον ὁδὸν εἶναι τὴν σκεπτικὴν ἀγωγὴν ἐπὶ

*) Menag. coni. *Πρόδοτος*.

τὴν Ἡρακλείτειον φιλοσοφίαν, διότι προηγεῖται τοῦ τἀναντία περὶ τὸ αὐτὸ ὑπάρχειν τὸ τἀναντία περὶ τὸ αὐτὸ φαίνεσθαι.

Aenesidemus igitur non Scepticus est qui proprie dicitur, sed utebatur Scepticismo ad antiquiorem philosophiam, Heracliteam videlicet, renovandam, quam, si nostrum locum aliosque velut Sext. Emp. adv. Math. IX, 337; X, 216 sequimur, ita interpretatus esse videtur ut omnes ea differentias rerum tolli contenderet. Quod quo pacto effecerit incertum est; neque posteriores Sceptici eandem viam persecuti sunt. Sed plurimum Aenesidemus ad disciplinam horum excolendam atque firmandam valuit argumenta Scepticorum ad certam viam ac rationem revocando. In nonnullis tamen et ipse nova proposuit, quae deinde cum reliquis dubitationum argumentis a Scepticis propagata sunt.

492 **Sext. Emp. Pyrrh. Hyp. I, 36.** *Παραδίδονται τοίνυν συνήθως παρὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις Σκεπτικοῖς* [a] *τρόποι, δι' ὧν ἡ ἐποχὴ συνάγεσθαι δοκεῖ, δέκα τὸν ἀριθμόν, οὓς καὶ λόγους καὶ τόπους συνωνύμως καλοῦσιν. εἰσὶ δὲ οὗτοι· πρῶτος ὁ παρὰ τὴν τῶν ζῴων ἐξαλλαγήν* [b]*· δεύτερος ὁ παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων διαφοράν· τρίτος ὁ παρὰ τὰς διαφόρους τῶν αἰσθητηρίων κατασκευάς· τέταρτος ὁ παρὰ τὰς περιστάσεις* [c]*· πέμπτος ὁ παρὰ τὰς θέσεις καὶ τὰ διαστήματα καὶ τοὺς τόπους· ἕκτος ὁ παρὰ τὰς ἐπιμιξίας* [d]*·* 37. *ἕβδομος ὁ παρὰ τὰς ποσότητας καὶ σκευασίας τῶν ὑποκειμένων* [e]*· ὄγδοος ὁ ἀπὸ τοῦ πρός τι· ἔνατος ὁ παρὰ τας συνεχεῖς ἢ σπανίους ἐγκυρήσεις* [f]*· δέκατος ὁ παρὰ τὰς ἀγωγὰς καὶ τὰ ἔθη καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰς μυθικὰς πίστεις καὶ τὰς δογματικὰς ὑπολήψεις* [g].

a) Ad antiquiores Scepticos etiam Aenesidemum referre videtur: recentiores repetit ab Agrippa, Pyrrh. Hyp. I, 164; cf. Diog. L. IX, 88. Decem illa dubitandi argumenta ex parte saltem iam ab antiquioribus Scepticis usurpabantur; ab Aenesidemo ea primum ad certam seriem et coniunctionem revocata fuisse dixeris; v. Sext. Emp. adv. Math. VII, 345; Aristocl. ap. Euseb. Pr. Ev. XIV, 18. Eadem copiose expromuntur a Sexto Empirico Hyp. Pyrrh. I, 40 sq. et Diog. L. IX, 79 sqq., unde nonnulla attulisse non alienum erit. — b) *Ἐξαλλαγή* est idem quod *διαφορά*. Sext. l. l. 40; Diog. L.

l. l. 79. Animalibus, prout ipsa natura differunt, res etiam differre videntur. Similiter explicatur locus secundus et tertius. — c) *Περιστάσεις* sunt idem quod *διαθέσεις*, Diog. L. l. l. 82; Sext. Emp. l. l. 100. Res differre nobis videntur pro diversis animi nostri affectionibus. — d) Apertius Diog. L. l. l. 84. *ἔκτος ὁ παρὰ τὰς μίξεις καὶ κοινωνίας, καθ' ὃν εἰλικρινῶς οὐδὲν καθ' αὑτὸ φαίνεται, ἀλλὰ σὺν ἀέρι, σὺν φωτί, σὺν ὑγρῷ, σὺν στερεῷ, θερμότητι, ψυχρότητι, κινήσει, ἀναθυμιάσεσιν, ἄλλαις δυνάμεσιν.* — e) *Σκευασία* a Sexto Emp. l. l. 129 per *σύνθεσιν* explicatur. Illustratur res exemplis: *τὰ ξέσματα τοῦ κέρατος τῆς αἰγὸς φαίνεται μὲν λευκὰ ἁπλῶς καὶ ἄνευ συνθέσεως θεωρούμενα, συντιθέμενα δὲ ἐν τῇ τοῦ κέρατος ὑπάρξει μέλανα θεωρεῖται.* Ib. 131. *καὶ ὁ οἶνος σύμμετρος μὲν πινόμενος ῥώννυσιν ἡμᾶς, πλείων δὲ λαμβανόμενος παραλύει τὸ σῶμα.* — f) Diog. L. l. l. 87. *Οἱ γοῦν σεισμοὶ παρ' οἷς συνεχῶς ἀποτελοῦνται οὐ θαυμάζονται, οὐδ' ὁ ἥλιος, ὅτι καθ' ἡμέραν ὁρᾶται.* — g) Hic locus plurimam Scepticis ad disputandum copiam suppeditabat, utpote qui dissensiones patefaceret et hominum et populorum et imprimis philosophorum dogmaticorum.

Phot. Bibl. 212, p. 281 Hoesch. Ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ 493
(sc. λόγῳ) σημεῖα μέν, ὥσπερ τὰ φανερά φαμεν τῶν ἀφανῶν, οὐδ' ὅλως εἶναί φησιν (sc. ὁ Αἰνησίδημος), ἠπατῆσθαι δὲ κενῇ προσπαθείᾳ τοὺς οἰομένους. — — προβάλλεται αὐτῷ καὶ ὁ πέμπτος λόγος τὰς κατὰ τῶν αἰτίων ἀπορητικὰς λαβάς, μηδὲν μὲν μηδενὸς αἴτιον ἐνδιδοὺς εἶναι, ἠπατῆσθαι δὲ τοὺς αἰτιολογοῦντας φάσκων καὶ τρόπους ἀριθμῶν καθ' οὓς οἴεται αὐτοὺς αἰτιολογεῖν ὑπαχθέντας εἰς τὴν τοιαύτην περιενεχθῆναι πλάνην.

Dubitationum de signis et causis cum incertum sit quot referendae sint ad Aenesidemum, infra de iis dicetur, v. n. 496 sq. Apud Sextum Emp. Hyp. Pyrrh. I, 180 sqq. octo earum genera enumerantur, quibus Aenesidemus Dogmaticorum disputationes de causis investigandis non sufficere rationi demonstraverat. Verum dicitur ille et contra omnem causarum connexum disputasse, v. Sext. Emp. adv. Math. IX, 218.

Sext. Emp. Pyrrh. Hyp. I, 164. Οἱ δὲ νεώτεροι Σκε- 494
πτικοὶ [a] παραδιδόασι τρόπους τῆς ἐποχῆς πέντε τούσδε· πρῶτον τὸν ἀπὸ τῆς διαφωνίας· δεύτερον τὸν εἰς ἄπειρον ἐκβάλλοντα· τρίτον τὸν ἀπὸ τοῦ πρός τι· τέταρτον

ἐπέτρεψαν, ἀλλὰ πάντως οὐκ ἠδύναντο· ἐπὶ γῆς γὰρ ὄντας καὶ σώματι συνδεδεμένους τοιούτῳ καὶ κοινωνοῖς τοιούτοις, πῶς οἷόν τ' ἦν εἰς ταῦτα ὑπὸ τῶν ἐκτὸς μὴ ἐμποδίζεσθαι; — b) Haec eo referenda sunt quod omne bonum et malum in cogitationibus nostris, quae penderent a nobismet ipsis, positum esse statuebat. Diss. III, 3. Τί γάρ ἐστι τὸ κλαίειν καὶ οἰμώζειν; δόγμα. τί δυστυχία; δόγμα. τί στάσις; τί διχόνοια; τί μέμψις; τί κατηγορία; τί ἀσέβεια; τί φλυαρία; ταῦτα πάντα δόγματά ἐστι, καὶ ἄλλο οὐδέν· καὶ δόγματα περὶ τῶν ἀπροαιρέτων ὡς ὄντων ἀγαθῶν καὶ κακῶν. ταῦτά τις ἐπὶ τὰ προαιρετικὰ μεταθέτω, κἀγὼ αὐτὸν ἐγγυῶμαι ὅτι εὐσταθήσει ὡς ἂν ἔχῃ τὰ περὶ αὐτόν. Ib. II, 8. Ὁ θεὸς ὠφέλιμος. ἀλλὰ καὶ τἀγαθὸν ὠφέλιμον. εἰκὸς οὖν, ὅπου ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ, ἐκεῖ εἶναι καὶ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ. τίς οὖν οὐσία θεοῦ; σάρξ; μὴ γένοιτο. ἀγρός; μὴ γένοιτο. φήμη; μὴ γένοιτο, νοῦς, ἐπιστήμη, λόγος ὀρθός; ναί. ἐνταῦθα τοίνυν ἁπλῶς ζήτει τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ. Ib. II, 1. Ἡ οὐσία τοῦ ἀγαθοῦ ἐστὶν ἐν χρήσει φαντασιῶν καὶ τοῦ κακοῦ ὡσαύτως, τὰ δ' ἀπροαίρετα οὔτε τὴν τοῦ κακοῦ δέχεται φύσιν οὔτε τὴν τοῦ ἀγαθοῦ. — c) Felicitatem enim et libertatem sibi comparabit qui externa contemnere et omnia toleranter perferre didicerit: unde summam doctrinae Epicteteae in haec venire ait Gellius XVII, 19 extr. ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Man. 48. Φιλοσόφου στάσις καὶ χαρακτήρ· πᾶσαν ὠφέλειαν καὶ βλάβην ἐξ ἑαυτοῦ προσδοκᾷ.

ᾧ δυνησόμεθα ἐκεῖνο φαντασιασθῆναι, οὔτ' αἴσθησιν (αἰσθητὸν γὰρ οὐκ ἔστι) οὔτε ἰσχύν. Μωυσῆς οὖν ὁ τῆς ἀειδοῦς φύσεως θεατὴς καὶ θεόπτης (εἰς γὰρ τὸν γνόφον φασὶν αὐτὸν οἱ χρησμοὶ [b] *εἰσελθεῖν τὴν ἀόρατον οὐσίαν αἰνιττόμενοι) πάντα διὰ πάντων ἐρευνήσας ἐζήτει τὸν τριπόθητον καὶ μόνον τηλαυγῶς ἰδεῖν. ἐπεὶ δ' οὐδὲν εὕρισκεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐμφερῆ τινὰ ἰδέαν τῷ ἐλπιζομένῳ, τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων διδασκαλίαν ἀπογνοὺς ἐπ' αὐτὸ καταφεύγει τὸ ζητούμενον καὶ δεῖται λέγων, Ἐμφάνισόν μοι σεαυτόν, γνωστῶς ἴδω σε* [c]*, καὶ ὅμως ἀμοιρεῖ τῆς προθέσεως, αὐταρκεστάτης δωρεᾶς τῷ θνητῷ ἀρίστῳ γένει νομισθείσης τῆς μετὰ τὸ ὂν σωμάτων τε ὁμοῦ καὶ πραγμάτων ἐπιστήμης. λέγεται γάρ, Ὄψει τὰ ὀπίσω μου, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ὀφθήσεταί σοι* [d]*· ὡς τῶν ὅσα μετὰ τὸ ὄν, σωμάτων τε ὁμοῦ καὶ πραγμάτων, εἰς κατάληψιν ἐρχομένων, εἰ καὶ μὴ πάντα ἤδη καταλαμβάνεται, μόνου δ' ἐκείνου μὴ πεφυκότος ὁρᾶσθαι. καὶ τί θαυμαστὸν εἰ τὸ ὂν ἀνθρώποις ἀκατάληπτον, ὁπότε καὶ ὁ ἐν ἑκάστῳ νοῦς ἄγνωστος ἡμῖν ἐστί; τίς ψυχῆς οὐσίαν εἶδεν; ἧς ἡ ἀδηλότης μυρίας ἔριδας σοφισταῖς ἐγέννησεν, ἐναντίας εἰσηγουμένοις γνώμας ἢ καὶ ὅλοις γένεσιν ἀντιστατούσας* [e].

a) Cum deus sit sine qualitate (*ἄποιος*), sequitur ut non possit cognosci. Esse deum ratum est, nil amplius. — b) Exod. XX, 21. — c) Exod. XXXIII, 13. — d) Ib. 23. — e) Cf. Leg. Alleg. I, 29, p. 62. Vides eum ferme ad instar Academiae novae loqui, quod facit identidem. De ipsis dubitationibus cf. de Ebriet. 41 sqq., p. 382 sqq. Cum quibus tamen nihil aliud sibi vult nisi hominum scientiam per se inopem esse, a deo solo veritatem repetendam; de Conf. Ling. 25, p. 424. *Ἡ οὐχὶ καὶ ὁ νοῦς πολλάκις ἐπὶ μυρίων ὅσων ἠλέγχθη παρανοιῶν; καὶ αἱ αἰσθήσεις ἅπασαι ψευδομαρτυριῶν ἑάλωσαν, οὐ παρ' ἀλόγοις δικασταῖς, οὓς εἰκὸς ἀπατᾶσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ τῆς φύσεως αὐτῆς δικαστηρίῳ, ἣν οὐ θέμις δεκάσασθαι. καὶ μὴν σφαλλομένων γε τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς περί τε νοῦν καὶ αἴσθησιν κριτηρίων, ἀνάγκη τὸ ἀκόλουθον ὁμολογεῖν, ὅτι ὁ θεὸς τῷ μὲν τὰς ἐννοίας, τῇ δὲ τὰς ἀντιλήψεις ἐπομβρεῖ καί ἐστιν οὐ τῶν*

καθ' ἡμᾶς μερῶν χάρις τὰ γιγνόμενα, ἀλλὰ τοῦ δι' ὃν καὶ ἡμεῖς γεγόναμεν δωρεαὶ πᾶσαι. Quae eo differunt a nostro loco quod in hoc non attingitur oppositum cognitionis divinitus datae et eius quam homines per se sequuntur, ut dubites utro significetur vera Philonis sententia; et solet ille solutius disserere, ut saepenumero sibimet ipsi pugnet. Ita alibi hominem posse divinum cognoscere dicit, velut Leg. Alleg. II, 18, p. 79, id quod etiam nostro loco ponitur quodam modo, si Moses dicitur *εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἀόρατον οὐσίαν.*

Cum deus Philoni videretur supra omnem laudem excellentiamque et supra ipsum bonum longe eminens esse, consentaneum erat ut eum neque notionibus neque nominibus ullis attingi posse poneret. Enimvero quum philosophiam diceret esse studium cognitionis dei, non potuit quin interdum etiam affirmando de deo loqueretur, velut de Mundi Opif. 2, p. 2. *Καὶ ὅτι τὸ μὲν δραστήριον* (sc. *αἴτιον*) *ὁ τῶν ὅλων νοῦς ἐστιν εἰλικρινέστατος καὶ ἀκραιφνέστατος, κρείττων τε ἢ ἀρετὴ καὶ κρείττων ἢ ἐπιστήμη καὶ κρείττων ἢ αὐτὸ τἀγαθὸν καὶ αὐτὸ τὸ καλόν,* ubi patet eum deflectere a doctrina Platonis. Neque in eo sibi constat Philo quod deum sine ulla cautione modo *δημιουργὸν* nominat, cf. n. 504, modo *κτίστην,* de Somn. I, 13 extr., p. 632, modo *τὸν πατέρα τῶν γιγνομένων,* Alleg. Leg. I, 7, p. 47. Quae nomina ponuntur ut quae deo cum mundo intercedat ratio indicetur; sed hoc ipsum est, quo sua decreta deserit, in ceteris dei nullam omnino ad quidquam rationem esse affirmare solitus, velut de Mutat. Nom. 4 in., p. 582. *τὸ γὰρ ὄν, ᾗ ὄν ἐστιν, οὐχὶ τῶν πρός τι.* Imprimis notabile Philonem negare dei cognitionem patere nobis in mundo rationaliter contemplando, de Leg. ad Cai. I, p. 546. *Οὐδὲ γὰρ ὁ σύμπας οὐρανὸς ἔναρθρος φωνὴ γενόμενος εὐθυβόλων καὶ εὐσκόπων εἰς τοῦτο ἂν εὐποροίη ῥημάτων* (sc. *πρὸς δήλωσιν τοῦ ὄντος*). Inde sequitur ut deum neget ulla cogitatione ullave argumentatione comprehendi posse, de Post. Caini 48, p. 258. *ἀνθρώπου γὰρ ἐξαρκεῖ λογισμῷ μέχρι τοῦ καταμαθεῖν ὅτι ἔστι τε**) *καὶ ὑπάρχει τὸ τῶν ὅλων αἴτιον προελθεῖν· περαιτέρω δὲ καὶ σπουδάζειν τρέπεσθαι, ὡς περὶ οὐσίας ἢ ποιότητος ζητεῖν, διωλύγιός τις***) *ἠλιθιότης.* Hinc contemtus ille, quem prae se fert, intelligentiae ac philosophiae mundanae, quam negat ad aliud quicquam attinere nisi ad declinandos errores allucinationesque sophistarum. De Ebriet. 12, p. 364; Quod Deter. Pot. Ins. 10 sqq., p. 197; de Migr. Abrah. 13 sq., p. 447.

---

*) Vulgo *τι.* Recep. coni. Mang. — **) Vulgo *ὡς δι' ὑγιός.* Mang. coni. *διωλύγιος*, qua voce saepius utitur Philo; cf. Ruhnk. ed. Tim. p. 89. Ed. Lips. *ὠγύγιός τις ἠλιθιότης.*

508 **Leg. Alleg. III, 32, p. 107.** *Ἐζήτησαν οἱ πρῶτοι πῶς ἐνοήσαμεν τὸ θεῖον· εἶθ' οἱ δοκοῦντες ἄριστα φιλοσοφεῖν ἔφασαν ὅτι ἀπὸ τοῦ κόσμου καὶ τῶν μερῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ἐνυπαρχουσῶν τούτοις δυνάμεων ἀντίληψιν ἐποιησάμεθα τοῦ αἰτίου. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἴδοι δεδημιουργημένην οἰκίαν ἐπιμελῶς προπυλαίοις, στοαῖς, ἀνδρῶσι, γυναικωνίτισι, τοῖς ἄλλοις οἰκοδομήμασιν, ἔννοιαν λήψεται τοῦ τεχνίτου — —, οὕτω δὴ καὶ εἰσελθών τις ὥσπερ εἰς μεγίστην οἰκίαν ἢ πόλιν τόνδε τὸν κόσμον καὶ θεασάμενος οὐρανὸν ἐν κύκλῳ περιπολοῦντα καὶ πάντα ἐντὸς συνειληφότα, πλανήτας δὲ καὶ ἀπλανεῖς ἀστέρας κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως κινουμένους, ἐμμελῶς τε καὶ ἐναρμονίως καὶ τῷ παντὶ ὠφελίμως, γῆν δὲ τὸν μέσον*) χῶρον λαχοῦσαν, ὕδατός τε καὶ ἀέρος χύσεις ἐν μεθορίῳ τεταγμένας, ἔτι δὲ ζῷα θνητά τε αὖ καὶ ἀθάνατα καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν διαφοράς, λογιεῖται δήπου ὅτι ταῦτα οὐκ ἄνευ τέχνης παντελοῦς δεδημιούργηται, ἀλλὰ καὶ ἦν καὶ ἔστιν ὁ τοῦδε τοῦ παντὸς δημιουργὸς ὁ θεός. οἱ δὴ οὕτως ἐπιλογιζόμενοι διὰ σκιᾶς τὸν θεὸν καταλαμβάνουσι διὰ τῶν ἔργων τὸν τεχνίτην κατανοοῦντες* [a]. 33. *Ἔστι δέ τις τελεώτερος καὶ μᾶλλον κεκαθαρμένος νοῦς, τὰ μεγάλα μυστήρια μυηθείς* [b], *ὅστις οὐκ ἀπὸ τῶν γεγονότων τὸ αἴτιον γνωρίζει ὡς ἂν ἀπὸ σκιᾶς τὸ μένον, ἀλλ' ὑπερκύψας τὸ γεννητὸν ἔμφασιν ἐναργῆ τοῦ ἀγεννήτου λαμβάνει, ὡς ἀπ' αὐτοῦ αὐτὸν καταλαμβάνειν καὶ τὴν σκιὰν αὐτοῦ ὅπερ ἦν, τόν τε λόγον καὶ τόνδε τὸν κόσμον. οὗτός ἐστι Μωυσῆς ὁ λέγων, Ἐμφάνισόν μοι σαυτόν, γνωστῶς ἴδω σε* [c], *μὴ γὰρ ἐμφανισθείης μοι δι' οὐρανοῦ ἢ γῆς ἢ ὕδατος ἢ ἀέρος ἤ τινος ἁπλῶς τῶν ἐν γενέσει, μηδὲ κατοπτρισαίμην ἐν ἄλλῳ τινὶ τὴν σὴν ἰδέαν ἢ ἐν σοὶ τῷ θεῷ. αἱ γὰρ ἐν γεννητοῖς ἐμφάσεις διαλύονται αἱ δ' ἐν τῷ ἀγεννήτῳ μόνιμοι* [d] *καὶ βέβαιοι καὶ ἀΐδιοι διατελοῖεν***).

---

*) Ita Mss. Vulgo *μεσαίτατον*. — **) Mang. malit *διατελοῦσιν*.

a) Dei cognitionem ex mundo tanquam ex speculo fieri et alibi et iterum nostro loco extremo dicit; cf. de Decal. 21 extr., p. 198. *ὡς γὰρ διὰ κατόπτρου φαντασιοῦται ὁ νοῦς θεὸν δρῶντα καὶ κοσμοποιοῦντα καὶ τῶν ὅλων ἐπιτροπεύοντα.* Iam vero, si ita statuat, aliquam certe, quamvis imperfectam, de deo qualis sit cognitionem ex mundo contemplando acquiri posse effeceris, ut in his quoque sibi pugnet, ceteroquin nihil ex mundo colligi posse affirmans nisi esse deum. — b) Vituperat Graecorum mysteria, utpote quae, si boni quidquam continerent, hoc non operire neminique praeter paucos illos qui initiati essent tradere deberent, opposita doctrina Mosaica, quae esset revelata; de Sacrif. 12, p. 260. Interim neque Mosis mysteria omnibus patent, sed iis tantum quibus hoc datur divinitus; cf. de Decal. 10, p. 187; Quod omn. Prob. lib. 2, p. 447. Neque haec mysteria, sicuti etiam sacrum dei nomen, coram profanis pronuntiare fas est, de Cherub. 14 in., p. 147. — c) Exod. XXXIII, 13, cf. n. 507, ubi idem locus longe alio sensu adhibetur. — d) Verum tamen neque spiritus divinus in hominibus durare potest; de Gigant. 5 in., p. 265. *Ἐν δὴ τοῖς τοιούτοις ἀμήχανον τὸ τοῦ θεοῦ καταμεῖναι καὶ διαιωνίσαι πνεῦμα, ὡς δηλοῖ καὶ αὐτὸς ὁ νομοθέτης. Εἶπε γάρ, φησί, κύριος ὁ θεός, οὐ καταμενεῖ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις εἰς τὸν αἰῶνα διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας* (Gen. VI, 3). *μένει μὲν γὰρ ἔστιν ὅτε, καταμενεῖ δὲ οὐδ' εἰσάπαν*) παρὰ τοῖς πολλοῖς ἡμῖν.*

De contemplatione dei quod statuit cum eo cohaeret quod in solo deo et in sola dei consectatione felicitatem positam esse persuasum habebat. Quatenus vero progredi possimus in summo illo quod in deo cognoscendo positum est bono adipiscendo, de hoc parum certus est; de Poster. Caini 48, p. 258. *τὸ δ' ὁρατὸν εἶναι τὸ ὂν οὐ κυριολογεῖται, κατάχρησις δ' ἐστί.* Tantum pronuntiat posse nos id nonnisi subitaria quadam mentis veluti perceptione adipisci, quae fieret sine medio, divinitus ingruens, l. l.: *τοῦ ὄντως ὄντος ἐναργείᾳ μᾶλλον ἀντικαταλαμβανομένου ἢ λόγων ἀποδείξει συνισταμένου.* Ib. 5 extr., p. 229; de Abrah. 17 extr., p. 13. *ὃς* (sc. *ὁ κρυπτόμενος καὶ ἀειδὴς*) *ἕνεκεν φιλανθρωπίας ἀφικνουμένην τὴν ψυχὴν ὡς αὐτὸν οὐκ ἀπεστράφη, προϋπαντήσας δὲ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἔδειξε, καθ' ὅσον οἷόν τ' ἦν ἰδεῖν τὸν βλέποντα. διὸ λέγεται οὐχ ὅτι ὁ σοφὸς εἶδε θεόν, ἀλλ' ὅτι Ὁ θεὸς ὤφθη τῷ σοφῷ* (Gen. XII, 7). *καὶ γὰρ ἦν ἀδύνατον καταλαβεῖν τινὰ δι' αὐτοῦ τὸ πρὸς ἀλήθειαν ὄν, μὴ παραφήναντος ἐκείνου ἑαυτὸ καὶ παραδείξαντος.* Omne bonum enim a deo procedit, qui largitur id aut nullo medio

---

*) Ms. Med. *οὐκ εἰσάπαν.*

interposito aut interposito; Leg. Alleg. III, 62, p. 122; imprimis vero omnis cognitio a deo repetenda est, cum per nosmet ipsos nihil ad cognoscendum valeamus; v. n. 507, not. e. Contemplationem dei et ipsam idearum contemplationem furorem esse dicit divinum, corybantico sive bacchico similem, subitaneamque, qua animus a corpore abstraheretur et prorsus patiens fieret, correptionem atque insaniam, *θεοληπτεῖσθαι* quod dicit, et *μαντεύεσθαι περὶ ὧν οὐκ οἶδε*, de Mundi Opif. 23, p. 16; de Cherub. 9 in., p. 143; de Vita Contempl. 2, p. 473; de Migr. Abrah. 7, p. 441; 34, p. 466; Quis Rer. Div. Her. 53, p. 511. *Ἕως μὲν οὖν ἔτι περιλάμπει καὶ περιπολεῖ ἡμῶν ὁ νοῦς μεσημβρινὸν οἷα φέγγος εἰς πᾶσαν τὴν ψυχὴν ἀναχέων, ἐν ἑαυτοῖς ὄντες οὐ κατεχόμεθα· ἐπειδὰν δὲ πρὸς δυσμὰς γένηται, κατὰ τὸ εἰκὸς ἔκστασις καὶ**) *ἡ ἔνθεος ἐπιπίπτει κατοχή τε καὶ μανία. ὅτε μὲν γὰρ φῶς ἐπιλάμψει τὸ θεῖον, δύεται τὸ ἀνθρώπινον, ὅτε δ' ἐκεῖνο δύει, τοῦτ' ἀνίσχει καὶ ἀνατέλλει.* Cf. Gen. XV, 12. Verum immittuntur talia bona nonnisi iis qui habent fidem et sectantur sapientiam; ib. 52, p. 510. *Φαύλῳ δ' οὐ θέμις ἑρμηνεῖ γενέσθαι θεοῦ, ὥστε κυρίως μοχθηρὸς οὐδεὶς ἐνθουσιᾷ, μόνῳ δέ σοφῷ ταῦτ' ἐφαρμόττει, ἐπεὶ καὶ μόνος ὄργανον ἠχῆς ἐστὶ θεοῦ***), *κρουόμενον καὶ πληττόμενον ἀοράτως ὑπ' αὐτοῦ.* De Migr. Abr. 24, p. 456. *τίς οὖν ἡ κόλλα* (sc. *πρὸς τὸν θεόν*); *τίς; εὐσέβεια δή που καὶ πίστις· ἁρμόζουσι γὰρ καὶ ἑνοῦσιν αἱ ἀρεταὶ****) *ἀφθάρτῳ φύσει διάνοιαν.*

509 **De Mundi Opif. 2, p. 2.** *Τινὲς γὰρ τὸν κόσμον μᾶλλον ἢ τὸν κοσμοποιὸν θαυμάσαντες τὸν μὲν ἀγένητόν τε καὶ ἀΐδιον ἀπεφήναντο, τοῦ δὲ θεοῦ πολλὴν ἀπραξίαν οὐκ εὐαγῶς*†) *κατεψεύσαντο, δέον ἔμπαλιν τοῦ μὲν τὰς δυνάμεις ὡς ποιητοῦ καὶ πατρὸς καταπλαγῆναι, τὸν δὲ μὴ πλέον τοῦ μετρίου ἀποσεμνῦναι. Μωυσῆς δὲ καὶ φιλοσοφίας ἐπ' αὐτὴν φθάσας ἀκρότητα καὶ χρησμοῖς τὰ πολλὰ καὶ συνεκτικώτατα τῶν τῆς φύσεως ἀναδιδαχθεὶς ἔγνω δὴ ὅτι ἀναγκαιότατόν ἐστιν ἐν τοῖς οὖσι τὸ μὲν εἶναι δραστήριον αἴτιον, τὸ δὲ παθητικόν· καὶ ὅτι τὸ μὲν δραστήριον ὁ τῶν ὅλων νοῦς ἐστὶν εἰλικρινέστατος καὶ ἀκραιφνέστατος κρείττων*

---

*) *καὶ* inseruimus ex Mss. Deinde vulgo *κατωχοτική. κατοχή* coni. Mangey. — **) Recepimus ex Mss. Vulgo *ὄργανον θεοῦ ἐστὶν ἠχοῦν.* — ***) Mangey malit *αὗται αἱ ἀρεταί.* — †) Sic Mangey fide Mss. pro *ἐναγῶς.*

τε ἡ ἀρετὴ καὶ κρείττων ἢ ἐπιστήμη καὶ κρείττων ἢ αὐτὸ τἀγαθὸν καὶ αὐτὸ τὸ καλόν. τὸ δὲ παθητικὸν ἄψυχον καὶ ἀκίνητον ἐξ ἑαυτοῦ, κινηθὲν δὲ καὶ σχηματισθὲν καὶ ψυχωθὲν ὑπὸ τοῦ νοῦ μετέβαλεν εἰς τὸ τελειότατον ἔργον, τόνδε τὸν κόσμον.

Quidquid effectum est indicatur et causa *δι' οὗ* et causa *ἐξ οὗ*: haec est *τὸ παθητικὸν αἴτιον*, materia s. quatuor elementa; de Cherub. 35, p. 162. *πρὸς γὰρ τήν τινος γένεσιν πολλὰ δεῖ συνελθεῖν, τὸ ὑφ' οὗ, τὸ ἐξ οὗ, τὸ δι' οὗ, τὸ δι' ὅ. καὶ ἔστι μὲν τὸ ὑφ' οὗ τὸ αἴτιον, ἐξ οὗ δὲ ἡ ὕλη, δι' οὗ δὲ τὸ ἐργαλεῖον, δι' ὃ δὲ ἡ αἰτία κτλ.*, ubi apparet subesse causas Aristotelicas, sed aliquantum immutatas. De materia sequitur partim Stoicos, ex parte etiam Aristotelem. Statuit eam esse *οὐσίαν δυναμένην γενέσθαι πάντα, ἐξ ἑαυτῆς ἄτακτον*, appellatque etiam *μὴ ὄν*, cf. Quod Deus Immutab. 25, p. 290. Nihilominus non potest non concedere dei consilium ac potentiam, si res creatae quantopere sint imperfectae consideramus et ad perfectam dei voluntatem exprimendam quam parum aptae, non absolute videri sese exprimere posse; ib. 17, p. 284 sq. *Ὁ γὰρ θεὸς ταῖς δυνάμεσι πρὸς μὲν ἑαυτὸν ἀκράτοις χρῆται, κεκραμέναις δὲ πρὸς γένεσιν· τὰς γὰρ ἀμιγεῖς θνητὴν ἀμήχανον φύσιν χωρῆσαι. — — εἰδὼς τοίνυν ὁ δημιουργὸς τὰς περὶ αὐτὸν ἐν ἅπασι τοῖς ἀρίστοις ὑπερβολὰς καὶ τὴν τῶν γεγονότων, εἰ καὶ σφόδρα μεγαλαυχοῖεν, φυσικὴν ἀσθένειαν, οὔτε εὐεργετεῖν οὔτε κολάζειν ὡς δύναται βούλεται, ἀλλ' ὡς ἔχοντας ὁρᾷ δυνάμεως τοὺς ἑκατέρου μεθέξοντας.* Materia dicitur etiam *ἡ χείρων οὐσία*, ut quae sit causa, propter quam res maneant imperfectae parumque ad dei consilium accommodatae; de Constit. Princ. 7, p. 367. Deus contra solius boni causa est; de Agric. 29, p. 320; de Nom. Mutat. 4, p. 583. Malum procedit ex materia, cuius ea natura est, ut possit et bonum et malum in se admittere, l. l.

De Sacrificantibus 13, p. 261. *Ἐξ ἐκείνης γὰρ* (sc. 510
τῆς οὐσίας) *πάντ' ἐγέννησεν ὁ θεός, οὐκ ἐφαπτόμενος αὐτός· οὐ γὰρ ἦν θέμις ἀπείρου καὶ πεφυρμένης ὕλης ψαύειν τὸν ἴδμονα καὶ μακάριον, ἀλλὰ ταῖς ἀσωμάτοις δυνάμεσιν, ὧν ἔτυμον ὄνομα αἱ ἰδέαι, κατεχρήσατο πρὸς τὸ γένος ἕκαστον τὴν ἁρμόττουσαν λαβεῖν μορφήν.* **De Conf. Ling. 35, p. 432.** *Θεῷ γὰρ τῷ πανηγεμόνι ἐμπρεπὲς οὐκ ἔδοξεν εἶναι τὴν ἐπὶ κακίαν ὁδὸν ἐν ψυχῇ*

λογικῇ δι' ἑαυτοῦ δημιουργῆσαι· οὗ χάριν τοῖς μετ' αὐτὸν ἐπέτρεψε τὴν τούτου τοῦ μέρους κατασκευήν. ἔδει γὰρ καὶ τὸ ἀντίπαλον τῷ ἀκουσίῳ τὸ ἑκούσιον εἰς τὴν τοῦ παντὸς συμπλήρωσιν κατασκευασθὲν ἀναδειχθῆναι.

Vides hos locos aliquantum differre. Altero enim deus omnia praeter malum creasse affirmatur, altero nihil quidquam, quod quidem in hoc mundo sit, ab eo creatum esse dicitur. Posteriore sententia Philonis melius exprimitur, priore continetur argumentum sententiae; est enim in hoc mundo nihil ad quod malum non pertineat. Propter id ipsum deus in creando mundo utitur potestatibus quibusdam divinis ministrantibus, veluti deus Platonicus utitur diis minoribus, v. supra n. 272. Philo ex his ipsis potestatibus consistere dicit mundum intelligibilem s. mundum idearum. De Confus. Ling. 34, p. 431. *Εἷς ὢν ὁ θεὸς ἀμυθήτους περὶ αὐτὸν ἔχει δυνάμεις ἀρωγοὺς καὶ σωτηρίους τοῦ γενομένου πάσας. — δι' αὖ τούτων τῶν δυνάμεων ὁ ἀσώματος καὶ νοητὸς ἐπάγη κόσμος, τὸ τοῦ φαινομένου τοῦδε ἀρχέτυπον, ἰδέαις ἀοράτοις συσταθείς, ὥσπερ οὗτος σώμασιν ὁρατοῖς*: quamquam aliis locis cum mundum ab ipso deo summo repetit, v. loc. seq. Potestates autem illas divinas atque satellites (*δορυφορούσας δυνάμεις*) ubi adhibet, modo *λόγους* eas appellat et *ψυχὰς* et *ἀγγέλους* tanquam nuntios atque ministros dei descendentes atque ascendentes, v. De Somn. I, 12, p. 631; 21, p. 640. *εἰδέναι δὲ νῦν προσήκει ὅτι ὁ θεῖος τόπος καὶ ἡ ἱερὰ χώρα πλήρης ἀσωμάτων ἐστὶ λόγων· ψυχαὶ δέ εἰσιν ἀθάνατοι οἱ λόγοι οὗτοι.* Ib. 22, p. 641; 23, p. 643, al.: modo *ἀρετὰς* s. virtutes, De Profug. 9, p. 553, et *χάριτας θεοῦ*, Leg. Alleg. 20, p. 81, ut quasi actiones atque potestates dei summi esse videantur, quem aliis locis dicit, etiamsi non existat neque loco neque tempore, complere mundum et per eum mediantibus illis potestatibus commeare, v. De Poster. Caini 5, p. 229; De Mutat. Nom. 4, p. 583. *τὸ γὰρ ὄν, ᾗ ὄν ἐστιν, οὐχὶ τῶν πρός τι· αὐτὸ γὰρ ἑαυτοῦ πλῆρες καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ ἱκανὸν καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως καὶ μετὰ τὴν γένεσιν τοῦ παντὸς ἐν ὁμοίῳ. — τῶν δὲ δυνάμεων, ἃς ἔτεινεν εἰς γένεσιν ἐπ' εὐεργεσίᾳ τοῦ συσταθέντος, ἐνίας συμβέβηκε λέγεσθαι ὡσανεὶ πρός τι.* Maxime inter eas potestates eminent duae, qua deus creavit mundum et qua eum regit, *ἡ ἀγαθότης* et *ἡ ἐξουσία*. Utramque comprehendit Verbum Dei, *ὁ Λόγος*, quem omnem etiam mundum intelligibilem in se comprehendere dicit, v. loc. seq.

511 **De Mundi Opif. 4, p. 4. *Προλαβὼν γὰρ ὁ θεὸς ἅτε θεός, ὅτι μίμημα καλὸν οὐκ ἄν ποτε γένοιτο καλοῦ***

δίχα παραδείγματος, οὐδέ τι τῶν αἰσθητῶν ἀνυπαίτιον ὃ μὴ πρὸς ἀρχέτυπον καὶ νοητὴν ἰδέαν ἀπεικονίσθη, βουληθεὶς τὸν ὁρατὸν τουτονὶ κόσμον δημιουργῆσαι προεξετύπου τὸν νοητόν, ἵνα χρώμενος ἀσωμάτῳ καὶ θεοειδεστάτῳ παραδείγματι τὸν σωματικὸν τοῦτον ἀπεργάσηται πρεσβυτέρου νεώτερον ἀπεικόνισμα, τοσαῦτα περιέξοντα αἰσθητὰ γένη ὅσαπερ ἐν ἐκείνῳ νοητά [a]. 5. Καθάπερ οὖν ἡ ἐν τῷ ἀρχιτεκτονικῷ προδιατυπωθεῖσα πόλις τὴν χώραν ἐκτὸς οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἐνεσφράγιστο τῇ τοῦ τεχνίτου ψυχῇ, τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ ὁ ἐκ τῶν ἰδεῶν κόσμος ἄλλον ἂν ἔχοι τόπον ἢ τὸν θεῖον λόγον τὸν ταῦτα διακοσμήσαντα· ἐπεὶ τίς ἂν εἴη τῶν δυνάμεων αὐτοῦ τόπος ἕτερος, ὃς γένοιτ' ἂν ἱκανός, οὐ λέγω πάσας, ἀλλὰ μίαν ἄκρατον ἡντινοῦν δέξασθαί τε καὶ χωρῆσαι [b]; **De Cherubim 9, p. 144.** Ἤκουσα δέ ποτε καὶ σπουδαιοτέρου λόγου παρὰ ψυχῆς ἐμῆς εἰωθυίας τὰ πολλὰ θεοληπτεῖσθαι καὶ περὶ ὧν οὐκ οἶδε μαντεύεσθαι· ὃν ἐὰν δύνωμαι ἀπομνημονεύσας ἐρῶ. ἔλεγε δέ μοι κατὰ τὸν ἕνα ὄντως ὄντα θεὸν δύο τὰς ἀνωτάτω εἶναι καὶ πρώτας δυνάμεις, ἀγαθότητα καὶ ἐξουσίαν, καὶ ἀγαθότητι μὲν τὸ πᾶν γεγεννηκέναι [c], ἐξουσίᾳ δὲ τοῦ γεννηθέντος ἄρχειν· τρίτον δὲ συναγωγὸν ἀμφοῖν μέσον εἶναι λόγον· λόγῳ γὰρ καὶ ἄρχοντα καὶ ἀγαθὸν εἶναι τὸν θεόν [d]. **Quis Rer. Div. Her. 42, p. 502.** Τῷ δὲ ἀρχαγγέλῳ καὶ πρεσβυτάτῳ λόγῳ δωρεὰν ἐξαίρετον ἔδωκεν ὁ τὰ ὅλα γεννήσας πατήρ, ἵνα μεθόριος στὰς τὸ γενόμενον διακρίνῃ τοῦ πεποιηκότος. ὁ δ' αὐτὸς ἱκέτης μέν ἐστι τοῦ θνητοῦ κηραίνοντος ἀεὶ πρὸς τὸ ἄφθαρτον, πρεσβευτὴς δὲ τοῦ ἡγεμόνος πρὸς τὸ ὑπήκοον, — οὔτε ἀγέννητος ὡς ὁ θεὸς ὢν οὔτε γεννητὸς ὡς ὑμεῖς, ἀλλὰ μέσος τῶν ἄκρων, ἀμφοτέροις ὁμηρεύων [e].

a) In sequentibus mundum intelligibilem dicit minime loco contineri, sed esse tanquam adumbratam speciem atque imaginem urbis aedificandae in mente architecti insidentem. Aliis locis intel-

lectum divinum h. e. mundum intelligibilem subesse mundo sensibili aperte significat, v. De Monarch. I, 1, p. 214. *παγγέλοιον δὲ οἴεσθαι ὅτι νοῦς μὲν ὁ ἐν ἡμῖν, βραχύτατος ὢν καὶ ἀόρατος, ἡγεμὼν τῶν αἰσθητικῶν ὀργάνων ἐστίν, ὁ δὲ τοῦ παντὸς ὁ μέγιστος καὶ τελεώτατος οὐχὶ βασιλεὺς βασιλέων εἶναι πέφυκε, βλεπομένων οὐ βλεπόμενος.* — b) Cf. De Mund. Opif. 6. *Εἰ δέ τις ἐθελήσειε γυμνοτέροις χρήσασθαι τοῖς ὀνόμασιν, οὐδὲν ἂν ἕτερον εἴποι τὸν νοητὸν εἶναι κόσμον ἢ θεοῦ λόγον ἤδη κοσμοποιοῦντος. — — καὶ ἡ ἀρχέτυπος σφραγίς, ὅν φαμεν εἶναι κόσμον νοητόν, αὐτὸς ἂν εἴη τὸ ἀρχέτυπον παράδειγμα, ἰδέα τῶν ἰδεῶν, ὁ θεοῦ λόγος.* — c) Cf. in Platone n. 269 et quod eum locum Platonis respiciens scribit Philo Opif. Mund. 5, p. 5. *εἰ γάρ τις ἐθελήσειε τὴν αἰτίαν, ἧς ἕνεκα τόδε τὸ πᾶν ἐδημιουργεῖτο, διερευνᾶσθαι, δοκεῖ μοι μὴ διαμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ φάμενος ὅπερ καὶ τῶν ἀρχαίων εἶπέ τις, ἀγαθὸν εἶναι τὸν πατέρα καὶ ποιητήν κτλ.* — d) Bonitatem h. e. potestatem creatricem dei solet appellare *θεόν*, potentiam h. e. potestatem gubernatricem *κύριον*; utrique si adiungas *τὸν ὄντα* h. e. deum summum atque ineffabilem (n. 505), effici triadem, v. Qu. in Genes. I, 57, IV, 2; De Abrah. 24, p. 19. *Ἀλλ' ἔστιν, ὡς ἄν τις τῆς ἀληθείας ἐγγύτατα ἱστάμενος εἴποι, πατὴρ μὲν τῶν ὅλων ὁ μέσος, ὃς ἐν ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς κυρίῳ ὀνόματι καλεῖται ὁ ὤν, αἱ δὲ παρ' ἑκάτερα πρεσβύταται καὶ ἐγγύταται τοῦ ὄντος δυνάμεις, ὧν ἡ μὲν ποιητική, ἡ δ' αὖ βασιλικὴ προσαγορεύεται. καὶ ἡ μὲν ποιητικὴ θεός, ταύτῃ γὰρ ἔθηκέ τε καὶ διεκόσμησε τὸ πᾶν, ἡ δὲ βασιλικὴ κύριος, θέμις γὰρ ἄρχειν καὶ κρατεῖν τὸ πεποιηκὸς τοῦ γενομένου. δορυφορούμενος οὖν ὁ μέσος ὑφ' ἑκατέρας τῶν δυνάμεων παρέχει τῇ ὁρατικῇ διανοίᾳ τοτὲ μὲν ἑνὸς τοτὲ δὲ τριῶν φαντασίαν.* Adde Leg. Alleg. III, p. 101; Qu. Deus Immut. 24, p. 289; Mutat. Nom. 3, p. 581, al. Verbum Dei h. e. *ὁ Λόγος* modo esse ponitur id quo utraque potestas dei, et creandi et regendi mundum, in unum consocietur, modo supra utramque potestatem eminere dicitur, ut sit medius inter summas potestates et summum deum, v. De Profug. 18, p. 560, Qu. in Exod. II, 68. — e) Cf. Leg. Alleg. III, 61, p. 121. *ὁ λόγος δὲ τοῦ θεοῦ ὑπεράνω παντός ἐστι τοῦ κόσμου καὶ πρεσβύτατος καὶ γενικώτατος τῶν ὅσα γέγονε.* De Confus. Ling. 28, p. 427, ubi dicitur *Λόγος πρωτόγονος, ἄγγελος πρεσβύτατος, ἀρχάγγελος πολυώνυμος.* Aliis locis dicitur primigenitus filius dei, De Agric. 12, p. 308, aliis deus secundus, Fragm. I ap. Euseb. Pr. Ev. VII, 13, p. 625, aliis idem atque Sapientia s. Scientia Dei, cum qua deus nonnunquam hunc mundum genuisse dicitur, Leg. Alleg. I, 19, p. 56; De Ebriet. 8, p. 361, tametsi aliis huius atque dei patris filius appellatur, De Profug. 20, p. 562. *διότι γονέων ἀφθάρτων καὶ καθαρωτάτων ἔλαχε, πατρὸς μὲν θεοῦ, ὃς καὶ τῶν συμπάντων*

ἐστὶ πατήρ, μητρὸς δὲ σοφίας, δι' ἧς τὰ ὅλα ἦλθεν εἰς γένεσιν. Nonnullis locis dicitur esse instrumentum dei in mundo creando, Leg. Alleg. III, 31, p. 106. *Σκιὰ θεοῦ δὲ ὁ λόγος αὐτοῦ ἐστίν, ᾧ καθάπερ ὀργάνῳ προσχρησάμενος ἐκοσμοποίει*, cf. De Cherub. 35, p. 162, aliis summus pontifex (*ἀρχιερεὺς*) atque advocatus (*παράκλητος*), qui inter deum et mundum tanquam mediator interpositus sit, hominum preces ad deum perferens et dei gratiam hominibus concilians, De Gigant. 11, p. 270, Vita Mos. 14, p. 156, De Profug. 20, p. 562. Denique aliis hunc esse affirmat qui sapientium animos scientia imbuat, Leg. Alleg. III, 61, p. 121. *τρέφεται δὲ τῶν μὲν τελειοτέρων ἡ ψυχὴ ὅλῳ τῷ λόγῳ, ἀγαπήσαιμεν δ' ἂν ἡμεῖς, εἰ καὶ μέρει τραφείημεν αὐτοῦ.* Ib. 73, p. 128. *εἰκότως γὰρ οὐδεὶς ὄμνυσι κατὰ θεοῦ, ὅτι γε οὐ περὶ φύσεως αὐτοῦ διαγνῶναι δύναται, ἀλλ' ἀγαπητὸν ἐὰν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ δυνηθῶμεν, ὅπερ ἦν τοῦ ἑρμηνέως λόγου· οὗτος γὰρ ἡμῶν τῶν ἀτελῶν ἂν εἴη θεός, τῶν δὲ σοφῶν καὶ τελείων ὁ πρῶτος.* Ipse enim deus nisi a perfectis cognosci non potest, neque ab illis tam cognoscitur quam raro et raptim hauritur, cf. De Somn. I, 11, p. 630; Quod Deus Immutab. I, p. 273; De Confus. Ling. 20, p. 419; supra n. 508.

Leg. Alleg. I, 3 in., p. 44. *Παύεται γὰρ οὐδέποτε* 512
ποιῶν ὁ θεός, ἀλλ' ὥσπερ ἴδιον τὸ καίειν πυρὸς καὶ χιόνος τὸ ψύχειν, οὕτω καὶ θεοῦ τὸ ποιεῖν, καὶ πολύ γε μᾶλλον, ὅσῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀρχὴ τοῦ δρᾶν ἐστίν. **De Cherub. 28, p. 156.** *Αὐτὸς* (sc. *ὁ θεὸς*) *δ' ὢν ἀρχέτυπος αὐγὴ μυρίας ἀκτῖνας ἐκβάλλει, ὧν οὐδεμία ἐστὶν αἰσθητή, νοηταὶ δὲ αἱ ἅπασαι.*

Cf. De Somn. I, 13, p. 632. *πρῶτον μὲν ὁ θεὸς φῶς ἐστί, — καὶ οὐ μόνον φῶς, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἑτέρου φωτὸς ἀρχέτυπον, μᾶλλον δὲ ἀρχετύπου πρεσβύτερον καὶ ἀνώτερον.* Ib. 19, p. 638, ubi asceticam contemplationem dicit, si sursum feratur, *ταῖς ἀρχετύποις καὶ ἀσωμάτοις ἀκτῖσι τῆς λογικῆς πηγῆς τοῦ τελεσφόρου θεοῦ περιλάμπεσθαι*, si deorsum', *ταῖς ἐκείνων εἰκόσιν, ἀθανάτοις λόγοις, οὓς καλεῖν ἔθος ἀγγέλους*, cf. n. 510, not. Omnino quomodo potestates illae divinae atque verbum dei, denique quomodo mundus intelligibilis ac sensibilis ex deo summo exstiterit, hoc imaginibus magis multis atque diversis ludit quam certis rationibus explicat; neque emanationis doctrinam, si ei hanc tribuere velis, ita sequitur ut origines et diversos gradus rerum creatarum certa ratione inde deducat. Similiter etiam logon modo instrumentum dei in mundo creando esse dicit (n. 511, not. e), modo ipsum inesse in mundo, quem tanquam vestem inductam teneat, tanquam vinculum conti-

neat, tanquam lex dei fulciat, tanquam summa causa penetret etc., cf. De Profug. 20, p. 562; Quis Rer. Div. Her. 24, p. 489; 38, p. 499; De Plantat. No. 2, p. 331; De Agric. 12, p. 308, al. Qua in re nonnunquam similitudinibus suis ita fungitur ut duplicem logon cum in homine tum in omni rerum natura inesse dicat, alterum *ἐνδιάθετον* alterum *προφορικόν* (quae distinctio a Stoicis repetenda est, v. supra n. 397, not. a), v. Vit. Mos. III, 13, p. 154. *διττὸς γὰρ ὁ λόγος ἔν τε τῷ παντὶ καὶ ἐν ἀνθρώπου φύσει· κατὰ μὲν τὸ πᾶν ὅ τε περὶ τῶν ἀσωμάτων καὶ παραδειγματικῶν ἰδεῶν, ἐξ ὧν ὁ νοητὸς ἐπάγη κόσμος, καὶ ὁ περὶ τῶν ὁρατῶν, ἃ δὴ μιμήματα καὶ ἀπεικονίσματα τῶν ἰδεῶν ἐκείνων ἐστίν, ἐξ ὧν ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἀπετελεῖτο· ἐν ἀνθρώπῳ δὲ ὁ μέν ἐστιν ἐνδιάθετος ὁ δὲ προφορικός, καὶ ὁ μὲν οἷά τις πηγή, ὁ δὲ γεγωνὸς ἀπ' ἐκείνου ῥέων*, cf. De Migrat. Abrah. 13: ubi apparet non duos logus, sed duos unius logi gradus distingui, quippe quo et mundus intelligibilis et mundus sensibilis contineatur. De ipso mundo creato et de providentia divina deque rebus naturalibus paucis immutatis repetit ea quae apud graecos philosophos, Platonem maxime et Stoicos, legerat. Notabile vero quantum numeris indulgeat, novos Pythagoreos in his secutus, cf. De Mundi Opif. 3, p. 3; 15, p. 10; 20, p. 14; 30 sqq., p. 21 sqq., al.

513 **De Somn. I, p. 641.** *Ἀπὸ γὰρ τῆς σεληνιακῆς σφαίρας, ἣν ἐσχάτην μὲν τῶν κατ' οὐρανὸν κύκλων, πρώτην δὲ τῶν πρὸς ἡμᾶς ἀναγράφουσιν οἱ φροντισταὶ τῶν μετεώρων, ἄχρι γῆς ἐσχάτης ὁ ἀὴρ πάντη ταθεὶς ἔφθακεν. οὗτος δέ ἐστι ψυχῶν ἀσωμάτων οἶκος, ἐπειδὴ πάντα τῷ ποιητῇ τὰ τοῦ κόσμου μέρη καλὸν ἔδοξεν εἶναι ζῴων ἀναπλῆσαι. διὰ τοῦτο γῇ μὲν τὰ χερσαῖα ἐγκατεσκεύασε, θαλάττῃ δὲ καὶ ποταμοῖς τὰ ἔνυδρα, οὐρανῷ δὲ τοὺς ἀστέρας, καὶ γὰρ ἕκαστον τούτων οὐ μόνον ζῷον, ἀλλὰ καὶ νοῦς ὅλος δι' ὅλων ὁ καθαρώτατος εἶναι λέγεται* [a]· *ὥστε καὶ ἐν τῷ λοιπῷ τμήματι τοῦ παντός, ἀέρι, ζῷα γέγονεν. εἰ δὲ μὴ αἰσθήσει καταληπτά, τί τοῦτο; καὶ ψυχή γε ἀόρατον. καὶ μὴν εἰκός γε ἀέρα γῆς μᾶλλον καὶ ὕδατος ζωοτροφεῖν. διὰ τί; ὅτι καὶ τὰ ἐν ἐκείνοις οὗτος ἐψύχωσεν· ἐποίει γὰρ αὐτὸν ὁ τεχνίτης ἀκινήτων μὲν σωμάτων ἕξιν, κινουμένων δὲ ἀφαντάστως φύσιν, ἤδη δὲ ὁρμῇ καὶ φαντασίᾳ χρῆσθαι δυναμένων ψυχήν·*

οὐκ ἄτοπον οὖν, δι' οὗ τὰ ἄλλα ἐψυχώθη, ψυχῶν ἀμοιρεῖν; διὸ μηδεὶς τὴν ἀρίστην φύσιν ζῴων τοῦ ἀρίστου τῶν περιγείων, ἀέρος, ἀφαιρείσθω· οὐ γὰρ μόνον ἐκ πάντων ἔρημος οὗτος, ἀλλ' οἷα πόλις εὐανδρεῖ, πολίτας ἀφθάρτους καὶ ἀθανάτους ἔχων ψυχὰς ἰσαρίθμους ἄστροις. τούτων οὖν ψυχῶν αἱ μὲν κατίασιν ἐνδεθησόμεναι σώμασι θνητοῖς, ὅσαι προσγειότατοι καὶ φιλοσώματοι, αἱ δὲ ἀνέρχονται, διακριθεῖσαι πάλιν κατὰ τοὺς ὑπὸ φύσεως ὁρισθέντας ὁρισμοὺς καὶ χρόνους. τούτων αἱ μὲν τὰ σύντροφα καὶ συνήθη τοῦ θνητοῦ βίου ποθοῦσαι παλινδρομοῦσιν αὖθις, αἱ δὲ πολλὴν φλυαρίαν αὐτοῦ καταγνοῦσαι δεσμωτήριον καὶ τύμβον ἐκάλεσαν τὸ σῶμα, φυγοῦσαι δὲ ὥσπερ ἐξ εἱρκτῆς ἢ μνήματος ἄνω κούφοις πτεροῖς πρὸς αἰθέρα ἐξαρθεῖσαι μετεωροπολοῦσι τὸν αἰῶνα. ἄλλαι δ' εἰσὶ καθαρώταται καὶ ἄρισται, μειζόνων φρονημάτων καὶ θειοτέρων ἐπιλαχοῦσαι, μηδενὸς μὲν τῶν περιγείων ποτὲ ὀρεχθεῖσαι τὸ παράπαν, ὕπαρχοι δὲ τοῦ πανηγεμόνος, ὥσπερ μεγάλου βασιλέως ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα ἀφορῶσαι πάντα καὶ ἀκούουσαι· ταύτας δαίμονας μὲν οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι, ὁ δὲ ἱερὸς λόγος ἀγγέλους εἴωθε καλεῖν [b].

a) Cf. De Mundi Opif. I, 8, p. 7; 17 sqq., p. 12 sqq.; 50, p. 34; De Plantat. 3, p. 331; De Gigant. 2, p. 263. *καὶ γὰρ οὗτοι (οἱ ἀστέρες) ψυχαὶ ὅλαι δι' ὅλων ἀκήρατοί τε καὶ θεῖαι, παρ' ὃ καὶ κύκλῳ κινοῦνται, τὴν συγγενεστάτην νῷ κίνησιν· νοῦς γὰρ ἑκάστοις αὐτῶν ἀκραιφνέστατος.* — b) Cf. n. 510, not.

Cf. De Gigant. 2 sq., p. 263 sq. (coll. Plat. Tim. p. 43); De Plantat. 4, p. 331; De Confus. Ling. 34, p. 431. In anima humana ratio et intellectus particula est divini intellectus, extrinsecus in illam intrantis, v. De Mundi Opif. 21, p. 15 sq. *ἐπὶ δὲ πᾶσι (ζῴοις ἐγέννησεν) τὸν ἄνθρωπον, ᾧ νοῦν ἐξαίρετον ἐδωρεῖτο, ψυχῆς τινὰ ψυχήν, καθάπερ κόρην ἐν ὀφθαλμῷ.* 22. *ἡ δὲ (φύσις) οἷα τεχνίτης — ζωοπλαστεῖ τὴν μὲν ὑγρὰν οὐσίαν εἰς τὰ τοῦ σώματος μέλη καὶ μέρη διανέμουσα, τὴν δὲ πνευματικὴν εἰς τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, τήν τε θρεπτικὴν καὶ τὴν αἰσθητικήν· τὴν γὰρ τοῦ λογισμοῦ τὰ νῦν ὑπερθετέον διὰ τοὺς φάσκοντας θύραθεν αὐτὸν ἐπεισιέναι θεῖον καὶ ἀΐδιον ὄντα*; cf. in Aristotele n. 343, not. Suam sen-

tentiam magis prodit his locis: De Mundi Opif. 51, p. 35. *πᾶς ἄνθρωπος κατὰ μὲν τὴν διάνοιαν ᾠκείωται θείῳ λόγῳ, τῆς μακαρίας φύσεως ἐκμαγεῖον ἢ ἀπόσπασμα ἢ ἀπαύγασμα γεγονώς.* Qu. Det. Pot. Ins. 24, p. 209. *πῶς οὖν εἰκὸς βραχὺν οὕτως ὄντα τὸν ἀνθρώπινον νοῦν, μήνιγγι ἢ καρδίᾳ, βραχέσιν ὄγκοις ἐγκατειλημμένον, μέγεθος οὐρανοῦ καὶ κόσμου χωρῆσαι τοσοῦτον, εἰ μὴ τῆς θείας καὶ εὐδαίμονος ψυχῆς ἀπόσπασμα ἦν οὐ διαίρετον; τέμνεται γὰρ οὐδὲν τοῦ θείου κατ' ἀπάρτησιν, ἀλλὰ μόνον ἐκτείνεται.* De corpore et vita in corpore semper cum ultimo contemtu loquitur, v. De Ebriet. 25, p. 372; Leg. Alleg. I, 33, p. 65; III, 13 sqq., p. 95 sqq.; De Gigant. 7 sqq., p. 266 sqq. Mors nihil est nisi reditus ad deum, De Abrah. 44, p. 37.

514 **Quod Deus Immut. 10, p. 279.** *Ἐξαίρετον οὗτος* (sc. *ὁ ἄνθρωπος*) *γέρας ἔλαχε, διάνοιαν, ἣ τὰς ἁπάντων φύσεις σωμάτων τε ὁμοῦ καὶ πραγμάτων εἴωθε καταλαμβάνειν. — — τοῦτο τῆς ψυχῆς τὸ εἶδος οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων, ἐξ ὧν τὰ ἄλλα ἀπετελεῖτο, διεπλάσθη, καθαρωτέρας δὲ καὶ ἀμείνονος ἔλαχε τῆς οὐσίας, ἐξ ἧς αἱ θεῖαι φύσεις ἐδημιουργοῦντο* [a]. *Παρ' ὃ καὶ μόνον τῶν ἐν ἡμῖν εἰκότως ἄφθαρτον ἔδοξεν εἶναι διάνοια. μόνην γὰρ αὐτὴν ὁ γεννήσας πατὴρ ἐλευθερίας ἠξίωσε καὶ τὰ τῆς ἀνάγκης ἀνεὶς δεσμὰ ἄφετον εἴασε, δωρησάμενος αὐτῇ τοῦ πρεπωδεστάτου καὶ οἰκείου κτήματος αὐτῷ, τοῦ ἑκουσίου, μοῖραν, ἣν ἠδύνατο δέξασθαι. — — τῶν μὲν γὰρ ἄλλων φυτῶν τε καὶ ζῴων οὔτε αἱ εὐφορίαι ἐπαινεταὶ οὔτε αἱ κακοπραγίαι ψεκταί· τὰς γὰρ ἐφ' ἑκάτερα κινήσεις καὶ μεταβολὰς ἀπροαιρέτους καὶ ἀκουσίους ἔλαβον· μόνη δὲ ἡ ἀνθρώπου ψυχὴ δεξαμένη παρὰ θεοῦ τὴν ἑκούσιον κίνησιν καὶ κατὰ τοῦτο ὁμοιωθεῖσα αὐτῷ, χαλεπῆς καὶ ἀργαλεωτάτης δεσποίνης, τῆς ἀνάγκης, ὡς οἷόν τε ἦν ἐλευθερωθεῖσα κατηγορίας ἂν δεόντως τυγχάνοι, ὅτι τὸν ἐλευθερώσαντα οὐ περιέπει. τοιγάρτοι τὴν κατὰ ἀπελευθέρων ἀχαρίστων ἀπαραίτητον δίκην ὀρθότατα τίσει* [b]. *— — εἰργάσατο γὰρ* (sc. *ὁ θεὸς*) *αὐτὸν* (sc. *τὸν ἄνθρωπον*) *ἄφετον καὶ ἐλεύθερον ἑκουσίοις καὶ προαι-*

ρετικαῖς χρησάμενον ταῖς ἐνεργείαις πρὸς τήνδε τὴν χρείαν, ἵνα ἐπιστάμενος ἀγαθά τε αὖ καὶ κακὰ καὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν λαμβάνων ἔννοιαν καὶ δικαίοις καὶ ἀδίκοις καὶ ὅλως τοῖς ἀπ' ἀρετῆς καὶ κακίας καθαρῶς ἐπιβάλλων αἱρέσει μὲν τῶν ἀμεινόνων, φυγῇ δὲ τῶν ἐναντίων χρῆται.

a) Cf. n. 513. — b) Ita etiam Alleg. Leg. I, 13, p. 50 hominem liberum esse ponit, ut sit iustitia puniens dei.

Neque tamen ita haec voluntatis libertas accipienda, ut tollatur persuasio de bonis omnibus a deo promanantibus; quin etiam ipsi homines mali a deo repetuntur h. e. ab ira dei. Quod Deus Immut. 15, p. 283. *οἱ μὲν φαῦλοι θυμῷ γεγόνασι θεοῦ, οἱ δ' ἀγαθοὶ χάριτι*, ubi tamen adiicitur iram dei non posse dici nisi *τροπικώτερον*, ut significetur necessitas imperfecti, quod remaneat in mundo per deum creato. Aliis locis cuique homini ut peccet innatum esse dicit, neque quemquam existere inter eos qui hanc vitam vivant, qui non peccet, cf. Vita Mos. III, 17, p. 157; De Animal. Sacrif. Idon. 14, p. 249. *τῇ δὲ περὶ ἁμαρτίας διὰ τὸ ἄνθρωπος εἶναι· καὶ ἂν γὰρ ὁ τέλειος ᾖ γεννητός, οὐκ ἐκφεύγει τὸ ἁμαρτάνειν.* Adde Qu. Deus Immutab. 16, p. 284; Mutat. Nom. 6, p. 585; Qu. Rer. Div. Her. 59, p. 515.

De Gigant. 13, p. 271. Βούλεται δὲ (sc. ὁ νομοθέτης) ἐκεῖνό σοι παραστῆσαι, ὅτι οἱ μὲν γῆς, οἱ δὲ οὐρανοῦ, οἱ δὲ θεοῦ γεγόνασιν ἄνθρωποι. γῆς μὲν οἱ θηρευταὶ τῶν σώματος ἡδονῶν ἀπόλαυσίν τε καὶ χρῆσιν ἐπιτηδεύοντες αὐτῶν καὶ πορισταὶ τῶν συντεινόντων εἰς ἑκάστην· οὐρανοῦ δὲ ὅσοι τεχνῖται καὶ ἐπιστήμονες καὶ φιλομαθεῖς· τὸ γὰρ οὐράνιον τῶν ἐν ἡμῖν ὁ νοῦς [a]· νοῦς δὲ τῶν κατ' οὐρανὸν ἑκάστων τὰ ἐγκύκλια καὶ τὰς ἄλλας ἁπαξαπάσας ἐπιτηδεύει τέχνας, παραθήγων καὶ ἀκονῶν ἔτι τε γυμνάζων καὶ συγκροτῶν ἐν τοῖς νοητοῖς αὐτόν· θεοῦ δὲ ἄνθρωποι ἱερεῖς καὶ προφῆται, οἵτινες οὐκ ἠξίωσαν πολιτείας τῆς παρὰ τῷ κόσμῳ τυχεῖν καὶ κοσμοπολῖται γενέσθαι, τὸ δὲ αἰσθητὸν πᾶν ὑπερκύψαντες εἰς τὸν νοητὸν κόσμον μετανέστησαν κἀκεῖθι 515

ᾤκησαν ἐγγραφέντες ἀφθάρτῳ *) ἀσωμάτων ἰδεῶν πολιτείᾳ. Leg. Alleg. III, 14, p. 96. Ὅταν μέντοι διὰ πάντων ἡ ψυχὴ καὶ λόγων καὶ ἔργων ἐξαπλωθῇ καὶ ἐκθειασθῇ, παύονται τῶν αἰσθήσεων αἱ φωναὶ καὶ πάντες οἱ ὀχληροὶ καὶ δυσώνυμοι ἦχοι. φωνεῖ γὰρ καὶ καλεῖ τὸ μὲν ὁρατὸν τὴν ὅρασιν ἐφ' ἑαυτό, ἡ δὲ φωνὴ τὴν ἀκοήν, ὁ δὲ ἀτμὸς τὴν ὄσφρησιν καὶ συνόλως τὸ αἰσθητὸν τὴν αἴσθησιν ἐφ' ἑαυτὸ προσκαλεῖται. ταῦτα δὲ πάντα παύεται ὅταν ἐξελθοῦσα τὴν ψυχῆς πόλιν [b] ἡ διάνοια θεῷ τὰς ἑαυτῆς πράξεις καὶ διανοήσεις ἀνάψῃ. De Migr. Abr. 9, p. 443. Ἀλλὰ πρῶτον ἐκεῖνό [c] σοι βούλεται παραστῆσαι, ὅτι ἕτερος νηπίων καὶ ἕτερος τελείων χῶρός ἐστιν, ὁ μὲν ὀνομαζόμενος ἄσκησις, ὁ δὲ καλούμενος σοφία [d]· ἔπειτα ὅτι τὰ κάλλιστα τῶν ἐν τῇ φύσει ὁρατὰ μᾶλλόν ἐστιν ἢ κτητά. κτήσασθαι μὲν γὰρ τῆς θειοτέρας μοίρας λαχόντα πῶς ἔνεστιν; ἰδεῖν δ' οὐκ ἀδύνατον, ἀλλ' οὐχ ἅπασιν· εἴη δ' ἂν μόνῳ τῷ καθαρωτάτῳ καὶ ὀξυωπεστάτῳ γένει, ᾧ τὰ ἴδια ἐπιδεικνύμενος ὁ τῶν ὅλων πατὴρ ἔργα μεγίστην πασῶν χαρίζεται δωρεάν. θεωρητικοῦ γὰρ τίς ἀμείνων βίος ἢ μᾶλλον οἰκειούμενος λογικῷ;

a) Cf. n. 513, not. — b) Cf. Exod. IX, 29. — c) Dicit hunc locum, Deut. XXXIV, 4. *ἔδειξα τοῖς ὀφθαλμοῖς σου καὶ ἐκεῖ οὐκ εἰσελεύσῃ.* — d) Exercitatione itur ad sapientiam, illa igitur hac infirmior est. Omnino tria virtutis genera esse dicit, virtutem quae procedat ex scientia i. e. humana, et virtutem quae comparatur exercitatione, et eam denique quae datur divinitus: hanc unam voluit consummatam esse; De Nom. Mutat. 14, p. 591 sq. *Ἡ μὲν διδακτὴ ἀρετὴ καὶ ἀσκητικὴ δέχονται τὰ πρὸς βελτίωσιν· ἐφίεται γὰρ δὴ ὁ μὲν διδασκόμενος ἐπιστήμης ὧν ἀγνοεῖ, ὁ δ' ἀσκήσει χρώμενος στεφάνων καὶ τῶν προκειμένων ἄθλων φιλοπόνῳ καὶ φιλοθεάμονι ψυχῇ. τὸ δ' αὐτοδίδακτον καὶ αὐτομαθὲς γένος, ἅτε φύσει μᾶλλον ἢ ἐπιτηδεύσει συνιστάμενον, ἐξ ἀρχῆς ἴσον καὶ τέλειον καὶ ἄρτιον ἠνέχθη μηδενὸς ἐνδέοντος τῶν εἰς πλήρωσιν ἀριθμοῦ.* Virtus ex scientia nata deterior ei esse videbatur quam virtus ex

*) Vulg. *ἀφθάρτων*. Corr. Mang.

exercitatione, sed illam esse huius praeparationem necessariam; De Congr. Erud. Grat. 13, p. 528 sq. *Ἀναγκαῖον γὰρ τοῖς παραγγέλμασιν ἀρετῆς τὸν μανθάνοντα πειθαρχεῖν. οὐ πάντες δὲ πειθαρχοῦσιν, ἀλλ' ὅσοις σφοδρὸς ἔρως ἐντέτηκεν ἐπιστήμης. — — δυνατοὶ μὲν γὰρ εἰπεῖν, ἀδύνατοι δέ εἰσι πράττειν τὰ βέλτιστα.* De Somn. I, 27, p. 646. *τὸ γὰρ ἀσκήσει ἔκγονον τοῦ μαθήσει.* Inde derivatur ordo virtutum, qui est Aristotelico ordini prorsus contrarius, sed nihilo secius haud semel cum Aristotelico confunditur. Exercitatione id agitur, ut *τὰ πάθη* prorsus ex animo eradicentur. Leg. Alleg. III, 45, p. 112 sq. *Μωυσῆς δὲ ὅλον τὸν θυμὸν ἐκτέμνειν καὶ ἀποκόπτειν οἴεται δεῖν τῆς ψυχῆς, οὐ μετριοπάθειαν, ἀλλὰ συνόλως ἀπάθειαν ἀγαπῶν.* Ipsa voluptas, ad quam natura ferimur, exstirpanda est, quia etiam hac implicamur materiae; ib. 48, p. 115.

De Somn. I, 23, p. 643. *Σπούδασον οὖν, ὦ ψυχή, θεοῦ οἶκος γενέσθαι, ἱερὸν ἅγιον, καὶ ἰσχυρὰ μὲν ἐξ ἀσθενεστάτης, ἐκ δὲ ἀδυνάτου δυνατὴ καὶ συνετὴ ἐξ ἀφραινούσης, εὐλογιστοτάτη δὲ ἐκ παραπαιούσης* [a]. *Ἴσως δὲ καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ὁ ἀσκητὴς φαντασιοῦται κλίμακι ἐοικότα· φύσει γὰρ ἀνώμαλον πρᾶγμα ἄσκησις. τοτὲ μὲν προϊοῦσα εἰς ὕψος τοτὲ δὲ ὑποστρέφουσα πρὸς τοὐναντίον, καὶ τοτὲ μὲν καθάπερ ναῦς εὐπλοίᾳ τοτὲ δὲ δυσπλοίᾳ χρωμένη. ἑτερήμερος* [b] *γάρ, ὥς ἔφη τις, τῶν ἀσκητῶν ὁ βίος, ἄλλοτε μὲν ζῶν καὶ ἐγρηγορὼς ἄλλοτε δὲ τεθνεὼς ἢ κοιμώμενος. καὶ τάχα οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τοῦτο λέγεται· σοφοὶ μὲν γὰρ τὸν ὀλύμπιον καὶ οὐράνιον χῶρον ἔλαχον οἰκεῖν, ἄνω φοιτᾶν ἀεὶ μεμαθηκότες, κακοὶ δὲ τοὺς ἐν ᾅδου μυχοὺς ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἀποθνήσκειν ἐπιτετηδευκότες καὶ εἰς γῆρας ἐκ σπαργάνων φθορᾶς ἐθάδες ὄντες. οἱ δ' ἀσκηταί, μεθόριοι γὰρ τῶν ἄκρων εἰσίν, ἄνω καὶ κάτω πολλάκις ὡς ἐπὶ κλίμακος βαδίζουσιν, ἢ ὑπὸ τῆς κρείττονος μοίρας ἀνελκόμενοι ἢ ὑπὸ τῆς χείρονος ἀντισπώμενοι, μέχρις ἂν ὁ τῆς ἁμίλλης καὶ διαμάχης ταύτης βραβευτὴς θεὸς ἀναδῷ τὰ βραβεῖα τάξει τῇ βελτίονι τὴν ἐναντίαν εἰς ἅπαν καθελών* [c]. 516

a) Animus ei videbatur perturbationibus primitus obnoxius

esse, quibus continuata demum exercitatione superior evadere posset; De Congr. Erud. Gr. 15, p. 531. *Ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς γενέσεως ἡμῶν ἡ ψυχὴ συντρόφοις τοῖς πάθεσι μόνοις χρῆται, λύπαις, ἀλγηδόσι, πτοίαις, ἐπιθυμίαις, ἡδοναῖς, ἃ διὰ τῶν αἰσθήσεων ἐπ' αὐτὴν ἔρχεται, μήπω τοῦ λογισμοῦ βλέπειν δυναμένου τά τε ἀγαθὰ καὶ κακὰ καὶ ᾗ διαφέρει ταῦτα ἀλλήλων ἀκριβοῦν, ἀλλ' ἔτι νυστάζοντος καὶ ὡς ἐν ὕπνῳ βαθεῖ καταμεμυκότος. χρόνου δὲ προϊόντος ὅταν ἐκβαίνοντες τῆς παιδικῆς ἡλικίας μειρακιοῦσθαι μέλλωμεν, τὸ δίδυμον στέλεχος εὐθὺς ἐκ μιᾶς, ἀρετὴ καὶ κακία, φύεται ῥίζης, καὶ ποιούμεθα μὲν τὴν κατάληψιν ἀμφοῖν, αἱρούμεθα δὲ πάντως τὴν ἑτέραν, οἱ μὲν εὐφυεῖς ἀρετήν, κακίαν δ' οἱ ἐναντίοι.* Cf. De Sacrif. Ab. 4, p. 166, et n. 514, not. — b) Alluditur ad Hom. Od. XI, 3. — c) Felicitatem ponit in pace animi et *ἀναπαύσει ἐν θεῷ.* De Ebriet. 18, p. 368; De Prof. 31, p. 572; Fragm. p. 669 ed. Mangey. *Μία ἀνάπαυσις ψυχῆς ἐστὶν ἡ κρατίστη εἰς τὸν ἱερὸν τοῦ ὄντος πόθον ἡγεμόνι χρῆσθαι θεῷ καὶ βουλευμάτων καὶ λόγων καὶ πράξεων. — πέρας εὐδαιμονίας τὸ ἀκλινῶς καὶ ἀρρεπῶς ἐν μόνῳ θεῷ στῆναι.* Eo revocanda splendida illa laus, qua ornat vitam theoreticam vel potius contemplativam; v. n. 515 extr., quae laus cumulatur in libro de vita contemplativa, ubi concelebratur vita Therapeutarum, qui bonis externis penitus repudiatis solitariam vitam elegerant et omne tempus in dei contemplatione ponebant inque precationibus et canticis sacris, et bibliis sacris volvendis; v. impr. c. 3, p. 474 sq., cf. Zeller *Philos. d. Griechen* III, 2, p. 583 sqq.

517 **Leg. Alleg. III, 9, p. 93.** *Ὁ γὰρ ἀποδιδράσκων θεὸν καταφεύγει εἰς ἑαυτόν. δυοῖν γὰρ ὄντοιν, τοῦ τε τῶν ὅλων νοῦ, ὅς ἐστι θεός, καὶ τοῦ ἰδίου, ὁ μὲν φεύγων ἀπὸ τοῦ καθ' αὑτὸν καταφεύγει ἐπὶ τὸν συμπάντων. ὁ δὲ νοῦν τὸν ἴδιον ἀπολείπων ὁμολογεῖ μηδὲν εἶναι τὰ κατὰ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν, ἅπαντα δὲ προσάπτει θεῷ· ὁ δὲ πάλιν ἀποδιδράσκων θεὸν τὸν μὲν οὐδενὸς αἴτιόν φησιν εἶναι, τῶν δὲ γιγνομένων ἁπάντων ἑαυτόν. λέγεται γοῦν παρὰ πολλοῖς ὅτι τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πάντα φέρεται χωρὶς ἡγεμόνος ἀπαυτοματίζοντα, τέχνας δὲ καὶ ἐπιτηδεύματα καὶ νόμους καὶ ἔθη καὶ πολιτικὰ καὶ ἴδια καὶ κοινὰ δίκαια πρός τε ἀνθρώπους καὶ πρὸς τὰ ἄλογα ζῷα ἔθετο μόνος ὁ ἀνθρώπινος νοῦς. ἀλλ' ὁρᾷς, ὦ ψυχή, τῶν δοξῶν τὸ παράλογον. ἡ μὲν γὰρ*

τὸν ἐπὶ μέρους, τὸν γενητὸν καὶ θνητὸν ἀπολιποῦσα τὸν τῶν ὅλων καὶ ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον ἐπιγράφεται ὄντως*)· ἡ δὲ πάλιν θεὸν ἀποδοκιμάζουσα τὸν μηδ' αὑτῷ βοηθῆσαι ἱκανὸν νοῦν σύμμαχον ἐπισπᾶται πλημμελῶς. 10. — — θεοῦ γὰρ τὰ πάντα κτήματα, ὥστε ὁ ἑαυτῷ τι προσνέμων τὰ ἑτέρου νοσφίζεται καὶ πληγὴν ἔχει παγχάλεπον καὶ δυσίατον, οἴησιν. πρᾶγμα ἀμαθίας καὶ ἀπαιδευσίας συγγενές.

2. Apollonius Tyanensis.

Suidas. Ἀπολλώνιος Τυανεύς, φιλόσοφος. — — 518
ἤκμαζε μὲν ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Γαΐου καὶ Νέρωνος καὶ μέχρι Νέρβα, ἐφ' οὗ καὶ μετήλλαξεν. ἐσιώπησε δὲ κατὰ Πυθαγόραν πέντε ἔτη [a]. εἶτα ἀπῆρεν εἰς Αἴγυπτον, ἔπειτα εἰς Βαβυλῶνα πρὸς τοὺς Μάγους κἀκεῖθεν ἐπὶ τοὺς Ἄραβας, καὶ συνῆξεν ἐκ πάντων τὰ μυρία καὶ περὶ αὐτοῦ θρυλούμενα μαγγανεύματα [b]. συνέταξε δὲ τοσαῦτα· Τελετὰς ἢ περὶ Θυσιῶν, Διαθήκην, Χρησμούς, Ἐπιστολάς, Πυθαγόρου βίον [c].

a) Institutus esse dicitur ab Euxeno Pythagoreo, sed magistrum abstinentia et ceteris Pythagoreorum virtutibus longe superasse. Philostr. V. Apoll. I, 7. 8. 14. Pythagoreorum placita ac disciplinam tunc apud multos denuo invaluisse iam supra memoravimus, n. 472, not. Cruenta sacrificia aspernabatur, praeeunte Pythagora, ib. I, 31, sed tamen ultra praecepta Pythagorae progressus ne matrimonium quidem sequendum esse putabat, quippe officiens temperantiae. Numerorum doctrinam symbolicam, quae eadem aetate exemplo Pythagoreorum tradebatur a Moderato, postea a Theone Smyrnaeo et Nicomacho, Apollonius non tanti fecisse videtur; ib. III, 30. — b) De quibus multa narrat Philostratus in Vita Apollonii, quam scripsit ad ambiguam fidem Damidis; v. Philostr. Vit. Apoll. I, 2, 3. Philostratus miracula Apollonii non a magicis artibus repetenda esse affirmat, sed a sapientia eius intimaque qua cum diis coniunctus fuerit caritate; ib. I, 2; V, 12. Apud posteriores tantum invaluit eius memoria ac sanctitas, ut pas-

*) „Melius δεόντως, opponitur enim τῷ πλημμελῶς." *Mangey.*

sim divinis honoribus afficeretur, v. Dio Cass. LXXVII, 18; Flav. Vopisc. v. Aureliani 24. — c) Epistolae sine dubio suppositae sunt. Vita Pythagorae passim exscripta est a Porphyrio, V. Pyth. 2, et Iamblicho, V. Pyth. 254. Libri *περὶ θυσιῶν* mentio iniicitur etiam apud Philostr. V. Apoll. III, 41; IV, 19; fragmentum exstat apud Euseb. Pr. Ev. IV, 13; Demonstr. Ev. III, 3, p. 105, quod apponitur loco sequenti.

519 **Apollonius ap. Euseb. Pr. Ev. IV, 13.** *Οὕτως τοίνυν μάλιστα ἄν τις οἶμαι τὴν προσήκουσαν ἐπιμέλειαν ποιοῖτο τοῦ θείου τυγχάνοι τε αὐτόθεν ἵλεώ τε καὶ εὐμενοῦς αὐτοῦ παρ' ὀντιναοῦν μόνος ἀνθρώπων, εἰ θεῷ μέν, ὃν δὴ πρῶτον ἔφαμεν, ἑνί τε ὄντι καὶ κεχωρισμένῳ*) πάντων, μεθ' ὃν γνωρίζεσθαι τοὺς λοιποὺς ἀναγκαῖον, μὴ θύοι τι τὴν ἀρχήν, μήτε ἀνάπτοι πῦρ, μήτε καθόλου τι τῶν αἰσθητῶν ἐπονομάζοι (δεῖται γὰρ οὐδενός, οὐδὲ **) παρὰ τῶν κρειττόνων ἤπερ ἡμεῖς, οὐδ' ἔστιν ὃ τὴν ἀρχὴν γῆ***) ἀνίησι φυτὸν ἢ τρέφει ζῷον ἢ ἀήρ, ᾧ μὴ πρόσεστί †) γέ τι μίασμα), μόνῳ δὲ χρῷτο πρὸς αὐτὸν ἀεὶ τῷ κρείττονι λόγῳ (λέγω δὲ τῷ μὴ διὰ στόματος ἰόντι), παρὰ δὲ ††) τοῦ καλλίστου τῶν ὄντων διὰ τοῦ καλλίστου τῶν ἐν ἡμῖν αἰτοίη †††) τἀγαθά. νοῦς δέ ἐστιν οὗτος ὀργάνου μὴ δεόμενος.*

3. Plutarchus.

520 **Suidas.** *Πλούταρχος Χαιρωνεὺς τῆς Βοιωτίας, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Τραϊανοῦ τοῦ Καίσαρος χρόνων καὶ ἔτι πρόσθεν* [a]. *μεταδοὺς δὲ αὐτῷ Τραϊανὸς τῆς τῶν ὑπάτων ἀξίας προσέταξε μηδένα τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα ἀρχόντων παρὲξ τῆς αὐτοῦ γνώμης τι διαπράττεσθαι* [b]. *ἔγραψε δὲ πολλά* [c].

---

*) Vulgo *ἑνὶ δὲ ὄντι κεχωρισμένῳ.* Refinximus ex loco parallelo, Demonstr. Ev. III, 3, p. 105. — **) Vulgo *οὔτε.* Ref. ex l. parall. — ***) V. *ἀνίησι γῆ.* Ref. ex l. parall. — †) V. *ὃ μὴ πρὸς αὐτόν γέ τι μίασμα.* Loc. parall. *ᾧ οὐ πρόσεστί γε μίασμα.* — ††) Vulgo *καὶ παρὰ τοῦ καλλίστου.* Ref. ex l. parall. — †††) Loc. parall. *καλλίστου τοῦ ἐν ἡμῖν δόντι τὰ ἀγαθά.*

a) Sub Nerone audiebat Ammonium. De *Ei* ap. Delph. 1. — b) Georg. Sync. Chronogr. p. 349 B. *Πλούταρχος Χαιρωνεὺς φιλόσοφος ἐπιτροπεύειν Ἑλλάδος ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος κατεστάθη γηραιός*, de quo potest dubitari. Ex ipso Plutarcho constat eum senem sacerdotio Apollinis Pythici ornatum fuisse. An Seni sit ger. Resp. 17. — c) Ut plurimum disserit de moribus et de virtute eoque omnem philosophiam revocandam esse existimat. De Prof. in Virt. 7; de Lib. Educ. 10. Solet tamen et de diis et rebus divinis disputare ad exemplum magistri Ammonii. De *Ei* ap. Delph. 1 sqq. In ceteris Platonem et Aristotelem promiscue sequitur.

De Is. et Os. 45. *Οὔτε γὰρ ἐν ἀψύχοις σώμασι* 521
τὰς τοῦ παντὸς ἀρχὰς θετέον, ὡς Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος, οὔτ' ἀποίου δημιουργὸν ὕλης ἕνα λόγον καὶ μίαν πρόνοιαν, ὡς οἱ Στωϊκοί, περιγιγνομένην ἁπάντων καὶ κρατοῦσαν· ἀδύνατον γὰρ ἢ φλαῦρον ὁτιοῦν ὅπου πάντων *), *ἢ χρηστὸν ὅπου μηδενὸς ὁ θεὸς αἴτιος, ἐγγενέσθαι. — — διὸ καὶ παμπάλαιος αὕτη κάτεισιν ἐκ θεολόγων καὶ νομοθετῶν εἴς τε ποιητὰς καὶ φιλοσόφους δόξα, τὴν ἀρχὴν ἀδέσποτον ἔχουσα, τὴν δὲ πίστιν ἰσχυρὰν καὶ δυσεξάλειπτον, οὐκ ἐν λόγοις μόνον οὐδὲ ἐν φήμαις, ἀλλ' ἔν τε τελεταῖς ἔν τε θυσίαις καὶ βαρβάροις καὶ Ἕλλησι πολλαχοῦ περιφερομένην* [a], *ὡς οὔτ' ἄνουν καὶ ἄλογον καὶ ἀκυβέρνητον αἰωρεῖται τῷ αὐτομάτῳ τὸ πᾶν, οὔτε εἷς ἐστὶν ὁ κρατῶν καὶ κατευθύνων ὥσπερ οἴαξιν ἢ τισι πειθηνίοις χαλινοῖς λόγος, ἀλλὰ πολλὰ καὶ μεμιγμένα κακοῖς καὶ ἀγαθοῖς· μᾶλλον δὲ μηδὲν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἄκρατον ἐνταῦθα τῆς φύσεως φερούσης, οὐ δυεῖν πίθων εἷς ταμίας ὥσπερ νάματα τὰ πράγματα καπηλικῶς διανέμων ἀνακεράννυσιν ἡμῖν, ἀλλ' ἀπὸ δυεῖν ἐναντίων ἀρχῶν καὶ δυεῖν ἀντιπάλων δυνάμεων, τῆς μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ κατ' εὐθεῖαν ὑφηγουμένης, τῆς δ' ἔμπαλιν ἀναστρεφούσης καὶ ἀνακλώσης, ὅ τε βίος μικτὸς ὅ τε κόσμος, εἰ καὶ μὴ πᾶς, ἀλλ' ὁ περίγειος οὗτος καὶ μετὰ σελήνην* [b], *ἀνώμαλος καὶ*

---

*) Ita Wyttenb. Vulg. *γὰρ ἢ καὶ* et *ὁμοῦ*.

ποικίλος γέγονε καὶ μεταβολὰς πάσας δεχόμενος. εἰ γὰρ οὐθὲν ἀναιτίως πέφυκε γενέσθαι, αἰτίαν δὲ κακοῦ τἀγαθὸν οὐκ ἂν παράσχοι, δεῖ γένεσιν ἰδίαν καὶ ἀρχὴν ὥσπερ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τὴν φύσιν ἔχειν [c].

a) Antiqui theologi Plutarcho pro antiquissimis philosophis habentur. De Anim. Procr. 33. *οἵ τε πάλαι θεολόγοι πρεσβύτατοι φιλοσόφων ὄντες.* Censet retinendum esse patrium deorum cultum antiquitus receptum. Amat. 12. *Ἀρκεῖ γὰρ ἡ πάτριος καὶ παλαιὰ πίστις, ἧς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν οὐδ' ἀνευρεῖν τεκμήριον ἐναργέστερον. — — ἐὰν ἐφ' ἑνὸς ταράττηται καὶ σαλεύηται τὸ βέβαιον αὐτῆς καὶ νενομισμένον, ἐπισφαλὴς γίγνεται πᾶσι καὶ ὕποπτος.* Simul tamen ad illam sacrorum commixtionem proclivis est, quae illa aetate vulgatissima erat. De Is. et Os. 67. *Θεοὺς ἐνομίσαμεν οὐχ ἑτέρους παρ' ἑτέροις, οὐδὲ βαρβάρους καὶ Ἕλληνας οὐδὲ νοτίους καὶ βορείους· ἀλλ' ὥσπερ ἥλιος καὶ σελήνη καὶ οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ θάλασσα κοινὰ πᾶσιν, ὀνομάζεται δ' ἄλλως ὑπ' ἄλλων, οὕτως ἑνὸς λόγου τοῦ ταῦτα κοσμοῦντος καὶ μιᾶς προνοίας ἐπιτροπευούσης καὶ δυνάμεων ὑπουργῶν ἐπὶ πάντας τεταγμένων ἕτεραι παρ' ἑτέροις κατὰ νόμους γεγόνασι τιμαὶ καὶ προσηγορίαι.* Neque vero non purganda esse haec sacra existimat maximeque instat superstitionibus, quae animos hominum impleant servili metu stupidaque obsequentia, ut ipse atheismus ei sit superstitione probatior. De Superst. 11. *Οὐκ οἴεται θεοὺς εἶναι ὁ ἄθεος· ὁ δὲ δεισιδαίμων οὐ βούλεται, πιστεύει δὲ ἄκων· ἀπιστεῖν γὰρ φοβεῖται.* Propterea philosophiam interpretem traditionum rituumque sacrorum esse dicit. De Is. et Os. 68. *Διὸ δεῖ μάλιστα πρὸς ταῦτα λόγον ἐκ φιλοσοφίας μυσταγωγὸν ἀναλαβόντας ὁσίως διανοεῖσθαι τῶν λεγομένων καὶ δρωμένων ἕκαστον· ἵνα μὴ — — ἃ καλῶς οἱ νόμοι περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς ἑορτὰς ἔταξαν ἑτέρως ὑπολαμβάνοντες ἐξαμάρτωμεν.* — b) Alias omnem sine exceptione mundum mixtum esse dicit, De Anim. Procr. 28. *τῆς δὲ διπλῆς κοινωνίας ταύτης* (sc. *τοῦ παθητικοῦ καὶ τοῦ νοῦ*) *οὐδὲ ἡ περὶ τὸν οὐρανὸν ἀπήλλακται φύσις.* — c) Impugnat doctrinam, quam dicit Stoicorum esse, qua ponitur mundi fundamentum esse solus deus et materia *ἄποιος*, unde consequeretur ut nulla causa mali esset. De Anim. Procr. 6. *Αἱ γὰρ Στωϊκαὶ καταλαμβάνουσιν ἡμᾶς ἀπορίαι τὸ κακὸν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἀναιτίως καὶ ἀγενήτως ἐπεισάγοντας· ἐπεὶ τῶν γ' ὄντων οὔτε τὸ ἀγαθὸν οὔτε τὸ ἄποιον εἰκός ἐστιν οὐσίαν κακοῦ καὶ γένεσιν παρασχεῖν.* Cf. Comm. Notit. 34. Ipse alterum illud, ex quo mundus a deo creatur, duplicem naturam habere censet, ut et nondum formatum sit, habeat tamen facultatem formae divinaeque potestatis in se admittendae, et sub-

